This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600095811U

600095811U



AESCHYLI

AGAMEMNON.

AESCHYLI

AGAMEMNON.

RECENSUIT EMENDAVIT

ANNOTATIONEM

ET

COMMENTARIUM CRITICUM

ADJECIT

SIMON KARSTEN,

IN ACAD. RHENO-TRAJ. LITT. PROF. O.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCLV.

292 e. 64.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

PRAEFATIO.

Inter pulcerrima tragicae poësis opera, quae antiquitas tulit, omnium consensu eximium locum tenet Aeschyli Orestea, cujus dramatis, judice C. O. Mullero, elegantissimo poëticae artis aestimatore, tanta est praestantia, ut post Iliadem et Odysseam nullum poëma huic sit anteponendum. Certe in omni tragoediarum numero, quae ad nos pervenerunt, haud facile ullam reperias, quae, si cuncta ponderes, huic possit aequiparari. Nam sive attendas argumenti granditatem et amplitudinem, sive tam totius operis quam singularum partium descriptionem, sive agentium personarnm formam et mores, sive sententiarum gravitatem et dictionis ornatum, haec et singula et cuncta talia sunt, ut nescias utrum divitem ingenii venam an diligentem artificis curam magis admirere. Elucet in hoc dramate admiranda majestas singulari cum arte conjuncta, qualis cernitur in templis illis antiquitate venerandis, in quibus cum totius operis magnificentia te moveat, tum aequabilis partium concentus et singularum rerum tam maximarum quam minimarum artificiosus ornatus te teneat et delectet.

E tribus autem fabulis, quibus Orestea constat, ut ordine sic dignitate primum locum tenet Agamemnon, quae tragoedia si vel sola esset superstes, merito ac jure, ut Blomfieldius dicit, summi

poëtae laudem auctori vindicaret. Si tragoedia est ex Aristotelis definitione (A. P. cap. 6) μίμησις πράξεως σπουδαίας, δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν, haud facile fabulam invenias, quae ad animos terrore et misericordia aeque ac religione et admiratione commovendos sit efficacior. Ostenditur spectatoribus, ut in illustri tabula, quam fecunda malorum mater sit ὕβρις, utque diva Nemesis lente quidem et tacite, certo tamen gradu assequatur scelus, nec ante desistat quam nefas expiatum et justitia vindicata sit. Ut rei actio ita agentes personae, quamquam communem mortalium modum excedunt, tamen e natura et veritate sunt expressae. Tribuuntur cuique mores et partes ingenio et fortunae cujusque convenientes. Aliter sentit et loquitur fidus regiae domus Custos, aliter Miles jactabundus, aliter primariae dramatis personae. Clytaemnestrae, cujus maximae sunt in hac tragoedia partes, oratio pro rerum conditione est modo tumida, modo subdola, modo amara; universe autem ἠθοποιία talis est, ut in Agamemnone, quamvis non culpae vacuo, tamen magnanimum regum suspicias; in Clytaemnestra, etsi scelerata, fortitudinem animi admirere; Cassandram nescias utrum ob triste fatum querare magis an ob masculam virtutem extollas, an denique ob virgineum pudorem ames ac diligas; Aegisthum vero ut nefarium Furiarum ministrum detestere et oderis. In Choro autem senum cernitur animi tristitia dulcedine temperata, senilis infirmitas prudentia et gravitate fulta. Videre te putes generosae arboris truncum, cujus, ut poëtae verbis utar, quamquam frondes emarcuerunt, tamen medulla nondum exaruit. Carmina chori referunt altiorem mentem, quae cum humanarum actionum principia et consequentia cernit, tum in mortalium rebus agnoscit occultam quidem, vigilem tamen providi numinis curam, justi et aequi vindicem, quae suo tempore velut erumpens, superbos deprimit, oppressos erigit, et rebus adversis sapere mortales docet. Haec animi sententia est fons ex quo velut ἐκ βαθείας ἅλοκος saluberrima efflorescunt effata et gravissima praecepta, quibus penitus inculcatur mentibus illud

„Discite justitiam moniti nec temnere divos."

Nihil dixi de oratione et μελοποιίᾳ, quae verborum delectu, imaginum et figurarum lumine, numerorum varietate et suavitate ita excellunt, ut nihil possit esse ornatius.

Sunt tamen quaedam, si drama hoc ad artis regulas et ad Sophocleam normam exigas, quae si non ingenii culpam, at artem imperfectam vel nimiam luxuriem prodant. Ne dicam, poëtam interdum tropis et imaginibus uti audacioribus, verborum ambitus facere subinde longiores, transitiones asperiores; haec et alia ejus generis ut omittam, jam veteres magistri animadverterunt, unitatem quam vocant temporis in hac fabula non servari, quum uno die in scena agantur quae non nisi longiore temporis spatio facta esse potuerunt; recentiores vero requirunt plus actionis, majorem varietatem, incitatiorem motum, contra minorem carminum choricorum longitudinem, sermones ac descriptiones contractiores. Esto: sint in hoc poëmate quidam velut formoso in corpore naevi; concedatur, esse illud aliquatenus lyricae poësi et epicae aeque atque dramaticae vicinum: vide tamen ne parum rectum sit poëtam, qualis est Aeschylus, aliena potius quam sua trutina examinari. Et quis poëma reprehendere audeat, quod per continuas tres fabulas, tanquam totidem actus unius dramatis, magnitudine rerum, altitudine affectuum, splendore descriptionum et formarum, cogitationum sententiarumque ubertate, eventus denique exspectatione, ita ad finem usque attentos et suspensos tenet spectatores, ut non prius discedant quam actor *Vos plaudite* dicat? His virtutibus factum ut ex tot tragoediarum trilogiis haec una legentium studiis maxime trita et sola e communi naufragio incolumis servata sit.

Verum quo major est hujus operis praestantia, eo magis dolendum, quod ita inquinatum et corruptum ad nos pervenit, ut nullum magis. Liber, sicut in codicibus legitur, persimilis est tabulae pictae, quae partim vetustate attrita, partim opificum vel negligentia vel mala sedulitate contaminata et interpolata est ita, ut sincera imaginum pulcritudo et species plane deformentur, nonnullis vero in partibus artificis manum vix agnoscas: ita Agamemnon scatet lituris et maculis, quibus cum totius poëmatis nitor et gratia

minuitur, tum nonnullae partes ita vexatae sunt ut poëtae mentem sensumque non nisi divinando conjicere liceat.

Tale opus dignum profecto erat in quo critica ars experiretur quid posset. Neque huic muneri defuerunt viri docti, qui vel olim vel nuper in Aeschylo recensendo et emendando elaborarunt. Quis nescit quot maculas jam pridem Auratus, Canterus, Scaliger, Casaubonus, alii, deterserint, aut quam multa vitia recentiores critici, qui vel data opera vel strictim Aeschylum attigerunt, Porsonus, Musgravius, Stanlejus, Schutzius, alii, ne recentissimos editores tam Germanos quam Britannos nominem, correxerint et expoliverint? Horum cura quam multis partibus emendatior et limatior facta sit haec tragoedia, quis non agnoscit? Et tamen tantum abest, ut pristinus nitor et integritas operi restituta sint, ut vere aliquis nuper dixerit, vix tres continuos versus, in melicis praesertim, sine aliqua molestia et obscuritate decurrere. Multa, quae jam a superioribus criticis, quos modo dicebam, acute recteque emendata erant, nondum in textum sunt recepta, quia nude, nullo adhibito rationum et testimoniorum praesidio, erant proposita. Contra non pauca, quae sana et integra erant, immerito tentata sunt, quia rectae interpretationis luce carebant. Tandem complures adhuc iique difficillimi et vexatissimi loci restant, quibus sanandis frustra ferrum et ignem adhibuit medica criticorum ars.

Ad emendanda haec vitia librorum mss. auxilium est exiguum, certe secundarium. Numerantur omnino tres quatuorve codices, qui ad Agamemnonem in censum veniunt. Primus est Mediceus sive Laurentianus A seculi X^{mi}, unde Guelferbytanus, Marcianus et codex Bessarionis, ut ab Hermanno vocatur, sive Venetus 2 Franzio, derivati sunt. Sed magno fabulae damno evenit, ut ex eo codice jam pridem duo paene integri quaterniones evanuerint, qua amissione factum ut maxima fabulae pars, inde a vs. 267—964, et a vs. 1053 usque ad finem, interciderit (*). Eaedem lacunae

(*) Medicei codicis collationes, tum ceteras, tum eam quam nuperrime fecit Cobetus, cum reliquis codicibus comparatas accuratissime descripsit Khielius Mnemos. II. p. 335. L. B. 1853.

sunt in Guelferbytano et Marciano, Bessarionis autem codex versus tantum 1—314 continet. Secundum locum tenent Venetus et Florentinus, hic integer et seculo XIV^to^ scriptus, ille aliquanto prius, sed mutilus, carens versibus 44—993. Tertio in censum venit Farnesianus seculi XIV^ti^, continens Triclinii recensionem et hujus ac Thomae Magistri scholia.

Horum codicum ut antiquissimus ita optimus est Mediceus, non quod purior et limatior sit, sed ipsa quae habet vitia propius a germana scriptura distant; contra infimum locum tenet Florentinus, non quod sordidior, sed quod lectio manifesto arguit serioris grammatici manum, qui textum suo arbitratu ad grammatices et critices regulas refinxit, ut jam Victorius animadvertit et hodie inter omnes convenit. Medium inter hos ambos locum tenet Florentinus, qui ut a veritate longius distat Mediceo, ita caret sedula illa correctura quae Triclinianam officinam olet.

Hermannus censet Mediceum descriptum esse de libro quadratis literis scripto, quod ad rectum ejus codicis usum non obliviscendum esse. Sane, sive talis liber Medicei pater sive, quod credibilius mihi videtur, avus fuerit, ingens est mendorum numerus, qui ex unciali scriptura explicandus est, natus partim e perversa syllabarum et vocum distinctione, partim e consimilium literarum permutatione, partim e prava interpunctione aliisve ejus generis causis. Horum vitiorum magnum numerum interpretes emendarunt, non pauca vero eaque turpissima adhuc relicta sunt, quae criticorum aciem fugerunt. Quaesitum est autem, num Mediceus habendus sit archetypus atque fons unde, ut Guelferbytanus, Marcianus et Bessarionis codex, ita ceteri quoque derivati sint. De quo ut certum statuere difficile, nisi quis intentis ad id oculis et mente codices ipse contulerit, ita illud certissimum, nullius trium illorum librorum auxilio nos posse carere, quum nec pauca in Mediceo peccata sint quae corrigit Florentinus, et hic aeque ac Farnesianus interdum lectiones offerat, quae, undecumque profectae, Mediceo sunt anteponendae: exempli gratia, vs. 28 Med. vitiose ἐπορθρισάζειν, pro quo Fl. et Farn. recte ἐπορθισάζειν. Vs. 101 hi ambo habent θυμοβόρον, cujus glossema paene videtur quod est in Med.

θυμοφθόρον. Vs. 218 a Farn. recte absunt verba τὸ δὲ προκλύειν, quae adsunt in Flor. eademque in Med. secunda, antiqua tamen manu, sunt adscripta. Vs. autem 938 Farn. lectio vel potius interpolatio καὶ ζυγῶν θιγεῖν βίᾳ a Flor. δουλείας μάζης βίᾳ (l. δουλίας μάζης βίου) tantum distat, ut vix aliunde nisi e lacuna natam putes.

Quodsi vitiorum genera quibus Orestea laborat attendimus eorumque causas quaerimus, haec tam multiplicia sunt tamque vetera, ut nusquam fere latior pateat critices exercendae palaestra. Ne memorem menda quae modo attigi, e syllabarum confusione et literarum ac vocum permutatione orta, alia e scriptura compendiaria in verborum maxime terminationibus, aut e prava accentuum notatione, e perversa interpunctione, e scribarum denique oscitantia in literis vel omittendis vel iterandis profecta: haec ut omittam, sunt alia minus in aperto posita eaque partim perantiqua, glossemata dico, quae vel in obscurati verbi vacuum locum sunt illata vel explicandi gratia annotata furtim in textum migrarunt. Notabile ex hoc genere exemplum est vs. 111, ubi germana lectio, servata in Aristophanis Ranis vs. 1321, σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι, in Mediceo ceterisque codicibus cessit alteri huic σὺν δορὶ δίκας πράκτορι, quae aperte glossema olet. In Hesychio servatae sunt plures glossae ex Aeschylo depromtae, quae e codicibus evanuere, in his integer paene versus quem ἑρμαίῳ invento protulit et poëtae restituit Dindorfius, nempe vs. 267: φρουρὰ προσαιθρίζουσα πόμπιμον φλόγα, pro quo Mediceus ceterique codices offerunt inficetum huncce: φρουρὰ πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων. Ex eodem genere sed serioris notae, est Farnesiani libri vs. modo laudatus 938, cujus loco sincerum servavit Florentinus.

Lacunae in Agamemnone, me judice, aliquanto pauciores sunt quam multi credidernnt; contra plures versus insititii, iique partim ex aliis fabulis deprompti, quos grammaticus aliquis ob similitudinem adscripsisset, partim a versificatore conflati, qui adsuendo aliquo panno sententiam clariorem amplioremve facere vellet. Posteriore ex genere sunt ex. gr. versus qui post vs. 6 et qui ante vs. 1406 vulgo in libris leguntur, a me in marginem rejecti. Hi

aliique ejus generis tales sunt, ut sententia, colore, numeris ab attento lectore facile a germanis discernantur.

Singula haec quae dixi vitiorum genera latius patent quam adhuc animadversum est; quare non parca relicta est errorum messis, quae resecanda et evellenda est, ut pristinus poëtae nitor reddatur. Ad hoc autem, ut dixi, parum suppetit librorum auxilium; in corruptissimis praesertim et obscurissimis locis hi plerumque ita vel concinunt inter se vel discrepant, ut parum inde lucri ad poëtae manum restituendam emergat. Nec Scholia vetera, ad Agamemnonem certe, quidquam, me judice, afferunt quod alicujus pretii sit (*).

Unde igitur auxilium petendum? Ubi libri deficiunt, confugiendum ad ingenium, et conjectura resarciendum quod scriptura nobis negavit. Haec ratio si neque ita certa et firma est, ut codicum auctoritatem aequiparet, at neque ita est incerta et dubia, ut vocabulum ipsum indicare videtur. Immo si quis ut prudens medicus, cognitis vitiorum causis perspectoque scriptoris ingenio, colore, habitu, procul a timida cunctatione aeque atque a temeraria festinatione, operam adhibeat, plerumque eveniet ut sententia ipsa velut bona natura latentem sub ulcere sanam lectionem efferat et emendationem monstret tam verisimilem, ut scripturae testimonio paene par sit.

Principium autem et fundamentum critices est justa interpretatio, qua in re mirum est quam saepe Aeschyli interpretes a recta et simplici via deflexerint. Caussa ejus rei partim posita est in ipsa lectionis depravatione, cujus emendandae ἀπορίᾳ fatigati, qualicumque modo corrupta aeque ac sana explicare maluerunt quam vitiosa fateri; accessit vero Aeschyleae audaciae et obscuritatis fama, unde nonnullis opinio nata, nihil tam insolite, tam licenter dictum esse, quin Aeschyleo cothurno dignum sit habendum; nihil tam obscure et intricate, quin exquisita aliqua cogitatio aut abditum aliquod sapientiae effatum inde excudi posse videatur. Ita factum ut Aeschylum interpretari quibusdam, ut Palejus dicit, nihil aliud

(*) De his Scholiis nuper enucleate disseruit Francken Misc. Philol. Ultraj. 1854.

videretur quam grande aliquod et quasi continuum aenigma enucleare. Quodsi multi recentiorum interpretum ingenia tam acuissent ad verum inveniendum quam ad prava explicanda, jam pridem aliquanto puriorem, credo, et illustriorem hanc tragoediam haberemus. Verum non raro vitium hoc cadit in doctissimos et acutissimos homines, quibus ipsa ingenii acies interdum fraudem facit, ut occulta et involuta sectentur, aperta et promta non videant aut spernant Perlege Klauseni et Hermanni commentarios, etsi ambos multum inter se dissimiles: admirere licet eorum eruditionem et acumen, non raro tamen te ceterosque consolabere quos natura coëgit mediocri supellectile esse contentos. Verum hunc scopulum quum vites, ne in alterum offendas cavendum est, ne, simulatque sententia, constructio, verbum parum clara et aperta videantur, statim scalpellum adhibeas antequam singula accurate et diligenter exploraveris, aut, quum manifestum apparuerit vitium, semotis codicibus et spretis scripturae indiciis, solo ingenio utare et confidenter expromas conjecturas, per se fortasse non culpandas, tamen aut inutiles aut a veterum exemplarium ductu et a verisimilitudine plane recedentes. Ab hac audacia si ita cavisset Hartungius ut est acutus et doctus et ingeniosus, multo etiam melius quam nunc fecit de Aeschylo et de tragoedia vetere esset promeritus. Equidem, si mihi contigerit in Aeschylo explicando aliquanto plus interdum videre aliis quibus doctrinae et ingenii palmam facile concedo, id eo me assecutum sentio, quod in difficili opere non festinandum censui nec in locis obscuris aut corruptis prius aliquid tentandum quam omnia rerum momenta accurate perpendissem. Ideo etiam in Commentario non ita studui brevitati, ut non primo loco ponerem perspicuitatem, nec defugi laborem redarguendi quae prava, illustrandi quae recta putarem: quod haud scio an in re critica et difficillimum saepe sit et ad judicium acuendum juventuti praesertim utilissimum.

Ne vero quis credat me, quum alios reprehendam, me ipsum vitiis immunem putare. Optime scio quam in omnes quadret illud *decipimur recti specie*, atque multum gaudebo, si peccaverim fortasse minora. Sed nec critici acuminis gloriolam mihi quaero,

nec reformido doctorum reprehensionem; immo nihil mihi erit acceptius quam, si erraverim, peccata mea corrigi, et censoribus gratiam habebo, si mea opera castiganda simul ad pulcerrimum musae tragicae opus castigandum et limandum aliquid contulerint.

Sunt quaedam in quibus dubium me haesisse ultro fateor, praesertim in nonnullorum vocabulorum orthographia, sitne, exempli gratia, in Aeschylo scribendum δαίω, κλαίω, an δάω, κλάω; praestetne Κασάνδραν an Κασσάνδραν scribi, et quae sunt his affinia, de quibus inter doctissimos grammaticos adhuc disceptari video. Has quaestiones, nonnullorum judicio maximi nec meo nihili putandas, si cui ad liquidum perducere contigerit, inventis gratus utar.

Textum emendatum dedi sic ut censui; conjecturas vel meas vel aliorum nullas recepi nisi quas aut certas aut necessarias ducerem. Textui subjeci lectionis varietates, ex Hermanniana maxime editione descriptas, eo consilio, non ut singulorum codicum accurata inde colligi possit notitia, quae aliunde, e Franzii, Hermanni, Blomfieldii editionibus petenda est, sed ut quid mss. librorum lectio ab editione discrepet legentibus appareat. Itaque in lectionibus notandis non id egi ut literarum ductus et apices et puncta accurate exprimerem neque ut quaslibet sordes et quisquilias, quae ad lectionem dijudicandam nullius sunt momenti, describerem; satis habui codicum verba referre. Neque varietates annotavi omnes, sed in iis excerpendis hunc fere modum tenui: ubi Mediceus vel, hoc deficiente, Florentinus sinceram lectionem praebent, non retuli discrepantias Farnesiani; contra ubi hic veram lectionem offert, illorum discrepantias addidi; ubi Florentinus eodem vitio quo Mediceus laborat, aut Farnesianus eodem quo Florentinus, antiquiores citasse satis duxi; ubi vero omnium librorum vitiosa eaque discrepans lectio est, omnes citavi. Si nulla codicis nota est addita, communis librorum lectio habenda est. Quodsi in his notandis error alicujus momenti irrepserit, id in Commentario corrigetur.

Ceterum versuum numeri in interiore margine adscripti sunt editionis Dindorfianae, quae plurimorum manibus teritur, eandemque in citandis ceterarum Aeschyli tragoediarum versibus sum secutus.

MONENDA.

Fabulam relegens animadverti haec vitia quae mirari fortasse legentem possint:

Vs. 116. κοινὸς perperam scriptum pro κοινός.
Vs. 252. deleatur virgula post ἐνώτισεν.

Praeterea corrigenda haec sunt:

Vs. 131. Pro ἐπαλπνοῖς scrib. ἐπάλπνοις.
Vs. 324. } Pro ὑπέρ, φεῦ, scrib. ὑπέρφευ.
Vs. 1066. }
Vs. 1194. Pro ἦδος scrib. ἦδος.

Comment. p. 134, ad vs. 102, addatur, emendationem ὅδεον τέρας jam occupatam esse a Francken. Misc. Phil. (Ultraj. 1854) p. 82.
Ibid. p. 158 emendationis auctorem dixi Bergkium, qui est Bambergerus.
Ibid. p. 213, ad vs. 679, incuria scriptum est νεκροφάους τόκου pro eo quod recte in textu scriptum νεκροφυοῦς τόκου.

Errata levioris momenti si quae remanserint, aequus corrigat Lector.

ΤΠΟΘΕΣΙΣ
ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

Ἀγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ· ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρα, ἵνα τηροίη τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες παιανίζουσι. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγεῖται. Ἀγαμέμνων δ' ἐπὶ ἁπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἁπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος θάνατον καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται ὡς καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανὸν ἐμποιεῖν.[1] ἰδίως δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἀγαμέμνονα

[1] ὡς ἔκπληξιν ἔχον καὶ οἶκτον Ald. Rob. Turn. approbante Blomfieldio. Perperam. Non copulanda οἶκτον ἱκανόν, sed ἱκανὸν referendum ad τὸ μέρος τοῦ δράματος, ut hic sit verborum ordo: θαυμάζεται ὡς ἱκανὸν ἐμποιεῖν καὶ ἔκπληξιν καὶ οἶκτον.

στόλον Ἀργείων χιλιοναύτην
τῆσδ' ἀπὸ χώρας
ἦραν, στρατιῶτιν ἀρωγήν,
μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,
τρόπον αἰγυπιῶν οἵτ' ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων ἐπάνω λεχέων
στροφοδινοῦνται
πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι,
δεμνιοτήρη
πόνον ὀρταλίχων ὀλέσαντες.

V. 49. ὕπατοι λεχέων.

litatis, pendens a ζεύγος Ἀτρειδῶν, tanquam si diceret: διττοὶ βασιλεῖς διθρόνου τιμῆς, *par Atridarum duplici throno insigne*. Sic vs. 740: ῥόθημα πηδήματος γαλάνας. Soph. Aj. 1003: ὄμμα τόλμης πικρᾶς. Eurip. Iph. T. 1144: παρθένος εὐδοκίμων γάμων.

44. χιλιοναύτην. Eodem epitheto Iliacam classem insignit Euripides cit. Stanleio in Iphig. T. 140, σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ. Cf. Androm. 106. Or. 352.

48. τρόπον αἰγυπιῶν οἵτ' ἐκπατίοις. Imago ducta ab Homero Od. π, 216, laud. Blomf.

κλαῖον δὲ λιγέως ἀδινώτερον ἢ τ' οἰωνοὶ
Φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἵσί
ἀγρόται ἐξείλοντο. (τε τέκνα

Simili comparatione utitur Sophocles Ant. 423, qui versus sic legendi:

κἀνακωκύει πικρῶς
ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον ὡς, ὅταν κενῆς
εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος.

Euripides Troad. 146, ubi Hecuba sic loquitur: τύφεται Ἴλιον, αἰάζωμεν· μάτηρ δ' ὡσεὶ πτανοῖς κλαγγὰν ὄρνισιν ἅπαις ἐξάρξω γὼ μολπάν. Scripsi ibi ἅπαις pro ὅπως.

ἐκπάτιος, vocabulum rarius, proprie significat *extra viam tritam*, hinc *enormis*, *insolitus*. Itaque ἐκπάτια ἄλγεα sunt *dolores vehementes*, ut jam pridem explicuit Koenius ad Gregor. Cor. p. 566 ed. Schaef. qui citat Erotiani hanc glossam: ἐκπατίως, ἐκτρόπως... ἀγνοοῦντες ἔνιοι γράφουσιν ἐκπάγλως. quam glossam pertinere animadvertit ad locum Hippocr. de M. Mul. p. 663, 19. Etiam hic ἐκπάγλοις reponendum olim conjecerat Blomfieldius, sed conjecturam hanc postea reprehendit. Cum verbo στροφοδινοῦνται Blomf. comparat τροχοδινεῖσθαι, Prom. 882.

52. Hesychius: δεμνιοτήρη πόνον, Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, καθότι οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι· πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν. Hic πόνον refert ad curam parentum, δεμνιοτήρη vero ad pullos nidum servantes, quasi idem esset atque πόνον ὀρταλίχων δεμνιοτήρων. Haec non quadrant. Klausenus πόνον ὀρταλίχων per periphrasin dici vult *ipsos pullos*, parentum *curam* et *laborem*, sicut Eurip. in Herc. Fur. 1039 dicit: ὥς τις ὄρνις ἄπτερον καταστέγων ὠδῖνα τέκνων, pro ἄπτερα τέκνα. Non invenusta est haec explicatio; simplicior tamen ea, qua

ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων
ἢ Πὰν ἢ Ζεὺς οἰωνόθροον
γόον ὀξυβόαν τῶνδε μετ' οἴκτων,
ὑστερόποινον
πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.
οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείων
ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεύς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς
πολλὰ παλαίσματα καὶ γυιοβαρῆ
γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου
διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις
κάμακος θήσων Δαναοῖσιν
Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπῃ νῦν
ἔστι, τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·

V. 61. Fort. leg. πολυδήριος ἀμφὶ γυναικός.

V. 56. τῶνδε μετοίκων. 59. ὁ κρείσσων. 63. ἐρειπομένου superscripto δο Fl.

δεμνιοτήρη πόνων interpretemur (*parentum*) *laborem tuendis pullorum nidis impensum*: nam δεμνιοτήρης e potestate verbi τηρεῖν utrumque significare potest, *nidum servans* s. *tenens* et *nidum custodiens*; posteriore hoc sensu genitivus ὀρταλίχων pendeat a δεμνιοτήρη, *operam nidituam* (*tuentem nidum*) *pullorum*; hanc operam *perdiderunt*: frustra cura sua pullos foverunt. ὀρτάλιχοι· οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοί, καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες. Hesych.

54. ἤ τις Ἀπόλλων, i. e. Deus *aliquis*, *qualis* Apollo. Hoc sensu τις nominibus propriis jungitur. cf. Soph. Oed. Col. vs. 1485. Aristoph. Plut. vs. 696. Herm. ad h. l. Memorantur Ἀπόλλων, ut deus venator, eoque nomine aeque atque Ἄρτεμις vs. 140 teneris favens pullis, Πὰν monticola, ut agrestium animalium patronus, denique summus Ζεύς, tanquam injuriarum vindex. Mox jung. γόον μετ' οἴκτων. cf. Comment.

61. πολυάνορος. Non accipere hoc licet proprio sensu *quae multos maritos habuit*. Talis enim Helena eo quidem tempore dici non poterat, utpote secundas modo nuptias secuta; postea quidem tertium nupsisse fertur Deiphobo; sed hoc choro ignotum. Interpretandum ergo cum scholiasta: πολυάνορος, τῆς πολλοὺς μνηστῆρας ἐσχηκυίας. nisi conjiciamus poetam pro hoc scripsisse πολυδήριος (a δῆρις), sicut infra vs. 686 ἀμφινεικῆ eam vocat.

64. προτέλεια proprie dicuntur αἱ πρὸ τῶν γάμων τελούμεναι θυσίαι καὶ δωρεαί. Timaeus Lex. Plat. ubi egregie hoc vocabulum illustrat Ruhnkenius. cf. Blomf. Aeschylus tropice usurpat etiam infra vs. 227 et 720. Significantur hic proelia τῶν προμάχων, qualia saepe memorat Homerus.

οὔθ' ὑποκλαίων οὔθ' ὑπολείβων
οὔτε δακρύων, ἀπύρων ἱερῶν,
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.
ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ
τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες
μίμνομεν, ἰσχὺν
ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.
ὅτε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀΐσσων
ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἐνὶ χερσίν,
τόθ' ὑπέργηρως, φυλλάδος ἤδη
κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοὺς
στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων
ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.
Σὺ δὲ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα,
τί χρέος, τί νέον τόδ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πευθοῖ περίπρεπτα θυοσκεῖς;

V. 76. ἐντὸς ἀνάσσων. 77. οὐκ ἔνι χώραι s. χώρᾳ. 78. τίθιπερ γήρως M. τόθιπερ γήρως Fl. τόθ' ὑπεργήρων Farn. 84. τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθ.

69. ἀπύρων ἱερῶν, suppl. ὑπὸ vel διὰ, quae propositio eo facilius hic omittitur quia inest praegressis verbis ὑπολείβων ὑποκλαίων, quibus illud explicationis gratia adjicitur. Pro eo aeque dici potuisset ἀπύροις ἱεροῖς. De significatione v. ἄπυρος vid. Comment.

71. Junge: ἀτίται τῆς τότ' ἀρωγῆς potius quam τῆς τότ' ἀρωγῆς ὑπολειφθέντες, quia ὑπολείπεσθαι nude positum significat *domi manere*, ὑπομένειν; cum genitivo ἀρωγῆς junctum significaret, eos cessando aliave causa classem *defecisse*, detrectasse militiam. Sic Demosth. c. Mid. p. 569: Μειδίας ὑπολειφθεὶς τοῦ στόλου... κατέπλευσεν εἰς Πειραιᾶ μόνος. ἀτίτης sensu activo.

75. μύελος *medulla* hic pro *principio vitali* positum; translatum est ab arbore, ut mox φυλλάδος κατακαρφομένης. ὑπέργηρως non subjecti, sed praedicati loco habendum: τόθ' ὑπέργηρως τις ὤν.

82. Clytaemnestra cum ancillarum comitatu e regia egreditur, quam compellat Chorus.

86. θυοσκεῖς. Tetigi hoc in Comment.

πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,
ὑπάτων, χθονίων,
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις
βωμοὶ δώροισι φλέγονται;
ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
λαμπὰς ἀνίσχει,
φαρμασσομένη χρίματος ἀγνοῦ
πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ;
τούτων λέξαις ὅ τι καὶ δυνατὸν
καὶ θέμις αἰνεῖν,
παιών τε γενοῦ τῆςδε μερίμνης,
ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει,
τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὴ σαίνουσ'

V. 88. Post ὑπάτων χθονίων libri inserunt hunc versum:
τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων.
V. 92. Fort. leg. λαμπὰς ἀνῆκε.

V. 86. πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκοεῖς M. πυθοῖ Fl. θυοσκεῖς Schol. 89. μαλακαῖς ἀδ. παρηγορίαις in libris ponitur post vs. 93. φαρμ. χρίμ. ἀγνοῦ μαλακαῖς κτέ. 95. λέξασ'. 100. ἀγανὰ φαίνεις M. ἀγανὰ φαίνουσ' Fl.

89. μαλακοῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις appositio est sequentis vocabuli δώροις. ἀδόλοις *sinceris*, sincera mente oblatis. Solent autem figurata verba, proprio vocabulo appositionis loco addita, huic anteponi, ex. gr. vs. 155: οἰκονόμος δολίας — μῆνις. vs. 494: κάσις πηλοῦ — κόνις.

92. λαμπὰς ἀνίσχει φαρμασσομένη. λαμπὰς dicitur flamma virgultorum, quae *medicata* s. *infecta* unguento in aris cremabantur.

94. πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ, *unguento regio*, h. e. pretiosissimo, *ex interiore conclavi depromto*. Simili sensu dictum μύρον βασίλειον. Athenaeus XV, p. 690 E: βασιλείου δὲ μύρου μνημονεύει Κράτης ἐν Γείτοσι, Σαπφὼ δ' ὁμοῦ μέμνηται τοῦ βασιλείου καὶ τοῦ Βρενθείου. Plinius XV, 8, 4: "Sergia (olea) quam Sabini *regiam* vocant, &c." μυχόθεν intelligendum ἐκ μυχῶν θαλάμου, ut dicit Homerus Il. ζ, 288 et alibi, sive τοῦ ταμιείου, h. e. ex *interiore cella*, ubi res pretiosae servabantur. Sic φάρμακον ἐν μυχοῖς σώζειν, Soph. Trach. 688. Ad vocab. πέλανος cf. Aristoph. Plut. vs. 656: βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα καθοσιώθη, πέλανος Ἡφαίστου φλογί, quae ultima fortasse ab Aeschylo sumta sunt; sonant certe tragicum. Significat *libum*, *offam*, denique quidquid *coagulatum* est, πᾶν τὸ πεπηγός. cf. Blomfield. Gloss. ad Pers. vs. 821. Cognatum fortasse est latinis verbis *polenta* et *puls*.

99. Junge: ἀγανὴ ἐλπὶς σαίνουσα (με) ἀμύνει φροντίδα. Praedicata θυ-

100 ἐλπὶς ἀμύνει
θυμοβόρου φρενὸς ἄπληστον.

Κύριός εἰμι θροεῖν ὄδιον τέρας αἴσιον ἀνδρῶν στρ.
ἐκτελέων ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει 105

V. 101. ἀμύνει φρενὸς ἄπληστον τῆς θυμοφθόρου λύπης φρένα M. τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα Fl. τὴν θυμοβόρον λυπορρέπα Farn. 102. 103. ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν ἐκτελέων· ἔτι γὰρ 'κτέ.

μοβόρου et ἄπληστον apte copulantur: sign. moerorem *animum exedentem, insatiabilem*. Sic ἀκόρεστος γόος. Pers. 545.

102. Regina non respondet ad Chori dicta, sed cum comitatu aras deorum circumit; "deinde videtur (sunt Hermanni verba) spectatoribus a dextra abire ut in urbe sacra factura, tum redire, finito chori carmine." Reversam chorus iterum compellat vs. 258, oratque ut silentium rumpat vs. 263: οὐδὲ στγῶσα φθονοῖς.

Quod sequitur Chori carmen est bipartitum: prior pars constat stropha, antistropha et epodo, altera quinque strophis et totidem antistrophis; quomodo autem cantici partes inter chorum distributae fuerint, certo dici nequit. Disserit de hoc Hermannus ad h. l.

102. κύριός εἰμι θροεῖν — αἰών. *Competit mihi augurium canere Argivis olim proficiscentibus datum; provecta enim senectus adhuc suadam, cantûs medullam, mihi adspirat.* ὄδιον τέρας, ut vs. 157 ἀπ' ὀρνίθων ὁδίων, portentum quod alicui in via datur. ἐκτελέων participium Paleius jungit cum κύριός εἰμι, explicans *ratum illud esse ostendens*, sicut vates interdum κραίνειν dicitur vaticinia quae *edit*. At quod in vatem quadrat, non convenit in narratorem. Probabilius explicuisset *rem plane exponens*, quo sensu Hesiodus dicit Ἔργ. 106: ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω. Sed languida est horum verborum constructio. ἐκτέλεων jungendum cum αἰών. αἰὼν σύμπυτος (τοὶ) est *aevum quod aliquis transegit*, hic ergo *senectus*. Similiter Sophocles Oed. R. 1082: οἱ δὲ συγγενεῖς μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν. et Oed. C. 7: ὁ μακρὸς ξυνὼν χρόνος διδάσκει. Quibus exemplis geminum hoc Nonni VII, 9 addit Hermannus: γένος ἀνδρῶν ἄμμορον εὐφροσύνης ἐπεδείκνυε σύντροφος αἰών. In omnibus his exemplis αἰών, χρόνος, μῆνες personae instar ponuntur. ἐκτελέων intransitive accipiendum pro *ad vitae metam deveniens*: ita τελεῖν, ἐκτελεῖν, interdum sine casu ponuntur, frequentius διατελεῖν. Aristoph. Vesp. 1024: οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθείς. Thuc. IV, 78: ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ — (ὁ Βράσιδας) εἰς Φαρσαλὸν τε ἐτέλεσε. Lucian. Macr. 10: (Βαρδύλις) ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι — εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. πειθὼ dubites utrum intelligas *fiduciam* s. animi *persuasionem* (nempe rata fore auguria), *quae robur addit cantui*, an *suadam*, facundiae comitem. Posterius praefero. Aeschyli hos versus Hartungius monet ob oculos fuisse Euripidi in Herc. Fur. 673 sqq. ubi senum Thebanorum chorus ita canit: ἔτι τοι γέρων ἀοιδὸς κελαδεῖ (l. κελαδῶ) Μναμοσύναν· — κύκνος ὡς γέρων ἀοιδὸς πολιᾶν ἐκ γενύων κελαδήσω.

πειθὼ, μολπᾶς
ἀλκὰν, ξύμφυτος αἰών·
ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα τάγαν,
πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,
οἰωνῶν βασιλεῖς βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς,
φανέντες ἴκταρ μελάθρων χερὸς ἐκ δορυπάλτου
παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,

V. 110. Fort. leg. ὁ μὲν αἰθὸς, ὁ δ' ἐξόπιν ἀργᾶς.

V. 104. μολπὰν. 106. 107. ἦβαν ξύμφρ. ταγάν. 108. Libri ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι. Aristophanes in Ranis: ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι. 110. Libri οἰωνῶν βασιλεὺς — ἐξόπιν ἀργίας. ἀργείας G. 111. δορυπάλτου. 112. παμπρέποις ἐν ἕδρ. M. παμπρέποισιν ἕδρ. Fl. παμπρέπεσιν Farn.

106. ὅπως Ἀχαιῶν κτέ. Explicatur his dictis illud quod modo praecessit δδιον τέρας. Verba autem οἰωνῶν βασιλεῖς — βοσκόμενοι λαγίναν κτέ. appositione adjiciuntur praegresso θούριος ὄρνις. Longiorem hujusmodi verborum ambitum non spernit Aeschylus. τάγαν a τάγης, quae est rarior forma pro ταγός. — χερὶ πράκτορι, *manu ultrice*, nempe τῆς ὕβρεως vel ἁρπαγῆς, uti dicitur πράσσειν φόνον. Sic Eum. 319 Furiae vocantur πράκτορες αἵματος, h. e. φόνου. Aeschyli exemplum imitatur Sophocl. El. 941. — θούριος ὄρνις *ferox* s. *praedator ales* dictum pro *augurio* caedem et rapinam portendente; hinc singulari ὄρνις recte appositione additur pluralis οἰωνῶν βασιλεῖς. Sic Sophocles Ant. 986 (1000): εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον ἵζων, ἐν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν, ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων.

110. ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς. Cf. Commentar. Aeschyli aetate haec duo aquilarum genera maxime innotuisse probabile est. Sex species distinguit Aristoteles in Hist. Anim. IX, 32, secundum quem eorum qui hic nominantur alter μελανάετος, dictus, alter πύγαργος; ille ut viribus praestantior (ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὠκιστος πετεηνῶν secundum Hom. Il. φ, 253) Agamemnonem, hic Menelaum significat. cf. Philostr. Heroic. c. 6. Stanl. ad h. l.

111. ἴκταρ μελάθρων κτέ. ἴκταρ pro ἐγγὺς ut glossam Aeschyleam notant grammatici, Erotianus, Thomas Mag. alii. Remansit in proverbio οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Blomf. παμπρέπτοις ἐν ἕδραισι dubitatur significetne *in augusta sede*, velut apud ducis tentorium vel ad aram, an *in fausta coeli regione* (ut Herm.) an denique *in loco undique conspicuo*. Postremum unice rei conveniens; coeli regio jam indicata est verbis χερὸς ἐκ δορυπάλτου, h. e. τῆς δεξιᾶς; locus autem ubi apparuit, verbis ἴκταρ μελάθρων.

βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικυμάδα φέρματι γένναν,
βλαβέντα λοισθίων δρόμων.
αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
κεύθὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν, δύο λήμασι δισσοῖς ἀντ.
Ἀτρεΐδας μαχίμους ἔδάη λαγοδαίτας
πομπᾶς ἀρχούς·
οὕτω δ' εἶπε τερφζων·
χρόνῳ μὲν ἀγρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος,
πάντα δὲ πύργων
κτήνη, πρὸς δὲ τὰ δημιοπλήθῃ
Μοῖρα λαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.
οἷον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὴς στόμιον μέγα Τροίας
κρατηθέν. αἰνῶς γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἀγνὰ

V. 113. ἐρικύματα φέρματι M. ἐρικύμονα φέρβοντο Fl. et Farn. postremus etiam βοσκομένην. 116. δισσοὺς. 118. πομπούς τ' ἀρχάς M. πομπούς τ' ἀρχούς Fl. 119. τεράζων. Etym. M. τερφζων. 122. προσθετὰ M. πρόσθε τὰ Fl. 123. μοῖρ' ἀλαπάξει M. Fl. μοῖρα λαπάξει Farn. 124. Libri μή τις ἄτα. deinde πρυτυπὴν M. Fl. προτυπὴς G. προτυφθὲν Farn. 125. στρατωθέν. οἶκῳ γὰρ ἐπίφθονος.

113. λαγίναν — ἐρικυμάδα — φέρματι vocabula rariora. φέρμα a φέρειν non significat *gestamen*, ut Blomf. interpretatur, sed *fetum*, sicut terra dicitur φέρειν καρπούς; ipsum φέρμα de terrae fructibus usurpatur in Aeschyli Suppl. 672. γένναν tam de parentibus quam de prole dicitur; priore significatu etiam infra vs. 760.

115. τὸ δ' εὖ νικάτω, h. e. ut Demosth. Phil. I. extr. dicit: νικᾷη δ' ὅ τι πᾶσιν ὑμῖν μέλλει συνοίσειν.

116. δύο λήμασι δισσοῖς κτέ. Vates intellexit ambobus aquilis itineris ducibus significari ambos dispari indole Atridas.

121. πάντα δὲ πύργων κτέ. Hesychius: κτήνεα, χρήματα, κτήνη, βοσκήματα. Priore significatione hic tantum exstat. Cognatum est vocabulo κτέανον. — λαπάξει a λαπάζω s. λαπάσσω, quod posterius *evacuandi* sensu usurpatur medicis, *spoliandi* et *vastandi* sensu Aeschyli proprium est; in fabula Sept. adv. Theb. ter occurrit: vs. 47 et 531: λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ. vs. 455: ἐδωλίων μ' — ἐκλαπάξαι. Usitata poëtis ἀλαπάζω et ἐξαλαπάζω. Similiter ἀμαυροῦν et μαυροῦν.

124. οἷον μή τις ἄγα κτέ. Vid. Comment. οἷον μὴ pro usitato μόνον μή, quod respondet latino *modo ne*. στόμιον μέγα Τροίας vocat expeditionem ad domandos Trojanos paratam. Sic infra vs. 529: τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον. Simili tropo ψάλιον οἰκετῶν dicitur Choëph. 962.

πτανοῖσιν κυσὶ πατρὸς
αὐτότοκον πρὸ λόχου μογερὰν πτάκα θυομένοισιν·
στυγεῖ δὲ δεῖπνον αἰετῶν.
αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
τοσόνδ' ὑπερεύφρων Ἑκάτα ἐπῳδ.
θρόσοισιν ἐπαλπνοῖς χιμάρων
πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
θηρῶν ὀβρικάλοισιν, ἀτερπῆ
τούτων ἀντὶ ξύμβολα κραίνει,
δεξιὰ μέν, κατάμομφα δὲ φάσματ' Ἀτρείδαις.
ἰήϊον δὲ καλέω Παιᾶνα,
μή τινας ἀντιπνόους Δαναοῖς ἐχενῆδας ἁπλοίας

V. 130. 131. τόσσων περ εὔφρων καλὰ θρόσοισιν ἀέλπτοις μαλερῶν ὄντων M. τόσον περ εὔφρ. ἃ καλὰ θρ. ἀέπτοις μαλερῶν (omisso ὄντων) Fl. 133. 134. ὀβρικάλοισι (— οις Fl.) τερπνὰ τούτων αἰτεῖ σύμβολα κράναι (κρᾶναι Fl.) M. 135. φάσματα στρουθῶν M. φάσμ. τῶν στρουθῶν Fl. 137—39. Libri Δαναοῖς χρονίας ἐχενηΐδας (ἐχενηΐδας χρονίας Farn.) ἁπλοίας τεύξῃ, σπευδομένα — οὐ δειπήνορα. μίμνει γὰρ κτέ.

125. Junge Ἄρτεμις ἐπίφθονος πτανοῖσι κυσὶ πατρός. κύνες vocantur aquilae, quia canum instar sunt rapaces. Similiter Prom. 1021: Διὸς δέ σοι πτηνὸς κύων δαφοινὸς αἰετὸς κτέ. Tangitur hoc Aeschyli dictum ab Aristophane in Ranis 1287-91, ubi et alia ejusmodi exempla affert.

127. αὐτόκον — πτάκα. πτὰξ rarior forma pro πτὼξ hic tantum legitur. αὐτότοκον, σὺν αὐτῷ (τῷ) τόκῳ. Schol. Sic αὐτανδρον, σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι. Hesych. αὐτόχθονος pro σὺν αὐτῇ τῇ χθονί, infra vs. 536.

130. τοσόνδ' ὑπερεύφρων κτέ. *Ita impense favens Hecate dulcibus caprorum fetis omniumque agrestium ferarum lactentibus catulis, illorum* (*prodigiorum*) *vice acerba molitur signa, fausta quidem, luctuosa tamen Atridis.* θρόσοι et ὀβρίκαλα, aeque ac ἔρσαι (Homer.) et ψάκαλα (unde ψακαλοῦχοι μητέρες Sophocl.), de *teneris pullis* s. *catulis* dicta, ut vocabula rariora vel ἅπαξ λεγόμενα notantur a grammaticis. Vid. imprimis Aristophanes grammaticus ap. Eustath. in Odyss. p. 1625, 47. Blomf. et Herm. ad h. l. Errant autem grammatici, qui ὀβρίκαλα hic intelligi existimant leorum et luporum catulos, qui certe cum leporibus non optime junguntur. Potius hinnuleos aliasque id genus feras cogitavit poëta.

135. δεξιὰ μέν, κατάμομφα δὲ φάσματα spectant, opinor, ad notum illud augurium Iliad. β, 308 sqq. quod brevi post secutum est, supra dicto contrarium: nam hic aquila devorat leporem cum fetis, ibi serpens devorat passerem cum pullis; eratque id faustum simul et triste, quippe

σπευδομένα, θυσίαν ἑτέραν ἄνομόν τιν' ἄδαιτον,
νεικέων τέκτονα σύμφυτον οὐ δεισάνορα, τεύξῃ.
μίμνει γὰρ φοβερὰ παλίνορτος
οἰκονόμος δολία, μνάμων μῆνις τεκνόποινος.
τοιάδε Κάλχας ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν
μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων ὠδίων οἴκοις βασιλείοις·
τοῖς δ' ὁμόφωνον
αἴλινον αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.
Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστὶν, εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ, στρ. α'.
τοῦτό νιν προσεννέπω.
οὐκ ἔχω προσεικάσαι, πάντ' ἐπισταθμώμενος,
πλὴν Διὸς, οἵ τὸ μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως·

V. 139 δεισήνορα. 140. παλίνορτος. 149. εἰ τὸ μάταν.

victoriam quidem portendens, sed non nisi post novem annorum labores. Id autem in transitu tantum indicat Chorus et narrare pergit ea quae statim deinceps secuta sunt.

138. σπευδομένα pro σπαίδουσα, *properans, celeriter moliens.* Rarior medii forma, cujusmodi plura exempla sunt apud Aeschylum. vid. Comm. ad vs. 269 (304). θυσίαν ἑτέραν, h. e. talem qualem eloqui veretur, ut vs. 199 χείματος ἄλλο μῆχαρ — ἔκλαγξεν, ἄλλο dicit non pecudis, sed hominis sacrificium, quod eloqui noluit. σύμφυτον est idem quod συγγενῆ, ut supra vs. 107, quamquam paullum dissimili significatione. Hic notat *cognatus*, et νεικέων τέκτονα σύμφυτον eodem modo dictum est quo in Sophoclis Ant. 703: νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον. — οὐ δεισάνορα, *viri* (mariti) *irreverentem*, non parcentem marito: quo Clytaemnestrae in maritum odium et insidiae tecte significantur.

146. Narrationi interponuntur preces et sententiae, quibus Chorus sollicitudinem suam de belli eventu enuntiat et simul religiosam testatur summi Jovis reverentiam, ut in cujus numine ac providentia solum invenit curarum suarum perfugium. *Jupiter quisquis est, illum invoco: nam omnia perpendens nihil, excepto Jove, comminisci possum quo curarum pondus abjiciam*, sive in quo deponam sollicitudines quae me premunt.

Ζεὺς ὅστις ποτ' ἐστίν, precandi formula satis frequens. Vid. Platon. Crat. p. 400 E. laud. Blomf. Ad εἰ τόδ' et τοῦτο supple τὸ ὄνομα Ζεύς. ἐπισταθμώμενος, *ad examen revocans, perpendens*, nisi potius scribendum ἀποσταθμώμενος. — ἀπὸ φροντίδος ἄχθος βαλεῖν tmesis pro ἀποβαλεῖν φροντίδος ἄχθος; intelligit sollicitudinem, quam dixit vs. 102 et mox vs. 250 sq., eandemque gravissimis verbis enuntiat vs. 975.

οὔθ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας, παμμάχῳ θράσει βρύων, ἀντ. α'.
οὐδ' ἔδοξεν ἂν πρὶν ὤν,
ὅς τ' ἔπειτ' ἔφυ, τριακτῆρος οἴχεται τυχών·
Ζῆνα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων
τεύξεται φρενῶν τορᾶν·
τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα, τὸν πάθει μάθος στρ. β'.
θέντα κυρίως ἔχειν.
θάσσει δ' ἔν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος, καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν.
δαιμόνων δέ που χάρις
βέβαιος ἕλμα σεμνὸν ἡμένων.
καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς νεῶν Ἀχαιικῶν ἀντ. β'.
μάντιν οὐ τίεν ψέγων,

V. 151—153. οὐδ' ὅστις — ὅς δ' ἔπειτ'. 152. οὐδὲν (οὐδέν τι Farn.) λέξαι πρὶν ὤν. 155. φρενῶν τὸ πᾶν. 156. τῷ πάθει. 158. στάζει. 161. βεβαίως σέλμα. 163. 164. μάντιν οὔτινα ψ. ἀ. τύχαισι συμπνέων.

151. οὔθ' ὅστις πάροιθεν — ὅς τ' ἔπειτ' κτέ. Significantur dii qui secundum veteres theologos ante Jovem mundi imperium tenuerant, primum Οὐρανός, deinde hujus filius Κρόνος, quorum ille invisus ob ἀεικέα ἔργα, ut dicit Hesiod. Theog. 167, regno detrusus penitus fere evanuerat (οὐδ' ἔδοξεν ἂν πρὶν ὤν), hic omni potestate erat privatus. cf. Prom. 956. Schütz. ad h. l.

154. Ζῆνα δέ τις — ἐπινίκια κλάζων. Aesch. fragm. 184: θεοφιλεῖς ἀμὰς τύχας παιᾶν' ἐπευφήμησεν. Aristoph. Eqq. 653: εἶτ' ἐστεφάκουν μ' εὐαγγέλια.

156. τὸν πάθει μάθος θέντα. Cf. vs. 250: δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει. Infinitivus κυρίως ἔχειν adjectas est ut Suppl. 621: Ἀργεῖος λεὼς ἄραν' — ὡς εἶναι τάδε.

158. θάσσει δ' κτέ. Explicationem haec continent praegressi τὸν πάθει μάθος: "Quippe dormientes (aeque ac vigilantes) obsidet cura, et inviti etiam sapere discunt." θάσσει πρὸ καρδίας, ut infra vs. 950: δεῖμα προστατήριον καρδίας. Choëph. vs. 385 (Herm.): ποτᾶται πάροιθε -- κραδίας.

160. δαιμόνων δὲ που χάρις. Ambiguum utrum significet *deorum gratia* s. *benignitas stabilis est*, an *deorum gaudium* s. *felicitas stabilis est*. Utroque sensu χάρις dicitur. Posterior explicatio videtur sensui convenientior: "Mortales noctes diesque aerumnae et sollicitudines obsident, Deorum vero stabilis est felicitas." σέλμα σεμνὸν ἡμένων a navigio sumtum; eadem metaphora utitur infra vs. 1617: σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσημένος κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός. Constructio verbi ἧμαι similis ei qua utitur infra vs. 982: θάρσος ἕζει φρενὸς θρόνον.

ἐμπαίοις τύχαισι συμπεσών,
εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ' Ἀχαικὸς λεὼς,
Χαλκίδος πόρον ἔχων, 190
παλιρρόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις·
πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι, στρ. γ'.
κακόσχολοι νήστιδες δύσορμοι
βορεῶν ἄλαι, ναῶν καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς, 195
πολυμήκη χρόνου τιθεῖσαι
τρίβον, κατέξαινον ἄνθος Ἀργους.
ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ
βριθύτερον πρόμοισιν 200
μάντις ἔκλαγξεν, προφέρων Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκτροις ἐπικρούσαντας Ἀτρείδας δάκρυ μὴ κατασχεῖν,
ἄναξ ὁ πρέσβυς τάδ' εἶπε φωνῶν· ἀντ. γ'.
βαρεῖα μὲν κὴρ τὸ μὴ πιθέσθαι, 206
βαρεῖα δ', εἰ τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα,

V. 166. Χαλκίδος πέραν. 170. βροτῶν ἄλαι ναῶν καὶ πεισμ 171. 172. παλιμμήκη M. παλυμήκη Fl. Deinde libri χρόνων τιθεῖσαι τρίβῳ κατέξ. ἄνθ. Ἀργείων. 178. ἄναξ δ' ὁ πρ. τόδ' εἶπε. 180. δαΐξω.

164. ἐμπαίοις τύχαισι συμπεσών. Cf. Sophocl. Aj. 424: κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα. Eurip. Iphig. T. 1393: ναῦς δὲ... λαβρῷ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο. Cum ἐμπαίοις τύχαισι conferunt vs. 347 πρόσπαια κακά. Aeschylus proprio significatu dixit pro *ingruens, irrumpens*, a παίειν.

166. Χαλκίδος πόρον dicit Euripum, a *Chalcide*, clarissima Euboeae urbe, contra *Aulidem* sita. παλιρρόθοις ἐν Αὐλίδος τόποις declaratur his verbis Livii quae citat Herm. XXVIII: 6: "fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, *temporibus statis reciprocat*," &c. Pro παλίρροθος apud Homerus legitur παλιρρόθιος. Ad sqq. βορεῶν ἄλαι κτλ. cf. Comment.

176. προφέρων Ἄρτεμιν non recte Blomf. interpretatur *exprobrans*. Cum sequente dicto χθόνα βάκτροις ἐπικρούσαντας minus apte comparatur illud Iliad. α, 245: ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. Similius hoc Aeschyli Pers. 683: κέκοπται καὶ χαράσσεται πέδον. Neutrum tamen plane idem.

179. βαρεῖα μὲν κὴρ τὸ μὴ πιθέσθαι, quippe cujus consequens erat, ut a suscepti belli ductu desistere deberet.

μιαίνων παρθενοσφάγοισι
ῥοαῖς πατρῴους χέρας πρὸ βωμοῦ. 210
τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι
185 ξυμμαχίας ἀμαρτών;
παυσανέμου γὰρ θυσίας παρθενίου θ' αἵματος ὁδ- 215
μᾶς περιοργῶς ἐπιθυμεῖ θεός. εὖ χαρείη.
ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον, στρ. δ'.
φρενὸς πνέων δυσσεβοῦς τροπαίαν
190 ἄναγνον ἀνίερον, τόθεν 220
τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω.
βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις
τάλαινα παρακοπὰ

V. 184. Fort. leg. πῶς φιλόπαις γένωμαι.

V. 182. Libri ῥείθροις (ῥείθροις Farn.) πατρ. χέρ. βωμοῦ πέλας. 186. 187. Libri αἵματος ὀργᾶι (s. ὀργᾷ) περίοργως ἐπιθυμεῖν θέμις. Pro ὀργᾷ Farn. αὐδᾷ. Deinde libri εὐ γὰρ εἴη. 189. δυσεβῆ. 192. βροτοῖς.

183. τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν. Choëph. 338: τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν; Ceterum haec et sequentia abruptius enunciata sic explicanda sunt. Postquam dixit: "Quid horum non miserum?" deliberat paulisper secum, utrum filiam immolaturus an susceptam expeditionem omissurus sit. Mox vero pietatem vincit ambitio: πῶς λιπόναυς γένομαι; "Quomodo classis desertor belli societatem amittam?" Id facere pudet; addit rationem qua caedem filiae excuset: "Dea quippe hoc sacrificium flagitat." Tandem concedit: εὖ χαρείη "Gaudeat animi voto (nempe Dea)." χαρείη est forma epica, ut in noto illo versu Il. ζ, 481: χαρείη δὲ φρένα μήτηρ.

189. φρενὸς πνέων δυσσεβοῦς τροπαίαν, *spirans mutatam impii animi auram.* πνεῖν, πνεῦμα saepe de animi voluntate usurpatur. Ad πνέων τροπαίαν (adject.) proprie supplendum πνοήν; usurpatur hoc et alibi pro substantivo, ut Choëph. 775. Sept. ad Th. 706 (687 Herm.): λήματος ἀντροπαίᾳ χρονίᾳ. cf. quae infra ad vs. 1055 (θυραίαν τρίβειν) in Comment. dicentur.

191. τὸ παντότολμον φρ. μετέγνω significat *mutata mente nefarium cepit consilium.* Similiter infra vs. 709: μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον, h. e. *prioris carminis loco alium discens hymnum.* Mire halucinatur Blomfieldius ad h. l.

193. παρακοπὰ πρωτοπήμων quaenam hic dicitur? Non quae infra vs. 1192 πρώταρχος ἄτη, Thyestea caedes, origo malorum domûs Atridarum; sed ipsius Agamemnonis primus error, nempe quod mulieris caussa bellum susceperat

πρωτοπήμων. ἔτλα δ' οὖν 224
θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς, γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν
καὶ προτέλεια ναῶν.
λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους ἀντ. δ'.
παρ' οὐδὲν αἴαγμα παρθένειόν τ'
ἔθεντο Φιλόμαχοι βραβῆς· 230
Φράσεν δ' ἀόζοις πατὴρ, μετ' εὐχὰν
δίκαν χιμαίρας ὕπερθε βωμοῦ
πέπλοισι περιπετῆ
παντὶ θυμῷ προνωπεῖς 234
λαβεῖν ἀέρδην, στόματός τε καλλιπρῴρου Φυλακᾷ κατασχεῖν
Φθόγγον ἀραῖον οἴκοις,
βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει. στρ. ε'.
κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσα,
βαλοῦσ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει Φιλοίκτῳ, 240

V. 198. αἰῶνα παρθ. 203. προνωπῆ. 204. φυλακὰν κατασχεῖν. 208. ἔβαλλ' ἕκαστον M. ἔβαλ' ἑκ. Fl.

susceperat, ut significatur addito γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγάν. Disertius hoc declarat Chorus vs. 799 sq.

200. ἀόζοι et inde ductum ἀοζεῖν antiqua vocabula sunt, quae Aeschyli exemplo usurpavit etiam Callimachus. Hesychius: ἀόζοι, μάγειροι, ὑπηρέται· — Καλλίμαχος. ἀοζήσω, διακονήσω, ὑπουργήσω· Αἰσχύλος Ἐλευσινίαις. (fragm. 55 Herm.) Stanl.

202. πέπλοισι περιπετῆ, h. e. ut schol. περιεσκεπασμένην, *circumdatam*, *involutam*, tanquam ductum a περιπετάννυειν. Non multum dissimili significatu hoc vocabulo utitur Sophocles, tam activa potestate pro *amplexans*, quam passiva. Vid. Ellendt Lex. Soph. Eodem sensu dicitur περιπτυχής. — πέπλοι hic non *vestis* intelligenda, sed *vela*, *infulae*, quibus popae eam ut victimam involvebant. Sic Il. ω, 796 Hectoris ossa teguntur πορφυρέοις πέπλοισι. De veste statim loquitur.

207. κρόκου βαφὰς κτλ. βαφαὶ dictum pro ἱμάτια βαπτά. Aristoph. Plut. 526: ἱματίων βαπτῶν δαπάναις κοσμῆσαι ποικιλομόρφων. κρόκου βαφαὶ uno vocabulo κροκωτὰ vocantur. Aristoph. Lysistr. 44. In luctu et moerore vestes remittere solebant, ut facit Antigona in Euripidis Phoen. 1496, στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα. Gravius est quod hic facit Iphigenia, ἐς πέδον χέουσα, *stolam in humum dejiciens*, ut deposito comtu commiserationem moveat. χέω simili sensu Homerus Il. ε, 734: (Ἀθήνη) πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὐδει.

πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς, παρεννέπειν
θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους
ἐμέλψαθ', ἀγνᾷ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς

V. 209. προσεννέπειν. 212. ἔμελψεν M. cet. ἔμελθεν G. Ibid. ἀγνὰ — αὐδὰ M. B. Ceteri ἁγνὰ — αὐδᾷ.

209. πρέπουσά θ' ὡς ἐν γραφαῖς. Dictum hoc putant pro ὡς γραφαί sive ὡς γραπτὴ εἰκών, conspicienda *ut imago, imagini similis*, eoque vel *formae pulcritudinem* vel *silentium* significari volunt. Sic jam scholiasta: ἢ διὰ τὸ κάλλος ἢ διὰ τὸ ἀφωνητεῖν. Posterius certe incongruum, quia hoc sensu dici debuisset *muta* sicut imago, non *pulcra* (πρέπουσα), et errat Paleius quum jam nunc virginis os obligatum putat, quod fieri tum demum debebat, quum in aram tolleretur. Ad formae pulcritudinem significandam similitudo *imaginis* vel sculptae vel pictae Graecis poëtis interdum usurpatur. Laudatur Eurip. Hec. 558: (Πολυξένη) ματρὸς τ' ἔδειξε στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος. Chaeremon tragicus apud Athen. p. 608 B, ubi de saltante virgine dicitur: αἰθέρος θεάμασιν ζῶσαν γραφὴν ἔφαινεν. Utrumque vero mollius, opinor, quam Aeschyli musa ferat. Maxime vero obstat grammatica, quae non sinit ὡς ἐν γραφαῖς dici pro ὡς γραφή s. ὡς εἰκών. Id non probatur exemplis Euripidis, quos interpretes conferunt. In Phoen. 131, ἀστεροπὸς ἐν γραφαῖσιν interpretandum *stellatus in clypei picturis*, ut vertit Valckenaerius; et in Ion. 274, ὥςπερ ἐν γραφῇ νομίζεται significat *ut res in picturis fingitur*. Similiter h. l. ὡς ἐν γραφαῖς significare tantum potest *ut in picturis conspicitur*, h. e. tali habitu quali depictam cernimus, πρέπουσαν scilicet πένθει λυγρῷ, qualis Electra in Choëph. vs. 18. Inde efficitur, jam Aeschyli aetate Iphigeniae immolationem a pictoribus expressam fuisse, sicut postea factum a Timanthe in nobilitata illa pictura quam laudat Plinius XXXV, 10, 36. cf. Welcker Trilog. p. 412. Saepe autem tragici poëtae res sui temporis in heroicam aetatem transferunt; similiter in Eum. 50 Pythia memorat Harpyiarum picturam; alia ejus generis memorantur in Eurip. Hipp. 1009. Troad. 682.

209 sq. παρεννέπειν θέλουσ' id. quod usitatius παραιπεῖν, sicut προσεννέπειν idem quod προσειπεῖν. Prom. vs. 180: πατρῴας μόγις παρειποῦσα φρένας.

ἐπεὶ πολλάκις ... ἐμέλψαθ' κτέ. Sunt verba quibus Iphigeniam ad flectendos principum animos uti voluisse opinatur Chorus. Quod autem poëta virginem regiam in convivio patris canentem facit, quod Aeschyli aetate αὐλητρίδων munus erat, id tantum abest ut reprehendendum videatur, ut potius decens sit et consentaneum heroici aevi simplicitati, quo tempore virginum et mulierum conditio multo liberalior erat quam postea. — τριτόσπονδον παιᾶνα vocat *paeanem* qui a convivis canebatur *ad tertiam libationem*, quae fiebat τῷ Σωτῆρι. Rem illustravit Blomfieldius ad h. l. quae nunc omnibus nota est, exposita a Bekkero in Charicle, Vol. I et alibi. εὔποτμον, *faustum*, *felicem*, quo sensu frequentius εὐτυχής, ut in Plat. Legg. III. 10, p. 691: θεοφιλῆ δὲ καὶ εὐτυχῆ τινὰ λέγοντες ἐβδόμην ἀρχήν. — παιᾶνα ἑτίμα, nempe una canendo vel cantu

φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον 245
παιᾶνα φίλως ἐτίμα —
τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω· ἀντ. ε'.
τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραντοι. 249
δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει· τὸ μέλλον δ'
ὅπα γένοιτ' ἂν κλύειν πρὸ χαιρέτω·
ἴσον δὲ τῷ προστένειν·
τορόν γὰρ ἥξει συναυγὲς ὄρθρῳ.
πέλοιτο δ' οὖν τἀπὶ τούτοισιν εὖ πρᾶξις, ὡς 255
θέλει τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας
γαίας μονόφρουρον ἔρκος.

Ἥκω σεβίζων σὸν, Κλυταιμνήστρα, κράτος·
δίκη γάρ ἐστι φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν

V. 214. αἰῶνα. 218. ἐπιγένοιτ' ἂν (ἐπεὶ γένοιτ' ἂν Fl.) κλύοις προχαιρέτω. Ante haec verba Fl. addit τὸ δὲ προκλύειν, eadem in M. alia manu adscripta, in Farn. absunt. 220. συνορθὸν αὐταῖς· M. σὺν ὀρθὸν G. B. σύναρθρον αὐταῖς Fl. 221. εὔπραξις.

eum prosequendo. cf. infra vs. 706. εὐφάτως τίοντας ὑμέναιον. Post haec pulcre abrumpitur sententia verbis: τὰ δ' ἔνθεν — dicere non vult quae adspicere non sustinuit. Ceterum cum hac expositione conferre juvabit ejusdem facti descriptionem apud Lucretium I, 85 sqq. cui Aeschylum ob oculos fuisse Schützius animadvertit.

216. τέχναι (np. μαντευμάτων) ambiguae significationis vocabulum, e Chori sensu in malam partem accipiendum, sicut infra vs. 804 Calchantem θρῆσκον vocat. Mox ἐπιρρέπειν activa potestate positum ut Eum. 888.

222. τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας — ἔρκος. ἄγχιστος, *proximus*, h. e. ad quem res maxime pertinet, cui maxime curae est. Pind. Pyth. IX, 64 (114) Aristaeum vocat ἄνδρασι χάρμα φίλοις ἄγχιστον. Hinc et ἀγχιστεῖς et ἀγχιστεῖα dicta. Ἀπία tragicorum non differt ab Homerico nisi quantitate; non improbabilis, me judice, nescio cujus viri docti opinio, qui illud cognatum habet latino *aqua*, non inusitata permutatione sonorum *p* et *qu*, ut sit *terra aquosa*, *aquis cincta*: quamquam Graecis etymologia haec ignota fuit. Inde et *Messapia* et *Messapus*, Neptuni filius. Ceterum apertum est, quidquid contra dicit Hermannus, verbis τόδε ἔρκος Chorum semet ipsum dicere. Quod enim erat debili corpore et senio confectus, ἰσχὺν ἰσόπαιδα κέμων ἐπὶ σκήπτροις, id non obstabat quominus penes ipsum tanquam γερουσίαν esset custodia regni. In Clytaemnestram, ad quam Schützius retulit, id minime convenit, cui felicem

γυναῖκ' ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου.
σὺ δ' εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη
νεαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
λέγοις ἂν εὔφρων οὐδὲ σιγῶσα φθονοῖς.

ΚΑΤΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εὐάγγελος μὲν, ὥσπερ ἡ παροιμία,
ἕως γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα.
πεύσει δὲ χάρμα μεῖζον ἐλπίδος κλύειν·
Πριάμου γὰρ ᾑρήκασιν Ἀργεῖοι πόλιν.

ΧΟ. πῶς φῄς; πέφευγε τοὔπος ἐξ ἀπιστίας.

ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιῶν οὖσαν· ἢ τορῶς λέγω;

ΧΟ. χαρᾷ μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλούμενον.

ΚΛ. εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ.

ΧΟ. ἦ γάρ τι πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;

ΚΛ. ἔστιν, τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ.

ΧΟ. πότερα δ' ὀνείρων φάσματ' εὐπιθῆ σέβεις;

ΚΛ. οὐ δόξαν ἂν λάκοιμι βριζούσης φρενός.

ΧΟ. ἀλλ' ἦ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;

V. 228. εὐαγγέλοισιν. 229. κλύοιμ' ἂν εὔφρων οὐδὲ σιγώσῃ (σιγῶντι Fl.) φθόνος. 236. χαρὰ μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη. 238. τί γὰρ τὸ πιστὸν. 275. ἀν λάβοιμι.

belli eventum et incolumem ducis reditum nequaquam optabilem esse Chorum fugere non potuit.

226. ἐρημωθέντος ἄρσενος θρόνου. Jungatur θρόνος ἄρσην, quod venustius quam si genitivus ἄρσενος vel a θρόνος vel ab ἐρημωθεὶς suspendatur. Similiter hoc dictum atque ex. gr. infra vs. 485 ὁ θῆλυς θρασύς. Iliad. ω, 58 γυναῖκα μαζόν. Sophocl. Ant. 1154 τύραννον σχῆμα. Eurip. Alc. 680 νεακίας λόγους.

230. ὥσπερ ἡ παροιμία. Ipsum proverbium non memoratur; faisse credibile est ἕως vel φῶς ἐξ εὐφρόνης, *aurora post noctem, e tenebris lux;* cui ad sensum simile illud Theocriti IV, 43: Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει.

241—243. Reginae responsa οὐ δόξαν ἂν — παιδὸς νεᾶς ὡς κτέ. superbam et virilem mulierem referunt. Aegre fert indicia a se peti, quasi suum ipsius testimonium non satis firmum sit argumentum. Itaque candidis Chori interrogationibus amaro risu respondet.

242. ἄπτερος φάτις opponitur ὀνείρῳ,

ΚΛ. παιδὸς νέας ὡς κάρτ' ἐμωμήσω φρένας.
ΧΟ. πόσου χρόνου δὲ καὶ πεπόρθηται πόλις;
ΚΛ. τῆς νῦν τεκούσης φῶς τόδ' εὐφρόνης λέγω.
ΧΟ. καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλων τάχος; 280
ΚΛ. Ἥφαιστος Ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας,
φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς

V. 244. ποίου χρόνου. 246. ἀγγέλων. 248. ἀπ' ἀγγέλου πυρός.

tanquam πτερόεντι, ut dicitur vs. 425: βέβακεν ὄψις — πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθων. Ergo φάτις latiore sensu dictum *visum*, *omen*, *vaticinium* aliquod *non alatum*, a somnio diversum. Multa de hoc vocabulo ἄπτερος argutantur veteres grammatici, qui etiam recentiores in fraudem induxerunt. Hesychius: ἄπτερος, αἰφνίδιος παρὰ Ὁμήρῳ. ὁ προσηνὴς ἢ ταχύς, Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.

247. Quae sequitur φρυκτωρίας descriptio vividâ rei pictura aeque ac verborum varietate et ornatu insignis est.

247. Ἥφαιστος — σέλας. Vulgo post hunc versum colon ponitur, ut sit responsum praecedentis interrogationis. *Quis nuntio perferendo tantam celeritatem assequatur? — Vulcanus ab Ida fulgorem emittens.* Sed aptior, me judice, est junctura, si Ἥφαιστος — ἐκπέμπων referatur aeque ac sequens φρυκτὸς ad verbum ἔπεμπεν, tanquam si diceret: Ἥφαιστος Ἴδης ἐκπέμπων σέλας, ἔπειτα δὲ φρυκτὸς φρυκτὸν δεῦρο ἔπεμπεν. *Flamma ab Ida emissa et deinceps sequens quaeque fax facem huc pertulit.*

248. ἀπ' ἀγγάρου πυρός. Haec lectio ex Aelio Dionysio servata ab Etymologo M. aliisque grammaticis jure praelata est librorum lectioni ἀπ' ἀγγέλου, quae illius interpretatio habenda. Non ideo tamen eadem vox infra vs. 257 ἀγγέλου loco iteranda est, ut suspicatur Blomf. Talia semel dicta placent. Ceterum unius apponam Eustathii verba ad Odyss. p. 1854, 26: παρὰ τῷ αὐτῷ δὲ ποιητῇ ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ οἱ ἄγγαροι κεῖνται, λέξις φανερῶς Περσική· "φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔπεμπε." τοιοῦτον δὲ τὸ τῶν φακῶν· κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοί (φησι) καὶ ἀστάνδαι Περσικῶς. Qua ratione ordinata esset ista γραμματοφορία, quae ἀγγαρεῖον appellatur, describit Herod. VIII. 98; unde apparet Aeschylum apte hoc nomen transtulisse ad faces certis intervallis dispositas, quibus nuntius ab Ilio ad Argos transferretur. ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς conjunctim dictum eodem sensu quo vs. 299 πομποῦ πυρός. Nihil autem interest, utrum construas φρυκτὸς ἀπ' ἀγγάρου πυρός (ut βέλος ἀπ' ὀμμάτων) an ἔπεμπεν ἀπ' ἀγγ. πυρός. Posterius tamen suadet junctura: *fax facem transmisit per ignem* ἀγγάρου *vice fungentem.*

Quod ad ipsam rem attinet, usus τῶν φρυκτῶν, per quos e longinquo hostium vel sociorum adventus indicaretur, unde φρυκτοὶ πολέμιοι vel φίλοι dicti, notus cum aliunde tum e Theognid. vs. 549. Thucyd. II, 94. III, 22. 80. ubi plura schol. et Poppo in Comment. Horum ad exemplum Aeschylus hanc φρυκτωρίαν finxit, ignibus per intervalla scite sic dispositis, ut

ἔπεμπεν· Ἴδη μὲν πρὸς Ἑρμαῖον λέπας
Λήμνου· μέγαν δὲ πανὸν ἐκ νήσου τρίτον
Ἀθῷον αἶπος Ζηνὸς ἐξεδέξατο·
ὑπερτελὴς τε πόντον ὡς ἐνώτισεν,
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος, πρὸς ἡδονὴν
πεύκης τὸ χρυσοφεγγὲς ὥς τις ἥλιος
σέλας παρηγγάρευσε Μακίστου σκοπῆς·
ὁ δ' οὔτι μέλλων οὐδ' ἀφρασμόνως ὕπνῳ
νικώμενος παρῆκεν ἀγγέλου μέρος,
ἐκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς
Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.
οἱ δ' ἀντέλαμψαν καὶ παρήγγειλαν πρόσω
γραίας ἐρείκης θωμὸν ἅψαντες πυρί.
σθένουσα λαμπὰς δ' οὐδέπω μαυρουμένη,
ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ, δίκην
φαιδρᾶς σελήνης, πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας

V. 250. Libri φανόν. Athenæus πανόν. 251. Ἄθωον. 252. ὑπερτελῆστε πόντον ὥστε νωτίσαι M. ὑπερτελεί τε B. ὑπειρ ἔλης τε Fl. cetera sicut M. 254. πεύκη. 255. σέλας παραγγείλασα Mak. σκοπάς. 263. παιδίον ὠποῦ M. πέδιον Ἀσωποῦ Fl.

ab uno monte ad proximum quemque lux pertingere posset. Voss. ad Melam p. 119. Tractarunt hunc locum Mongez in Mem. Nov. de l'Acad. d. Inscript. T. V. Thiersch Abhandl. d. Münchner Akad. V. II. p. 35.

252. ὑπερτελὴς τε κτέ. ὑπερτελὴς πόντον ἐνώτισε est id. quod ὑπερέβαλε νῶτα θαλάσσης, *maris tergum trajecit.* νωτίζειν est vocabulum poëticum, cujus non satis definita est significatio: notat et *terga dare* sive *fugere* et *in fugam vertere;* item *tergum* (*corpus*) *circum tegere.* — ὑπερτελὴς eodem sensu quo infra vs. 359 ὑπερτελέσαι. Μάκιστον hic dici montem Euboeae in septentrionali parte situm (ad littus Artemisium), ex ordine et intervallis locorum colligitur. Qui sequitur *Messapius* est in Boeotia ex adverso Chalcidis; hunc excipit *Cithaeron* in eadem regione Megaridem versus; hunc Αἰγίπλαγκτος, secundum Schol. mons Megaridis, cum quo quadrat locorum ordo; unde trans Saronicum sinum perventum ad *Arachnaeum*, montem Argolidis.

295. γραῖα ἐρείκη, *erica anus*, ut latini etiam poëtae dicunt *ficus*, *charta*, *testa anus.* Sophocles fragm. CV, 139: γραίας ἀκάνθης πάππος. cf. Blomf. et Boisson.

ἤγειρεν ἄλλην ἐκδοχὴν πομπεῖ πυρός.
Φάος δὲ τηλέπομπον οὔκ ἠναίνετο
Φρουρὰ προσαιθρίζουσα πόμπιμον φλόγα·
λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν Φάος,
ὄρος τ' ἐπ' Αἰγίπλαγκτον ἐξικνούμενον
ὠτρύνεθ' ἑσμὸν μηχαρίζεσθαι πυρός.
πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα χὠς Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
φλέγουσαν· εἶτ' ἔσκηψεν ἔςτ' ἀφίκετο
Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπάς·
κἄπειτ' Ἀτρειδῶν ἐς τόδε σκήπτει στέγος
Φάος τόδ' οὐκ ἄπαπτον Ἰδαίου πατρός.
τοιοῖδ' ἕτοιμοι λαμπαδηφόρων νόμοι,

V. 268. Fort. leg. ἔσκηψεν θρόν.

V. 267. Libri φρουρὰ πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων. Alteram lectionem ex Hesychio protulit Dindorfius. 270. ὤτρυνε θεσμὸν μὴ χαρίζεσθαι πυρός libri. δὴ χαρίζεσθαι Farn. 272. καὶ Σαρ. — κάτοπτρον πρῶν'. 274. εἶτ' ἀφίκετο. 276. Ἀτρ. ἐστόγε σκήπτει. Hinc incipit lacuna in M. 277. Ἰδαίου πυρός. 278. ἔτυμοι Fl. ἕτοιμοι B. Farn.

267. προσαιθρίζειν ex προσαιθερίζειν, ut vs. 536 ἄθρισεν pro ἐθέρισεν. Verbum Aeschyleum.

268. λίμνη Γοργῶπις quum ponatur inter Cithaeronem et Aegiplanctum, sita esse debuit in Megaride, et Corinthum quidem versus, ut colligi potest e mytho quem refert Etymologus M. p. 384, 32, qui postquam dixit eam prius Ἐσχατιῶτιν dictam esse, ὕστερον, inquit, Γοργῶπις ἀλλήθη ἀπὸ Γόργης τῆς Μεγαρέως θυγατρός, γυναικὸς Κορίνθου, ἥτις ἀκούσασα τὸν τῶν παίδων φόνον, περιαλγὴς γενομένη, ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς τὴν λίμνην.

272. φλογὸς μ. πώγωνα. Dictum hoc imitatus est Euripides, teste Photio: Πώγωνα πυρός, τὴν ἀναφορὰν τοῦ πυρός· Εὐριπίδης Φρίξῳ. Simili metaphora in Prom. vs. 1044 dicitur πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος. Cf. Blomf. Σαρωνικοῦ π. κάτοπτον πρῶνα dicit *promontorium conspicuum* s. *eminens* in litore sinus Saronici, puta a parte Argolidis, quod superans flamma pervenit ad m. Arachnaeum. Ceterum cf. Comment. μηχαρίζεσθαι a μῆχαρ h. e. μηχάνη, ut modo προσαιθρίζειν, proprium poëtae verbum.

278. τοιοῖδ' ἕτοιμοι κτέ. ἕτοιμος *promtus*, scopo sive muneri suo plane satisfaciens. » Talis demum promta est λαμπαδηφορία, in qua non, ut vulgo in lampadum agone, decrescente paullatim

ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι·
νικᾷ δ' ὁ πρῶτος καὶ τελευταῖος δραμών.
τέκμαρ τοιοῦτον σύμβολόν τε σοὶ λέγω
ἀνδρὸς παραγγείλαντος ἐκ Τροίας ἐμοί.
ΧΟ. θεοῖς μὲν αὐτίκ', ὦ γύναι, προσεύξομαι·
λόγους δ' ἀκοῦσαι τούσδε καὶ θαυμάσαι
διηνεκῶς θέλοιμ' ἄν, οὓς λέγεις πάλαι.
ΚΛ. Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ.
οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.
ὄξος τ' ἀλειφά τ' ἐγχέας ταὐτῷ κύτει,
διχοστατοῦντ' ἂν οὐ φίλως προσεννέποις,
καὶ τῶν ἀλόντων καὶ κρατησάντων δίχα
φθογγὰς ἀκούειν ἔστι συμφορᾶς διπλῆς.
οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες

V. 289. Fort. leg. προσεμβλέποις.

V. 283. αὖθις. 285. ὡς λέγεις πάλιν B. ὡς λέγοις πάλιν Fl.

face, postremus cursorum ludibrio habetur, sed primus aeque ac ultimus palmam meretur, quum ignes intaminata semper luce resplendescant. Eadem comparatione utitur Herodotus, ubi Persarum ἀγγαρεῖον describit, VIII, 98: ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ κτέ. κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Constructionem tetigi in Comment.

287. βοὴν ἄμικτον, *clamorem insociabilem, discordem.*

288. ὄξος τ' ἀλειφά τ' — καὶ τῶν ἁλόντων. Copula καὶ, ut latinum *et*, saepe jungit ambo comparationis membra; idem est ac si diceret: ὡς ὄξος τ' ἀλειφά τε — οὕτω καὶ τῶν ἁλόντων καὶ κρατησάντων κτέ. ἄλειφα,-ατος pro ἄλειφαρ usurpatur ad Hippocrate, interdum etiam a serioribus poëtis rariora sectantibus. Exceptis verbalitus in -μα, unica haec est hujusmodi forma quae quidem in usu mansit: simile est Homericum λίπα ex λίπος factum, quod tamen in adverbium abiit, et τὸ ὕφα quod habet Etymologus M. cf. Buttmann. Gr. Gr. ampl. I, p. 163 not.

291. φθογγὰς — συμφορᾶς διπλῆς. Est Homericum Il. δ, 450:

ἔνθα δ' ἄμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν
ἁλλόντων τε καὶ ἁλυμένων.

292. ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες id. quod ἀμφιπεπτωκότες σώμασιν, *amplexi corpora*, ut Sophocles Trach. 934. ἀμφιπίπτων στόμασιν. Oed. Col. 1616: τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι λύγδην ἔκλαον πάντες. Eodem sensu περὶ ap. eund. Ant. 1225: κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ

ἀνδρῶν, κασιγνήτων τε καὶ Φυταλμίων,
παίδων, γερόντων, οὐκέτ' ἐξ ἐλευθέρου
δέρης ἀποιμώζουσι φιλτάτων μόρον·
τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος
νήστεις πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει κόνις
τάσσει, πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον,
ἀλλ', ὡς ἕκαστος ἔσπασεν τύχης πάλον,
ἐν αἰχμαλώτοις Τρωϊκοῖς οἰκήμασιν
ναίουσιν, ἤδη τῶν ὑπαιθρίων πάγων
δρόσων τ' ἀπαλλαγέντες, ὡς δ' εὐδαίμονες
ἀφύλακτον εὐδήσουσι πᾶσαν εὐφρόνην.
εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς
τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς θεῶν δ' ἱδρύματα,
οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν.
ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτοι στρατῷ
πορθεῖν ἃ μὴ χρὴ κέρδεσιν νικωμένους.

V. 304. Fort. leg. εὖ σέβουσι. 306. Fort. leg. οὐτἂν ἑλόντες.

V. 293. φυταλμίων παῖδες γερόντων. 297. νῆστις Fl. νήστεις Farn. Pro κόνις libri πόλις. 302. ὡς δυξδαίμονες.

νεκρῷ. φυταλμίων id. quod φυτόρων, τεκόντων. Eodem sensu dictus φυτάλμιος Ζεύς — ζωσγόνος (Hesych.), quae male distinguit Scholiasta, ceterum recte addit: ἐκ τῆς φύτλης δὲ γίνεται φυτάλιμος — καὶ μεταθέσει — φυτάλμιος. Similis formae est ψευδάλμιον, ψευδὲς, apud Hesych. cf. Lobeck. Pathol. Serm. Gr. p. 98. Mox δέρης positum pro στόματος, *collum* pro *gutture* s. *ore;* sic Eurip. Herc. Fur. 680: πολιᾶν ἐκ γενύων κελαδήσω. eodem sensu ἀηδὼν ποικιλόδειρος Hesiod. Ἔργ. 203, pro quo Ruhnk. conjiciebat ποικιλόγηρυς.

296 sqq. "Victores primo mane adsident ad jentacula occisorum, πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον, *non prout suâ cuique vice assignata erant,* sed sicut fors ferebat."

304. εἰ δ' εὐσεβοῦσι. εὐσεβεῖν θεοὺς pro εἰς θεοὺς tetigi in Comment. Significat *si pie se gerant erga deos*, h. e. sacra non violent, ut intelligitur ex opposito πορθεῖν ἃ μὴ χρή. ἑλόντες — ἀνθαλοῖεν similiter opponuntur in Homerico versu Il. χ, 253: ἕλοιμί κεν ἤ κεν ἁλοίην. Mox τὸ πορθεῖν ἃ μὴ χρὴ κέρδεσιν νικωμένους significat τὸ συλᾶν τὰ ἱερά, spoliare templa, aras, signa deorum. Itaque praesagit Clytaemnestra id quod postea revera factum discimus vs. 527: βωμοὶ δ' ἄϊστοι καὶ θεῶν ἱδρύματα.

δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας·
θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στρατός,
κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν
γένοιτ' ἂν, εἰ πρόςπαια μὴ τεύχοι κακὰ
ἐγρηγορὸς τὸ πῆμα τῶν ὁλωλότων.
τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύεις.
τὸ δ' εὖ κρατοίη μὴ διχορρόπως ἰδεῖν·
πολλῶν γ' ἂν ἐσθλῶν τήνδ' ὄνησιν εἱλόμην.

ΧΟ. γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.
ἐγὼ δ' ἀκούσας πιστά σου τεκμήρια
θεοὺς προσειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι·
χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἰργασται πόνων.
Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ καὶ νὺξ Φιλία
μεγάλων κόσμων κτεάτειρα,

V. 309—313. in libris hoc ordine leguntur: δεῖ γὰρ — κάμψαι — θεοῖς δ' — ἐγρηγορὸς — γένοιτ' ἂν.

V. 310. θεοῖς δ' ἂν ἀμπλάκητος. 312. μὴ τύχοι. 313. ἐγρήγορον. 314. κλύοις Fl. Farn. κλύεις B. 316. πολλῶν γὰρ ἐ. τὴν ὄνησιν.

313. ἐγρ. τὸ πῆμα τῶν ὁλωλότων, *vigil strages occisorum*, dicitur *ultrix caesorum Erinnys*. Imitatur Euripides El. vs. 40: εὕδοντ' ἂν ἐξέγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος φόνον. laud. Blomf. — πῆμα personae instar ponit etiam Pindarus Ol. I, 21: πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν. — πρόςπαια, Hesychius: πρόςπαιον, πρόςφατον, νέον. Sunt mala *subita, ex improviso ingruentia*.

315. Junge κρατοίη ἰδεῖν τὸ εὖ μὴ διχορρόπως.

317. κατ' ἄνδρα σώφρον'. Ambigas utrum significet "*sapientis viri in modum* prudenter loqueris," ut vulgo interpretantur, an "*sapientis mariti ad exemplum.*" Si prius, otiosum est εὐφρόνως, quod hic non notat *benevole*, sed *prudenter*; quo sensu saepius. Posterius etiam propterea praefero, quod Chorus quavis occasione Clytaemnestrae suam erga regem reverentiam significat. Ad constructionem cf. vs. 925: λέγω κατ' ἄνδρα μὴ θεὸν σέβειν ἐμέ.

319. Jungendum προσειπεῖν εὖ. — χάρις οὐκ ἄτιμος est remuneratio laborum *non inferior pretio*, pretio aequiparans labores. Post haec verba abit de scena Clytaemnestra.

321. Chorus grata mente veneratur Jovis potentiam conspiciendam in Trojae clade tanquam justa Paridis ultione. Reminiscitur porro, quot dolores et mala perfidus Helenae raptus Graeciae pepererit: primum pingit domesticum Menelai luctum ob amissam conjugem, deinde publicum bellum inde ortum

ἦτ' ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε γέρων
μήτ' οὖν νεαρῶν τις ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.
Δία τοι ξένιον μεγάλ' αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ
τείναντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄσσον
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.
Διὸς πλαγὰν ἔχοις ἂν εἰπεῖν· στρ. α'.
πάρεστίν τοι τόδ' ἐξιχνεῦσαι.
ὡς ἦρξεν, ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις

V. 324. 325. μήτε μέγαν μήτ' οὖν νεαρῶν τιν'. 328. μέγαν αἰδοῦμαι. 330. τείνοντα. 331. ὑπὲρ ἄστρων. 333. ἔχουσαν Fl. (P). ἔχουσιν Farn. 334. πάρεστι τοῦτ' ἐξιχνεῦσαι Fl. τοῦτό γ' ἐξιχν. Farn. 335. ὡς ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν.

tristemque stragem apud Ilium caesorum, quorum funera deploret populus, tacite exsecrans Atridas, qui mulieris gratia tantum bellum commoverint: e quo populi odio nova Atridis mala praesagit Chorus. Postremo incredulus relata victoriae indicia tanquam inanis spei commenta abjicit.

325. Junge: ὑπερτελέσαι μέγα γάγγαμον ἄτης δουλείας (δουλίας) παναλώτου. — ὑπερτελέσαι, quo sensu supra vs. 252 ὑπερτελής. — παναλώτος activa potestate.

331. μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ — h. e. quod uno verbo Sophocles El. vs. 31 καιροῦ τύγχανειν dicit. Similis verborum oppositio est vs. 786.

333. Διὸς πλαγὰν κτέ. Respondet hoc praegressis. Sensus est: »Merito Jovis plagam hanc dixeris; ex ipsa re rimando id agnoscere licet. Videlicet quale fuit initium, talis exitus. Credebat aliquis, deum non curare mortalium impia facta; at mox Dira, scelerum comes, apparuit superbis." Haec omnia, universe dicta, ad Paridem spectant, cujus impium consilium causam fuisse significat cladis ei a deo illatae.

335. ὡς ἦρξεν, ὡς ἔκρανεν Ut ἄρχειν et τελεῖν, ita κραίνειν interdum nude ponitur, ut Choëph. extr. ποῖ δῆτα χρανεῖ, ποῖ καταλήξει μετακοιμισθὲν μένος Ἄτης; Brevia hujusmodi enuntiata amat Aeschylus. cf. 1562: φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων κτέ.

οὐκ ἔφα τις κτέ. h. e. ita se gerebat, quasi nullam mortalium curam deos gerere putaret. Similia in impium dicuntur in Aristoph. Thesm. 638 (672): τοῖς ἄλλοις ἔσται ἄπασιν παράδειγμ' ὕβρεως, ... φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς φανερῶς δείξει τ' ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν δαίμονας.

θεοὺς βροτῶν ἀξιοῦσθαι μέλειν
ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πατοῖθ' · ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.
πέφανται δ' ἐγγενὴς
ἀτολμήτων Ἄρης,
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως
φλεόντων δωμάτων ὑπὲρ, φεῦ,
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' ἀπήμαντον ὥστε κἀπαρκεῖν
εὖ πραπίδων λαχόντα.
οὐ γὰρ ἔστιν ἔπαλξις

V. 339—341. πέφανται δ' ἐγγόνους ἀτολμήτων ἄρη πνεόντων. 342. ὑπέρφευ. 343. ὥστ' ἀπαρκεῖν Fl.

337. ὅσοις ἀθίκτων χάρις πατ. Spectat hoc ad violatam a Paride matrimonii sanctitatem. ἄθικτα, *non tangenda Veneris*, ut Euripides Hippol. 650 dicit: (πατρὸς) λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες εἰς ξυναλλαγάς. Significat ergo: *quibus non tangendae Veneris* (s. *alienae uxoris*) *flos calcatur*; h. e. qui illicitae Veneris gaudio insolenter fruuntur. Nolo tamen dissimulare, πατοῖτο mihi non valde placere; aptius hoc diceretur de illata vi sive stupro quam de amore illicito quidem, non tamen per vim extorto. Sensui convenientius foret, opinor, ὅσοις ἀθίκτων χάρις ποθοῖτ', *qui illicitos amores concupiscant*.

339. πέφανται δ' ἐγγενὴς κτέ. Interpretationis instar sunt quae dicuntur infra 758 sqq. τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον κτλ. Cf. Comment.

343. ἔστω δ' ἀπ. Duo orat, ἐπαρκεῖν ἀπήμαντόν τε καὶ εὖ φρονοῦντα. Sic Horatius Od. I, 31:

Frui paratis et valido mihi,
Latoë, dones et (precor) integra
Cum mente.

εὖ πραπίδων λαχόντα. Similiter lyricus poëta apud Plutarch. Mor. p. 504 D: κἀκεῖνον γὰρ ἐγώ φαμι ἰοπλοκάμων Μουσᾶν εὖ λαχεῖν.

345. οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις — εἰς ἀφάνειαν. Interpretes haec ita vertunt: "Qui justitiae aram insolenter proculcaverit, ei nullum est opum praesidium adversus exitium, sive (quod eodem redit) ad propulsandum interitum." Itaque εἰς ἀφάνειαν interpretantur *contra exitium*, et πρὸς κόρον construunt cum λακτίσαντι, quo sensu dicitur πρὸς ὀργήν, πρὸς βίαν, πρὸς ἡδονήν. Interpretatio vero haec probari non potest. Primum εἰς non significat *contra*; deinde ἀφάνεια est *occultatio*, *obscuritas*, quo sensu legitur apud Pind. Isthm. III, 49 (Boeckh.) et Thucyd. III, 37; num pro *exitio* accipi possit valde dubitandum. Tum coacta est junctura qua πρὸς κόρον construatur cum λακτίσαντι. Facillima verborum constructio haec est, qua jungatur ἔπαλξις πρὸς κόρον, *praesidium adversus insolentiam*. εἰς ἀφάνειαν autem notat idem quod εἰς κρύψιν, εἰς κατακρυφήν, *ad occultandum* vel *ad latendum*, quod si cum ἔπαλξις construatur, significabit: "non erit propugnacu-

πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
λακτίσαντι μέγαν δίκας βωμὸν εἰς ἀφάνειαν.
βιᾶται δ' ἀ τάλαινα πειθὼ ἀντ. α'.
πρόβουλος, παῖς ἄφερτος ἄτας.
ἄκος δὲ πᾶν μάταιον. οὐκ ἐκρύφθη,
πρέπει δὲ φῶς αἰνολαμπὲς σίνις,
κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον
τρίβοισι καὶ προσβολαῖς
μελαμπαγὴς πέλει,
δικαιωθεὶς, ἐπεὶ
διώκει παῖς ποτανὸν ὄρνιν,
πόλει πρόστριμμ' ἄφερτον ἐνθείς.

V. 347. λακτ. μεγάλα Fl. ἐλλακτίσαντι μεγάλα Farn. idem in antistr vs. 362 ἤσχυνε τὴν ξ. 349. προβουλόπαις. 350. παμμάταιον. 351. σίνος. 353. τρίβῳ καὶ Fl. τρίβῳ τε καὶ Farn. 356. πτανὸν ὄρνιν Fl. πτανόν τιν' ὄρνιν Farn. 357. ἄφερτον θεὶς Fl.

lum, *quo se occultet*, vel *quo injuste facta tegat.*" Posset quis putare construendum esse λακτίσαντι εἰς ἀφάνειαν, h. e. *qui justitiam proculcando obscuret;* sed prius praefero, unde hic efficitur sensus: *Divitiae non immunem praestant ab insolentia eum qui semel justitiam divinam laeserit, nec latere eum sinunt.* Brevius: "Divitiae a justitia sejunctae obnoxium reddunt insolentiae." Huic sententiae congruum est quod sequitur: βιᾶται δ' ἀ τάλαινα πειθώ, *impellit eum* (*ad insolentiam*) *pessima consultrix Suada, Noxae filia.* Jung. πρόβουλος ἀ τάλαινα πειθώ. Sic vs. 222: αἰσχρόμητις τάλαινα παρακοπά. Ceterum δίκη, κόρος, πειθώ tanquam personae positae sunt; κόρος est dea quae ad insolentiam, ὕβριν, ducit.

350. sqq. οὐκ ἐκρύφθη, πρέπει δὲ κτέ. "Injustus non latet, sed (ut) triste lumen ardet, atque (ut) adulterinum aes attritu et sordibus nigrescit; δικαιωθεὶς, juste punitus, quia, dum (sicut) puer aviculam insectatur, civitati ingentem labem adspergit." Omissa particula ὡς, similitudo cum ipsa re vel persona ad quam refertur poëtice confunditur. διώκει παῖς ποτανὸν ὄρνιν sumtum e proverbio τὰ πετόμενα διώκειν. Persius Sat. III, 61: *passim sequeris corvos testave lutove?* Blomf.

352. κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον. χαλκὸν intellige aenea vasa, signa, supellectilem. Simili comparatione utitur Sophocles in fragm. ap. Plutarch. Mor. p. 1129: λάμπει γὰρ ἐν χρείαισι ὥσπερ εὐγενὴς χαλκός. Nec dissimile quod Horatius Sat. I, 3, 56 dicit *sincerum vas incrustare*, h. e. vas sinceri aeris crusta obducere, pro: homini probo maculam adspergere. μελαμπαγὴς producit α, ex μελαμπηγὴς factum, ut ἀνεμόεις (ἠνεμόεις), δυσάνεμος, εὐάνεμος, εὐάνωρ, alia producto α usurpantur in choricis carminibus.

λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔτις θεῶν, τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε
φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.
οἷος καὶ Πάρις ἐλθὼν
ἐς δόμον τὸν Ἀτρειδᾶν 400
ᾔσχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖσι γυναικός.
λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας στρ. β'.
κλόνους τε καὶ λογχίμους ναυβάτας ὁπλισμούς,
ἄγουσά τ' ἀντίφερνον Ἰλίῳ φθοράν, 406
βέβακε ῥίμφα διὰ πυλᾶν
ἄτλητα τλᾶσα. πολλὰ δ' ἔστενον
τάδ' ἐννέποντες δόμων προφῆται·
ἰὼ ἰὼ δῶμα δῶμα καὶ πρόμοι, 410
ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φυγάνορες.
πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους
αἴστους ἐφημένων ἰδεῖν·

V. 358. Fort. leg. οὔτις θεῶν τῶνδ' ἐπίστροφος, τὸν δὲ φῶτ'.

V. 364. κλόνους λογχ. τε καὶ ναυβάτας ὁπλ. 368. τόδ' ἐν. 369. ἰὼ δῶμα καὶ πρόμοι Fl. 370. φιλάνορες. 371. πάρ. σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος ἄδιστος ἀφεμένων ἰδ.

358. *ἐπίστροφον τῶνδε*, si sanum est, activo sensu dicit eum qui *infert* urbi illud *ἄφερτον πρόστριμμα*, ut Hermannus; vel potius, qui *nectit*, *torquet*, *machinatur* ista mala. Ita homo versutus et artificiosus vocatur *στρόφις*, et *ἐπιστρεφὴς callidus*.

365. *ἀντίφερνον φθοράν*. Significare hoc potest vel *dotis loco exitium attulit*, ut vulgo accipiunt, vel *pro oblata dote exitium dedit*, ut dotis pretium fuerit exitium. Posterius hoc mihi placet: nam revera Helena magnas opes tanquam dotem apportaverat; quo spectat infra vs. 741 *γέλασμα πλούτου*.

368. *δόμων προφῆται κτέ*. Regiae domus vates et *ἀοιδοὶ* flebili carmine Menelai moerorem ob raptam Helenam canebant. Vatum testimonium ideo affert Chorus, quia praeter illos nulli testes admissi. Ceterum vatum verba pertinent usque ad vs. 426 — *κελεύθων*. unde Chorus incipit memorare publicum luctum, cujus ipse testis oculatus fuerat.

369. *ἰὼ ἰὼ δῶμα κτέ. Eheu domus et proceres! eheu lectus et profugi gressus!* h. e. "Heu princeps domum habitans! heu conjux mariti profuga!" *ἰδεῖν πάρεστι σιγὰς ἐφημένων*, *dominorum silentium*, h. e. taciturnum luctum; *ἀτίμους*, quia Menelaus conjugis raptu omni honore spoliatus erat; *ἀλοιδόρους*, quia nullas edebat querelas, prae dolore obmutuerat; *αἴστους* (*ἄϊστους*), quod luctu perditus, exanimis erat. Pluralis *πρόμοι* et *ἐφημένοι* ad unum Menelaum spectat, unde mox ad singularem transit: *φάσμα δόξει κτέ*.

πόθῳ δ' ὑπερποντίας
φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν. 415
εὐμόρφων δὲ νεοσσῶν
ἔχθεται χάρις ἀνδρί,
ὀμμάτων τ' ἐν ἀχηνίαις ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτα.
ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονι ἀντ. β'.
πάρεισι δόξαι φέρουσαι χάριν ματαίαν· 421
μάταν γάρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῇ 'νορᾶν,
παραλλάξασα διὰ χερῶν
βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον 425
πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθων.
τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφεστίους ἄχη.
τὰ δ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα·
τόπων ἀφ' Ἕλλανος αἴας συνορμένοις
πένθεια τηξικάρδιος 430

V. 375. εὐμόρφων δὲ (γὰρ Farn.) κολοσσῶν. 377. ὀμμάτων δ'. 378. πενθήμονες. 380. δοκῶν ὁρᾶν. 383. ὕπνου κελεύθοις. 384. 385. κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη τάδ' ἐστὶ. 386. τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας. 387. πένθ. τλησικάρδιος δόμ. ἑκάστου πρ.

374. φάσμα, h. e. ὡς φάσμα, np. Menelaus. Sic in Sophoclis Oed. Col. 110 dicitur Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον. Quae sequuntur εὐμόρφων κτέ. explicui in Comment.

377. ὀμμάτων τ'. Junge ὀμμάτων ἔρρει, non ἐν ἀχηνίαις ὀμμάτων. *In miseria evanescit ex oculis Venus*, h. e. amor et gaudium, quae pellucent in oculis. Haec aeque ac sequentia item ad Menelaum spectant; interpretes perperam de Helena dici putarunt. ἀχηνία, h. e. ἀπορία, rarius vocabulum, iterum legitur in Choëph. vs. 301. cf. Blomf. et Herm. ad h. l. ἀχήν, *inops*, est apud Theocr. Id. XVI, 32.

383. πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθων, „avolat *alis somni viarum sequacibus*, sive *somni fugam sequentibus*", pro: una cum somno avolat.

384. οἴκους ἐφεστίους Hermannus interpretatur *domum quae cui sua et propria est;* haec vero significatio in hunc certe locum non quadrat, ubi de sola Agamemnonis domo agitur. Est potius, quod verba indicant, *domus interior*, ubi erat ἑστία; in hanc se recipiebant lugentes. Eadem interpretatio convenit in vs. 851 ubi Agamemnon diis gratias acturus dicit: νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους ἐλθὼν κτέ. et in Sept. c. Th. vs. 73: μή μοι πόλιν γε πρυμνόθεν ... ἐκθαμνίσητε ... καὶ δόμους ἐφεστίους, ubi hoc praedicato arae et foci significantur. Hucusque προφητῶν verba; deinceps Chorus suis verbis communia populi mala commemorat.

387. πένθεια πρέπει, ut vs. 321 βοὴ πρέπει. Πένθεια quasi persona pro πένθος.

δόμων ἕκατι πρέπει.
πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἦπαρ·
οὓς μὲν γάρ τις ἔπεμψεν
οἶδεν, ἀντὶ δὲ Φωτῶν 434
τεύχη καὶ σποδὸς εἰς ἑκάστου δόμους ἀφικνεῖται.
ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμάτων στρ. γ'.
καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορὸς
πυρωθὲν ἐξ Ἰλίου 440
φίλοισι πέμπει βραχὺ
ψῆγμα δυσδάκρυτον ἀντήνορος σποδοῦ γεμίζων λέβητας εὐθέτους·
στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄνδρα τὸν μὲν, ὡς 445
τέχνης ἵδρις, τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ'
ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός· τὰ δὲ σῖγά τις βαῦ-
ζει, φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρπει προδίκοις Ἀτρείδαις.
οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος
θήκας Ἰλιάδος γᾶς
ἄμομφοι κατέχουσιν· ἐχθρὰ δὲ χθὼν κατέκρυψεν. 455
βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ· ἀντ. γ'.
δημοκράντους ἀρὰς τελεῖ χρόνος.

V. 390. Deest in codd. τις. 396. βαρὺ. 397. εὐθέτου. 399. μάχης ἵδρις. 400. διὰ libri; in Anecd. Cram. διαὶ. 404. εὐμορφοι κατ. ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν Fl. εὐμόρφως κατ. ἐχθρῶν δ' ἔχοντας ἔκρ. Farn. 406. δημοκράτου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.

393. ὁ χρυσαμοιβὸς — καὶ ταλαντοῦχος. Mars *qui auro* sive *pretio reddit cadavera*, sicut argentarius *libram tenens in proelio*. Verborum junctura non sinit ταλαντοῦχον hic explicari qui *sortis arbiter* est in proelio, sicut Homericus Jupiter pugnantium fata trutina ponderat Il. θ, 69. χ, 209: καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα κτέ. — μάχῃ δορὸς dixit etiam Sophocles Ant. 670.

400. τὰ δὲ σῖγά τις βαῦζει κτλ. "Deplorant et laudant mortuos, *alia vero tacite mussitant*, quae eloqui non audent," nempe exsecrationes in duces. Quae sequuntur sic construenda: ὑφέρπει δ' (αὐτοὺς) ἄλγος φθονερὸν προδίκοις Ἀτρείδαις, *subrepit eos dolor invidiosus* s. *infestus Atridis*: dolor ob mortuos conjunctus cum odio in belli auctores.

406. δημοκράντους ἀρὰς τελεῖ χρόνος. τελεῖ h. e. ad maturitatem, ad eventum adducit. Simili verbo in si-

μένει δ' ἀκοῦσαι τί μου
μέριμνα νυκτηρεφές. 460
τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ ἄσκοποι θεοί· κελαιναὶ δ' Ἐρινύες χρόνῳ
τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας παλιντυχεῖ
τριβᾷ βίου τιθεῖσ' ἀμαυρόν· ἐν δ' ἀΐ- 465
στοις τελέθοντος οὔτις ἀλκά. τὸ δ' ὑπερκόπως κλύειν
εὖ βαρύ· βάλλεται περισσοῖς Διόθεν κεραυνός.
κρίνω δ' ἄφθονον ὄλβον· 471
μήτ' εἴην πτολιπόρθης
μήτ' οὖν αὐτὸς ἁλοὺς ὑπ' ἄλλων βίον κατέδοιμι.
πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου ἐπῳδ.
πόλιν διήκει θοὰ 476
βάξις· εἰ δ' ἐτήτυμος
τίς οἶδεν εἴτε θεῖόν ἐστι δὴ ψύθος.
τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος,
φλογὸς παραγγέλμασιν 480
νέοις πυρωθέντα καρδίαν, ἔπειτ'
ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν;
γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει

V. 411. Fort. leg. τροπᾷ βίου. 425. Fort. leg. γυναικὸς ἀκμᾷ.

V. 412. ὑπερκότως. 413. βάλλεται γὰρ ὅσσοις Διόθεν. 416. κατίδοιμι. 419. εἰ δ' ἐτητύμως — ἤτοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος libri. supra ἢ Flor. ει. 425. ἐν γυναικὸς αἰχμᾷ.

mili sententia utitur Hom. Od. ρ, vs. 496: εἰ γὰρ ἐπ' ἀρῇσιν τέλος ἡμετέρῃσι γένοιτο.

410. παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου, si sanum est, significat *in contrariam fortunam versa vitae actione*. cf. Comment.

411. ἐν δ' ἀΐστοις τελέθοντος οὔτις ἀλκά. Schützius: *evanidis et deletis nulla vis est* (*omnis vis ademta est*). Potius sic interpretor: *Quum semel oppressus et deletus sit, nullum ei est auxilium*, nullum praesidium quo se erigat. Sic τελέθοντος pro genitivo absoluto habendum, usitata constructione. οὔτις ἀλκὰ id. fere quod modo vs. 387 ἄκος δὲ πᾶν μάταιον. Hom. Il. χ, 305: οὐδέ τις ἀλκὴ γίγνεται οὐδὲ φυγή. Aesch. Prom. 545: εἰπέ ποῦ τις ἀλκά.

414. κρίνω (h. e. νικᾶν κρίνω) ἄφθονον ὄλβον, *palmam do fortunae invidia carenti*: est *aurea mediocritas* laudata Horatio. βίον κατέδοιμι, ut nos dicimus: *dat ik niet in slavernij mijn brood ete!* Cf. Comment.

πρὸ τοῦ Φανέντος χάριν ξυναινέσαι.·
πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς θρόος ἐπινέμεται,
ταχύπορος, ἀλλὰ ταχύμορον
γυναικογήρυτον ὄλλυται κλέος.

ΚΛΤΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Τάχ' εἰσόμεσθα λαμπάδων ΦαεσΦόρων
Φρυκτωριῶν τε καὶ πυρὸς παραλλαγὰς,
εἴτ' οὖν ἀληθεῖς, εἴτ' ὀνειράτων δίκην
τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν Φῶς ἐΦήλωσεν Φρένας.
κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ κατάσκιον
κλάδοις ἐλαίας· μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
πηλοῦ ξύνωρος, δψία κόνις, τάδε·
ὃς οὔτ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων Φλόγα

V. 427. ὁ θῆλυς ὅρος. 436. ξύνουρος. 437. ὡς οὔτ'.

430. Clytaemnestra modo jam inter extremum canticum ex aedibus in scenam prodierat, quamquam non animadversa a Choro, ita ut verba illa, quibus muliebrem credulitatem Chorus carpit, audire potuerit. Indicant hoc tam proxima verba quibus senes compellat, quae iratum animum produnt, quam quae inferius dicit vs. 590: καὶ τίς μ' ἐνίπτων εἶπεν, ... ἢ κάρτα πρὸς γυναικὸς αἴρεσθαι κάρ, quae aperte spectant ad illa Chori 483: γυναικὸς αἰχμᾷ πρέπει κτέ. ut animadvertit Schützius. Jam accurrit de domûs tecto descendens, unde quae e longinquo afferrentur speculata erat. Oratio non carens ampullis, ardentis mulieris animum plane refert. Ceterum de dissentientium interpretum judiciis dixi in Comment.

430. τάχ' εἰσόμεσθα — εἴτ' οὖν κτέ. non sunt verba dubitantis vel sciscitantis num ita sit, sed affirmantis ita esse ut dixerat. ὀνειράτων δίκην spectat ad supra dicta Chori verba vs. 274.

434. ὁρῶ κατάσκιον κλάδοις ἐλαίας. Praeconem olea velatum esse, id e longinquo per pulveris nubem cernere sane haud poterat; sed Clytaemnestra femineâ exsultantiâ videre se fingit quod cupit, vel potius quod cupere se simulat. Ceterum lauri vel oleae ramus fausti nuntii indicium.

435. κάσις πηλοῦ ξύνωρος. Simili figura Sept. c. Theb. vs. 494: λεγνὺν μέλαιναν αἰόλην, πυρὸς κάσιν. Frequentius ita ἀδελφὸς et ἀδελφή. cf. Blomf. ad Sept. l. l.

437. ὃς οὔτ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων κτέ. Illud σοι amare additum; carpit nempe Chorum qui taedarum signa contemsisset modo vs. 479 sq. — οὔτ' ἄναυδος, non mutus nuntius, ut φρυκτὸς, quem etiam Theogn. vs. 549 vocat ἄγγελον ἀφθογγον. cf. Sept. c. Theb. 82: αἰθερία κόνις με πείθει, ἄναυδος ... ἄγγελος. — οὔτε καπνῷ πυρὸς, quasi priora illa signa nihil fuissent nisi inanis fumus. Pro-

ὕλης ὀρείας σημανεῖ καπνῷ πυρὸς,
ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων —
τὸν ἀντίον δὲ τοῖςδ' ἀποστυγῶ λόγον·
εὖ γὰρ πρὸς εὖ φανεῖσι προςθήκη πέλοι.
ΧΟ. ὅστις τάδ' ἄλλως τῇδ' ἐπεύχεται πόλει,
αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν.

ΚΗΡΥΞ.

Ἰὼ πατρῷον οὖδας Ἀργείας χθονὸς,
δεκάτῳ σε φέγγει τῷδ' ἀφικόμην ἔτους,
πολλῶν ῥαγεισῶν ἐλπίδων, μιᾶς τυχών.
οὐ γάρ ποτ' ἤυχουν τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ
θανὼν μεθέξειν φιλτάτου τάφου μέρος.
νῦν χαῖρε μὲν χθών, χαῖρε δ' ἡλίου Φάος,
ὕπατός τε χώρας Ζεύς, ὁ Πύθιός τ' ἄναξ,
τόξοις ἰάπτων μηκέτ' εἰς ἡμᾶς βέλη·
ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἧσθ' ἀνάρσιος,
νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι καὶ παιώνιος,
ἄναξ Ἄπολλον· τούς τ' ἀγωνίους θεοὺς
πάντας προσαυδῶ, τόν τ' ἐμὸν τιμάορον
Ἑρμῆν, φίλον κήρυκα κηρύκων σέβας,

V. 440. ἀποστέργω. 452. ἦλθ' superscripto ες Fl. ἦλθες Farn. 453. καὶ παγώνιος Fl. κἀπαγώνιος Farn.

xima ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν κτέ. ambigue dicta: aliud enim reginae *lastabile*, aliud choro. ἀλλ' ἢ elliptice positum, omisso altero ἢ propter abruptam orationem. Similiter Aristoph. Thesm. 98: ἀλλ' ἢ τυφλὸς μέν εἰμι, κτέ.

441. Regina, his dictis, rursus intro abit, speculatura nimirum, quae porro adventura sint. Etiam Chori responso ὅστις τάδ' ἄλλως ἐπεύχεται, subest ἀμφιβολία: palam dicit se reginae dictis assentiri, tecte vero poenam imprecatur ei qui aliud intus animo optet, aliud ore proloquatur. Haud ignarus scilicet est, Agamemnonis reditum reginae haud optabilem esse.

456. φίλον κήρυκα κηρύκων σέβας. Minuitur dicti venustas, si haec verba interpositâ virgulâ, ut vulgo faciunt, dirimantur sic: φίλον κήρυκα, κηρύκων

ἥρως τε τοὺς πέμψαντας εὐμενεῖς πάλιν
στρατὸν δέχεσθαι τὸν λελειμμένον δορός.
ἰὼ μέλαθρα βασιλέων, φίλαι στέγαι
σεμνοί τε θᾶκοι δαίμονές τ' ἀντήλιοι,
εἴ που πάλαι, φαιδροῖς ἰδόντες ὄμμασι
δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ θρόνοις.
ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων
καὶ τοῖσδ' ἅπασι κοινὸν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
ἀλλ' εὖ νιν ἀσπάσασθε, καὶ γὰρ οὖν πρέπει,
Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου
Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον·
βωμοὶ δ' ἄϊστοι καὶ θεῶν ἱδρύματα,
καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός.
τοιόνδε Τροίᾳ περιβαλὼν ζευκτήριον
ἄναξ Ἀτρείδης πρέσβυς εὐδαίμων ἀνὴρ
ἥκει, τίεσθαι δ' ἀξιώτατος βροτῶν
τῶν νῦν. Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις
ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον·
ὀφλὼν γὰρ ἁρπαγῆς τε καὶ κλοπῆς δίκην

V. 468. βωμοὶ δ' — ἱδρύματα, versus suspectus.

V. 461. ἦ που π. φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι Fl. τοῖσιν ὄμμασιν Farn. 462. δέξαισθε Farn. Deinde libri πολλῷ χρόνῳ. 463. ἡμῖν Fl.

σέβας. Jungendum κηρύκων φίλον σέβας; cui simile est Horatianum *dulce decus* Carm. I, 1. Sic vs. 619: τῆσδε γῆς φίλον κράτος vocat Menelaum.

467. Διὸς μακέλλῃ τῇ κατείργ. πέδ. Dicti elegantiam imitatus est Sophocles in fabula deperdita et παρῳδεῖ Aristophanes Av. 1238:

ὦ μῶρε, μῶρε, μὴ θεῶν κίνει φρένας,
δείσας ὅπως μὴ σοῦ γένος πανώλεθρον
Διὸς μακέλλῃ πᾶν ἀναστρέφῃ Δίκη.

ad q. l. schol. τοῦτό φησι παρὰ τὸ Σοφόκλειον· χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ.

468. βωμοὶ δ' ἄϊστοι. Inconsulto Nuntius talia jactat facinora, a quibus justa deorum in victores ultio esset metuenda. cf. supra vs. 338 sqq. σπέρμα tropice, ut solet, dictum: soboles, stirps, gens.

471. Junge: ἄναξ Ἀτρ. πρέσβυς ἥκει εὐδαίμων ἀνήρ, τίεσθαι δ' ἀξιώτατος. Ultima haec εὐδαίμων κτέ. ut praedicatum adjecta sunt verbo ἥκει.

474. »Non gloriari licet Paridi se plus damni intulisse quam accepisse. Commisit κλοπὴν et ἁρπαγήν; κλοπὴν

τοῦ ῥυσίου θ' ἥμαρτε καὶ πανώλεθρον
αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον.
διπλῇ δ' ἔτισαν Πριαμίδαι θἀμαρτία.
ΧΟ. κῆρυξ Ἀχαιῶν χαῖρε τῶν ἀπὸ στρατοῦ.
ΚΗ. χαίρω· τὸ τεθνάναι δ' οὐκέτ' ἀντερῶ θεοῖς.
ΧΟ. ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνασεν.
ΚΗ. ὥστ' ἐκδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο.
ΧΟ. τερπνῆς ἄρ' ἦστε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου.
ΚΗ. πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου;
ΧΟ. τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπλημμένοι.
ΚΗ. ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις.

V. 478. διπλᾶ — θἀμάρτια. 480. τεθνᾶναι, omisso τὸ. 482. ἐνδακρύειν Fl. 483. ἄρ' ἔστε Fl. ἄρ' ἦτε Farn. 485. πεπλημένος.

luit eo quod τοῦ ῥυσίου ἥμαρτεν, ἁρπαγὴν eo quod raptoris regnum et patria vastata sunt." — Quid sit τοῦ ῥυσίου ἥμαρτεν, non clare explicatum nec a ceteris interpretibus nec ab Hermanno, qui de hoc vocabulo subtilius quam rectius disserit. Ῥύσιον significat *pignus* quod pro re ademta capitur, a ῥύεσθαι (Hesych.), idque vel proprie vel tropice; proprie accipiendum est in Aeschyli Suppl. et in Sophoclis Oed. C. (vv. cit. Herm.) tropice vero notat λύτρον vel ἀμοιβήν vel, in plurali praesertim, *vindicias*. Itaque proprie ῥυσίου ἁμαρτάνειν dicitur is, qui pro re ipsi ademta pignus capere non valet, h. e. cui impune res ademta est; idque optime dictum in Paridem, opibus suis ita spoliatum ut nullus ei relictus esset vindicandi locus. Vulgaris explicatio, qua interpretantur *praedam a Graecis vindicatam* (h. e. Helenam), significationi v. ῥύσιον non conveniens est. — αὐτόχθονον capiendum pro αὐτῇ τῇ χθονί, regiam domum *una cum patria* perdidit; nisi malis explicare *domum cum ipso solo* in quo stabat, h. e. *funditus;* quod idem Sept. adv. Th. 71 dicitur πρεμνόθεν πανώλεθρον. Mox ἔθρισεν a θρίζω pro θερίζω. Vid. Blomf. — θἀμαρτία dualis, np. κλοπήν τε καὶ ἁρπαγήν.

479. κῆρυξ Ἀχ. τῶν ἀπὸ στρατοῦ est graeca constructio, pro qua e nostri sermonis more diceres κῆρυξ ἀπὸ στρατοῦ τῶν Ἀχαιῶν. Recte explicat Kühner Gr. Gr. § 623.

481. ἐγύμνασεν, *commovit, concussit*, rariore verbi usu. Vid. Blomf.

483. τερπνῆς ἄρ' ἦστε κτλ. *Suavi igitur hocce morbo affecti eratis*, h. e. dulcis erat morbus ille quo laborabatis. Non intelligens dulcedinem hanc miles quaerit: *Quomodo verbum hoc capiam?* Explicat Chorus: nimirum *redamantium percussi desiderio;* desiderantes eos a quibus vicissim desiderabamini. Sensum non ceperunt interpretes qui post versum τερπνῆς . . . νόσου signum interrogandi posuerunt. πῶς δὴ διδαχθεὶς — *quomodo edoctus* cet. est idem quod *fac ut aliquo modo edoctus dictum hoc intelligam.* cf. vs. 622: πῶς δῆτ' ἂν ἐλπὼν κτλ.

ΧΟ. ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν.
ΚΗ. πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν στύγος; φράσον.
ΧΟ. πάλαι τὸ σιγᾶν φάρμακον βλάβης ἔχω.
ΚΗ. καὶ πῶς ἀπόντων κοιράνων ἔτρεις τινάς;
ΧΟ. ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ καὶ θανεῖν πολλὴ χάρις. 550
ΚΗ. εὖ γὰρ πέπρακται. ταὐτὰ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ
τὰ μέν τις ἂν λέξειεν εὐπετῶς ἔχειν,
τὰ δ' αὖτε κἀπίμομφα· τίς δὲ πλὴν θεῶν
ἅπαντ' ἀπήμων τὸν δι' αἰῶνος χρόνον;
μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυσαυλίας 555
σπαρνάς τ' ἀρήξεις καὶ κακοβρώτους, τί δ' οὐ
στένοντες, οὐ λακόντες ἤματος μέρος;
τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προσῆν πλέον στύγος·

V. 498. Fort. leg. — οὐ λακόντες ἤμεν δύσμοροι;

V. 499. Post πλέον στύγος libri inserunt hunc versum:
εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν.

V. 487. μ' omittunt libri. 488. στύγος στρατῷ; 490. τυράννων Fl. 491. ὧν νῦν. 492. 493. ταῦτα δ' — τὰ μέν τις εὖ λέξειεν. 497. σπ. παρήξεις κ. κακοστρώτους Fl. παρ. κ. κακοστρώτους Farn. 498. οὐ λαχόντες.

488. πόθεν — τὸ δύσφρον κτέ. Ad ἐπῆν supple σοι. Responsum Chori πάλαι τὸ σιγᾶν, aeque ac supra vs. 36 excubitoris dictum, diserta brevitate et metuendam reginae dominationem et arcana domûs flagitia indicat.

490—92. καὶ πῶς ἀπόντων κοιράνων. Ut jam saepius vidimus, hic quoque plurali significatur unus Agamemnon. Non intelligit miles, quomodo senatui, absente rege, quisquam metuendus esse potuerit. Reges heroica aetate timendi aeque ac honorandi subditis: exemplo sit Creon in Sophoclis Ant. vs. 212. Argutatur in his Hermannus. Respondit Chorus: ὡς νῦν τὸ σὸν δὴ κτέ. "Tantus erat ille metus, *ut nunc*, (quum metu isto sum liberatus) *quod tu modo dicebas, etiam mihi jucundum fuerit mori*, np. propter gaudium." Huic dicto congruit quod reponit Nuntius: εὖ πέπρακται. "Merito sane gaudeamus: *nam feliciter peracta res est*, quamquam bona malis mixta fuerunt."

496. μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι κτέ. Non spectant haec ad incommoda navigationis, sed aeque ac sequentia ad mala vitae castrensis. Primum memorat duros labores, molestam habitationem, malum pabulum et quid non (τί δ' οὐ) ejus generis; his accedunt mala ἐκ χέρσου, *e terra*, h. e. e solo et coelo oriunda, vapores, frigus, aestus.

499. Junge: τὰ δ' αὖτε (ἐν) χέρσῳ καὶ πλέον στύγος προσῆν. χέρσῳ pro usitato ἐπὶ χέρσου, h. e. ἐπὶ χθονός. cf.

ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμώνιαι
δρόσοι κατεψάκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων τιθέντες ἀνθηρὰν τρίχα.
χειμῶνα δ' εἰ λέγοι τις οἰωνοκτόνον,
οἷον παρεῖχ' ἄφερτον Ἰδαία χιών,
ἢ θάλπος, εὖτε πόντος ἐν μεσημβριναῖς
κοίταις ἀκύμων νηνέμοις εὕδοι πεσών·
τί ταῦτα πενθεῖν δεῖ; παροίχεται πόνος·
παροίχεται δὲ τοῖσι μὲν τεθνηκόσιν
τὸ μήποτ' αὖθις μηδ' ἀναστῆναι μέλειν.
τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν,
τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου;
καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ.
ἡμῖν δὲ τοῖς λοιποῖσιν Ἀργείων στρατοῦ
νικᾷ τὸ κέρδος, πῆμα δ' οὐκ ἀντιρρέπει·
ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίου φάει·

V. 501. κατεψεκάζον. 502. ἔνθηρον τρίχα.

quod Pers. 939 dicitur de occisis: τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ. — προσῆν, h. e. ad supra dicta mala *accedebant*.

500. sqq. λειμώνιαι δρόσοι — τιθέντες. *De coelo et terra stillantes roris guttae obtinebant prata, meras sordes facientes* (penitus corrumpentes) *floridos vestium villos.* δρόσοι hic tam de ipso rore quam de terrae vaporibus dictum. cf. Comment.

507. παροίχεται πόνος. E sequente παροίχεται δὲ τοῖς τεθνηκόσιν sponte efficitur ad prius illud intelligendum esse τοῖς ζῶσιν sive ἐμοὶ ζῶντι. Ceterum dativus τοῖς τεθνηκόσιν ad παροίχεται aeque atque ad sequens μέλειν pertinet. τὸ μηδ' ἀναστῆναι μέλειν, *ut ne surgere quidem unquam curent*, est festiva explicatio istius παροίχεται πόνος, militis personae plane conveniens.

510. τί τοὺς ἀναλωθέντας κτέ. τὸν ζῶντα aeque ad prius membrum atque ad posterius referendum est; sign. *vivum et incolumem*. "Quid attinet mortuos recensere vivum et cruciari incolumem ob malignam fortunam, quae alios nempe absumsit." Huic respondet quod sequitur: καὶ πολλὰ χαίρειν, *h. e. etiam magnopere laetandum censeo eventu:* "nobis vero (superstitibus) plus inde lucri quam damni redit." ἐν ψήφῳ λέγειν, *in numero putare*, in censum referre; sumtum a ψήφοις, quibus vulgus numerare solebat; λέγειν eodem sensu quo dicitur οὐδαμοῦ λέγειν, *nihili putare*, apud Sophoclem.

515. ὡς κομπάσαι τῷδ'. Dativus τῷδ' ἡλίου φάει non explicandus *hocce die*, sed, quod glorianti convenientius, *huic qui nos adspicit soli*

ὑπὲρ θαλάσσης καὶ χθονὸς ποτώμενοι,
Τροίαν ἑλόντες δήποτ' Ἀργείων στόλος
θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.
τοιαῦτα χρὴ κλύοντας εὐλογεῖν πόλιν
καὶ τοὺς στρατηγούς, καὶ χάρις τιμήσεται
Διὸς τάδ' ἐκπράξασα. πάντ' ἔχεις λόγον.
ΧΟ. νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι·
ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν.
δόμοις δὲ ταῦτα καὶ Κλυταιμνήστρᾳ μέλειν
εἰκὸς μάλιστα, ξὺν δὲ πλουτίζειν ἐμέ.
ΚΛ. ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο,
ὅτ' ἦλθ' ὁ πρῶτος νύχιος ἄγγελος πυρὸς,
φράζων ἅλωσιν Ἰλίου τ' ἀνάστασιν.
καί τίς μ' ἐνίπτων εἶπε, Φρυκτωρῶν διὰ

V. 516. ποτωμένοις.

s. *coram hac solis luce* gloriari licet haecce: ὑπὲρ θαλάσσης κτέ. Verba ὑπὲρ θαλάσσης καὶ χθονὸς ποτώμενοι vel, ut vulgo, ποτωμένοις male nonnulli tropice de fama et gloria dici putarunt, sicut ex. gr. dixit Ennius: *volito vivu' per ora virûm*. Proprie dicta sunt convenienter facto: "longum spatium trans terras et maria emensi."

519. ἀρχαῖον γάνος, h. e. templorum ornamentum antiquo ex more: de quo plura Stanleius ad h. l.

520. τοιαῦτα χρὴ κλύοντας, non supplendum, ut vulgo faciunt, ὑμᾶς, np. τοὺς πολίτας: sic enim justa esset Hermanni animadversio pro πόλιν dici oportuisse στρατόν; sed significat: "quicumque haec audiant, populo et ducibus gratulari decet reportata victoria." Hermannus verborum constructionem mire pervertit.

523. νικώμενος — οὐκ ἀναίνομαι. Hoc non vertendum, ut plerique faciunt, *non infitior*, sed *non taedet me*, h. e. *gaudeo me victum esse*: quo sensu non semel hoc verbum usurpat Euripides. Huic quadrat sequens ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ — *semper viget senibus amor bona* (*fausta*) *audiendi*. Pulcre dictum ἡβᾷ de studio quod *non senescit*, sed *juvenis instar* viget. εὖ μαθεῖν similiter dictum ut εὖ λέγειν (vs. 1187), εὖ πάσχειν, alia. Aberrarunt a sensu intpp.

530. φρυκτωρῶν διὰ. διὰ et διαὶ saepius apud Aeschylum casui suo postponuntur, ut Agam. 1453. Suppl. 254. utrum vero sic διὰ an δία sit scribendum, ambigitur. Veteres grammatici in hac praepositione anastrophen non admittunt; Hermannus hanc arcet tantum, secundum receptam regulam, a trium morarum praepositionibus,

πεισθεῖσα Τροίαν νῦν πεπορθῆσθαι δοκεῖς;
ἦ κάρτα πρὸς γυναικὸς αἴρεσθαι κέαρ.
λόγοις τοιούτοις πλαγκτὸς οὖσ' ἐφαινόμην.
ὅμως δ' ἔθυον, καὶ γυναικείῳ νόμῳ
ὁλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν 595
ἔλασκον εὐφημοῦντες, ἐν θεῶν ἕδραις
θυηφάγον κοιῶντες εὐώδη φλόγα.
καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν;
ἄνακτος αὐτοῦ πάντα πεύσομαι λόγον.
ὅπως δ' ἄριστα τὸν ἐμὸν αἰδοῖον πόσιν 600
σπεύσω πάλιν μολόντα δέξασθαι. τί γὰρ
γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν,
ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ,
πύλας ἀνοῖξαι; ταῦτ' ἀπάγγειλον πόσει,
ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει· 605
γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολὼν
οἵανπερ οὖν ἔλειπε, δωμάτων κύνα
ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν,

V. 537. κοιμῶντες.

ideoque scribit δία, διαί. Ego tutius arbitror veteres grammaticos sequi.

534. γυναικείῳ νόμῳ, *femineo more*, h. e. meum feminae exemplum secuti, cum ironia dictum. — ὁλολυγμός s. ὁλολυγή, *fausta acclamatio* in sacris fieri solita. Vid. Spanh. ad Callim. Del. vs. 258. Böttiger Id. zur Kunstmyth. I. p. 47 sqq.

538. καὶ νῦν — h. e. et nunc, postquam ea quae derisui erant vera esse apparuit, quid opus est cet.

541. ὅπως δ' ἄριστα. "Non dicit σπεύσω δέξασθαι ὅπως ἄριστα, sed ὅπως σπεύσω δέξασθαι ἄριστα," dicit Hermannus, citans Porson. ad Eurip. Hec. vs. 398. Cui non assentior. Ad sensum parum interest; sed prior junctura praestat; altera, qua ὅπως, nullo praecedente verbo, cum futuro construitur, tragicis valde infrequens est, et in prima persona universe perrara.

542. Construe: φέγγος ἥδιον τούτου — (τοῦ) πύλας ἀνοῖξαι. "Quodnam dulcius gaudium mulieri, quam, reduce marito, aedium portas aperire?" Significat eo, absente marito aedium portas adeuntibus clausas, introitum interdictum fuisse, tanquam indicium verecundiae et moeroris.

548. ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν, epitheton referens plane ca-

καὶ τἄλλ' ὁμοίαν πάντα, σημαντήριον
οὐδὲν διαφθείρασαν ἐν μήκει χρόνου. 610
οὐδ' οἶδα τέρψιν οὐδ' ἐπίψογον φάτιν
ἄλλου πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκὸς βαφάς.

ΚΗ. τοιόσδε κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων
οὐκ αἰσχρὸς ὡς γυναικὶ γενναίᾳ λακεῖν.

ΧΟ. αὕτη μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι, 615
τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον.
σὺ δ' εἰπὲ, κῆρυξ, Μενέλεων δὲ πεύθομαι,
εἰ νόστιμός τε καὶ σεσωσμένος πάλιν
ἥξει ξὺν ὑμῖν, τῆσδε γῆς φίλον κράτος.

ΚΗ. οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ 620
ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον.

V. 561. Fort. leg. φίλοισι κρύπτεσθαι.

V. 552. χαλκοῦ βαφάς. 553. τοιόσδ' ὁ κόμπος. 558. τε καὶ. 559. ἥξει.

nis indolem, quo clarius elucescit vis vocabuli δωμάτων κύνα. Simul verbo τοῖς δύσφροσιν tacite tangit senes, tanquam parum fideles regni administros; cui respondetur dictis Chori vs. 807.

551. οὐκ οἶδα τέρψιν κτέ. "Nullo probro, imo ne probroso quidem rumore maculata sum, non magis quam aes tinctura inficitur." Comparatio a vita communi desumta, cujusmodi est haec Pindari Pyth. II, 80 (146): ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὡς. Simili comparatione, sed ornatius usus est supra vs. 390: κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον κτέ. Sed omnium simillimum hoc Sophoclis in Aj. 637, quamquam dissimili sensu: κἀγὼ γὰρ, ὅς τὰ δεῖν' ἐκαρτέρουν τότε, βαφῇ σίδηρος ὡς ἐθηλύνθην στόμα, *emollitus sum ut ferrum (olei) tinctura*. His dictis, regina intus se confert, paratura ea quae ad excipiendum maritum et simul ad consilia sua perpetranda necessaria duceret. Dum illa discedit, Praeco ad Chorum dicit haec verba: τοιόσδε κόμπος.

555. αὕτη μὲν οὕτως κτέ. Sensus horum verborum fugit interpretes. οὕτως εἶπε refertur ad Praeconis dictum τοιόσδε κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων, est ergo idem ac εἰ diceret: αὕτη μὲν μανθάνοντί σοι ἀληθῶς, τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς εἶπε λόγον, *illa vere dixit tibi audienti, intelligentibus interpretibus speciose:* quod aperte sic dixisset: "oratio haec, quae tibi primum audienti vera videri debet, gnaris judicibus tanquam simulata et ficta agnoscitur." Data autem opera Chorus tectius loquitur. Similis dativi ratio est ex. gr. in hoc Sophoclis dicto Oed. R. v. 616: καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν. Plura de hoc usu Bernhardy in Synt. Gr. p. 83, qui tamen ab hujus loci sensu plane aberrat ibid. p. 128.

ΧΟ. πῶς δῆτ' ἂν εἰπὼν κεδνὰ τἀληθῆ τύχοις;
σχισθέντα δ' οὐκ εὔκρυπτα γίγνεται τάδε.
ΚΗ. ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀχαικοῦ στρατοῦ,
αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον. οὐ ψευδῆ λέγω.
ΧΟ. πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου,
ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ;
ΚΗ. ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ·
μακρὸν δὲ πῆμα ξυντόμως ἐφημίσω.
ΧΟ. πότερον ἄρ' αὐτοῦ ζῶντος ἢ τεθνηκότος
φάτις πρὸς ἄλλων ναυτίλων ἐκλήζετο;
ΚΗ. οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς
πλὴν τοῦ τρέφοντος Ἡλίου χθονὸς φύσιν.
ΧΟ. πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ
ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ;
ΚΧ. εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ
γλώσσῃ μιαίνειν. χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν.
ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος πόλει
στυγνῷ προσώπῳ πτωσίμου στρατοῦ φέρῃ,
πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν,

V. 567. Fort. leg. καινὸν ἄχθος.

V. 580. Fort. leg. ἕλκος ἓν, τὸ δήμιον πονεῖν vel καμεῖν.

V. 570. πότερα γὰρ.

562. κεδνὰ τἀληθῆ s. τἀληθῆ κεδνὰ oppositum praegresso τὰ ψευδῆ καλά. σχισθέντα τάδε, h. e. κεδνὰ, οὐκ ἀληθῆ δὲ ὄντα — πῶς δῆτ' ἄν, in quo haeret Blomfieldius, eodem sensu dictum quo supra vs. 543 πῶς δὴ —

564. ἀνὴρ ἄφαντος. ἀνὴρ, γυνὴ apud tragicos saepe sine articulo ponuntur de certa persona, quare non opus est hoc mutari in ἀνήρ. — πότερον ἀναχθεὶς κτέ. *utrum manifesto una cum ceteris ab Ilio avectus*, ac non fortasse Trojae remoratus, *an tempestate a classe abreptus?*

576. Longiore prooemio utitur Nuntius, ut qui invitus ad rem tristem enarrandam accedit.

577. χωρὶς ἡ τιμὴ θ. Hoc e praegressis supplendum ita: χωρὶς τό τε δυσφημεῖν καὶ ἡ τῶν θεῶν τίμη, *sejuncta sunt, pugnant inter se tristia verba et deorum gratulatio* Sic plene Sophocles Oed. Col. 812: χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων
ἄνδρας διπλῇ μάστιγι τὴν Ἄρης φιλεῖ,
δίλογχον ἄτην, Φοινίαν ξυνωρίδα —
τοιῶνδε μέντοι πημάτων σεσαγμένον,
πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων· 645
σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον
ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν,
πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω λέγων
χειμῶνα δᾷον οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς;
ξυνώμοσαν γὰρ ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρὶν, 650
πῦρ καὶ θάλασσα, καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην
Φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατὸν,
ἐν νυκτὶ· δυσκύμαντα δ' ὠρώρει κακά.
ναῦς γὰρ πρὸς ἀλλήλαισι Θρῃκιαι πνοαὶ

V. 589. χειμῶν' Ἀχαιῶν.

581. ἐξαγισθέντας δόμων, idem quod ἐκ ὅθμων ἀγισθέντας, ut saepe in hujusmodi compositis, ut vs. 528: σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός. Pers. 811: δαιμόνων θ' ἱδρύματα πρόρριζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων. Significat *victimarum instar e domibus in rogum raptos*. Vid. Comment.

582. διπλῇ μάστιγι. "Quamquam διπλῇ μάστιξ proprie significet duplex flagellum (bina habens lora), quali utebantur, ut vel ex Ajace Sophoclis vs. 242 constat, translata hic est ad duplex malum (cladem publicam et privatam), ut in Choëph. 370 (διπλῆς μαράγνης)." — Ita recte Hermannus, idque vel ex addito τὴν Ἄρης φιλεῖ manifestum est; pro quo, si μάστιξ proprie positum esset, poëta dixisset τὴν Ἄρης φορεῖ. Recte enim dicitur φιλεῖν φόνον, φιλεῖν κακά, non φιλεῖν μάστιγα, σκῆπτρον, proprio horum vocabulorum significatu.

585. πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων. τόνδε refero ad personam, τὸν σεσαγμένον, non ad παιᾶνα, ut plerique; hoc enim significaret *dirum hocce carmen (quod ego canam)*; at non canit furiale carmen, sed aversatur; classis infortunium sic narrat ut gravitatem cladis laeto victoriae eventu mitiget. Pronomen praegresso participio saepe addi satis notum est.

586—89. σωτηρίων δὲ — οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς. De constructione cf. Comment.

590. ξυνώμοσαν γὰρ κτέ. Animadvertatur generis et numeri enallage: ξυνώμοσαν ὄντες ἔχθιστοι ... πῦρ καὶ θάλασσα ... ἐδειξάτην φθείροντε. Quae enallage inde explicanda, quod ad ξυνώμοσαν poëtae animo obversabatur nomen ξυνωμόται, quo refertur praedicatum ὄντες ἔχθιστοι τότριν; postquam vero conjuratos hos nominatim appellavit πῦρ καὶ θάλασσαν, deinceps duobus his praedicatum accommodat.

595 ἤρεικον· αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι τυφῷ ξὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ,
ᾤχοντ' ἄφαντοι ποιμένος κακοῦ στρόβῳ.
ἐπεὶ δ' ἀνῆλθε λαμπρὸν ἡλίου φάος,
ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
600 ἀνδρῶν Ἀχαιῶν ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις.
ἡμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος
ἤτοι τύχη 'ξέκλεψεν ἢ 'ξερύσατο
θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἷακος θιγών.
Τύχη δὲ σωτὴρ ναυστολοῦσ' ἐφέζετο,
605 ὡς μήτ' ἄνορμον κύματος ζάλην ἔχειν
μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς κραταίλεων χθόνα.
ἔπειτα δ' ἅβδην πόντιον πεφευγότες,
λευκὸν κατ' ἦμαρ, εὖ πεποιθότες τύχῃ,
ἐβουκολοῦμεν Φροντίσιν νέον πάθος
610 στρατοῦ καμόντος καὶ κακῶς σποδουμένου.
καὶ νῦν ἐκείνων εἴ τις ἐστὶν ἐμπνέων,

655 660 665 670

V. 601. Fort. leg. ναῦν τ' ἀκήρατον σαφῶς ἤτοι κτέ.

V. 604. τύχη δὲ σωτὴρ. vs. suspectus, nisi transponendus post vs. 606: μήτε—χθόνα.

V. 595. ἤρειπον Farn. 596. τυφῶ. 600. ναυτικῶν τ' ἐριπίων vel ἐρειπίων. 602. ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξητήσατο. 604. ναῦν θέλουσ'. 605. ὡς μήτ' ἐν ὅρμῳ. 608. οὐ πεποιθότες.

595. αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ. Naves ab insilientibus undis violenter velut cornibus pulsatae exitio perierunt, vesani pastoris (domini) vertigine. Sub v. κεροτυπούμεναι subest comparatio fluctuum cum tumultuantium boum grege, qui proruentes cornibus obvios pulsant et prosternunt. Deinde jung. χειμῶνι ξὺν τυφῷ ζάλῃ τε, *tempestate cum turbine venti et maris aestu*; periphrasis pro procelloso mari. ποιμένος κακοῦ στρόβῳ de procella dictum, quae undas temere miscet et agitat, sicut Horatius dicit Carm. I, 3: *rabiem Noti, quo non arbiter Hadriae major*. Hic ποιμὴν pulcre concinit eum praegresso κεροτυπούμεναι, quamquam saepius tropice pro domino, magistro, arbitro ponitur: ita ναῶν ποιμένες, στρατοῦ ποιμάνωρ apud Aeschylum; et similia apud alios poëtas.

609. ἐβουκολοῦμεν. βουκολεῖν hic non significat, ut saepius, *lenire, fallere*, sed *rem animo fovere, curare, meditari*. Eodem sensu medium est in Eum. 78: μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος πόνον·

λέγουσιν ἡμᾶς ὡς ὀλωλότας, τί μή;
ἡμεῖς τ' ἐκείνους ταὐτ' ἔχειν δοξάζομεν.
γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μενέλεων γὰρ οὖν
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προσδόκα μολεῖν.
εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
χλωρόν τε καὶ βλέποντα, μηχαναῖς Διὸς
οὔπω θέλοντος ἐξαναλῶσαι γένος
ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἥξειν πάλιν.
τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ' ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως, στρ. α'.
μή τις ὄντιν' οὐχ ὁρῶμεν προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου
γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων,

V. 615. Fort. leg. προσδόκα ζόειν.

V. 617. Libri καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα. Altera lectio prolata ex Hesychio.

614. Μενέλεων γὰρ οὖν. Illud γὰρ ex ellipsi explicandum: "Res bene vertat! bono animo simus! nam, si non omnes, Menelaum quidem primum et omnium maxime reversurum exspecta." Reges quippe tam suo praesidio quam deorum custodia maxime tuti. Ceterum vid. Comment. χλωρὸν, *viridem*, h. e. vegetum. — εἰ δ' οὖν, ut infra vs. 1042. Choëph. vs. 571. in hac junctura δὲ copulandi tantum vim habet.

620. Canit Chorus luctuosum Trojae fatum tanquam justam remunerationem impii hymenaei, quem quondam celebraverant. Miseranda haec urbis sors pulcre opposita est Menelai et Graecorum luctui, quem in praecedente carmine depinxit. Causam repetit a raptu Helenae, quae fallaci sponsae imagine tanquam Furia a Jove immissa sit Priamidis ad ulciscendam injustitiam et perfidiam quas fastus et luxuria peperissent. Quod generali effato de justitia divina sic enuntiat, ut ex hoc monito omnes sapere discant. Hinc adventantem regem salutat et candidi amoris obtestatione excipit.

622. προνοίαισι (h. e. προνοίᾳ) τοῦ πεπρωμένου γλῶσσαν νέμων ἐν τύχᾳ, *fatorum* s. *destinatae sortis praescientiâ linguam opportune regens*, h. e. nomen suggerens personae congruum. ἐν τύχᾳ similiter dictum ut ἐν αἴσᾳ, ἐν δίκῃ; atque τύχη hic eam habet significationem, qua τυγχάνειν interdum notat *rem acu tangere*, ut vs. 1233. Choëph. 418. 950; est ergo idem quod γλῶσσαν νέμων ὥστε τυχεῖν. Blomfieldius comparat Eurip. Phoen. 645: ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ ἔθετό σοι θεία προνοίᾳ, νεικέων ἐπώνυμον.

τὰν δορίγαμβρον ἀμφινεικῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως
ἐλέναυς ἕλανδρος ἐλέπτολις
ἐκ τῶν ἀβροπήνων 690
προκαλυμμάτων ἔπλευσε ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ,
πολύανδροί τε φεράσπιδες κυναγοὶ κατ' ἴχνος
πλάταν ἄφαντον 695
κελσάντων Σιμόεντος
ἀκτὰς εἰς ἀεξιφύλλους,
δι' ἔριν αἱματόεσσαν.
Ἰλίῳ δὲ κῆδος ὀρθώνυμον τελεσσίφρων ἀντ. α'.
μῆνις ἤλασεν, τραπέζας ἀτίμωσιν ὑστέρῳ χρόνῳ 701
καὶ ξυνεστίου Διὸς
πρασσομένα τὸ νυμφότιμον μέλος εὐφάτως τίοντας,
ὑμέναιον, ὃς τότ' ἐπέπρεπε
γαμβροῖσιν ἀείδειν.

V. 627. Fort. leg. ζεφύρου καλοῦντος αὔρᾳ.

V. 636. Fort. leg. πραξόμενα.

V. 625. ἐλέναις. 626. ἀβροτίμων. 631. ἐπ' ἀξιφύλλους Fl. εἰς (?) ἀεξιφύλλους Farn. 634. μ. ἔλασε τραπέζας ἀτίμως δ' ὑστ. χρ. Fl. ἤλασε τρ. ἀτίμως ὑστ. χρ. 636. ἐκφάτως 637. ἐπερρεπ̄ Fl. ἐπέπρεπεν Farn.

626. ἀβρόπηνα προκαλύμματα sunt aulaea, παραπετάσματα, quae januis cubiculorum obdi solebant; ἀβρόπηνα, cujus generis erant *vestes Medicae*, ἱματία λεπτοσπαθητά, *multicia*, de quibus Heinrich. ad Juven. Sat. Vol. II. p. 99. Ad heroes suos poëta transfert Asiaticorum regum luxum. De verbis ζεφύρου γίγαντος vid. Comment

628. πολύανδροι τε φεράσπ. κυναγοί, h. e. πολλοὶ ἄνδρες κυναγοί, similiter fere dictum ut infra νυμφόκλαυτος Ἐρινύς. κατ' ἴχνος elliptice dictum, ad quod subaudiendum est ἐδίωκον, ἦσσον, sicut loquitur Soph. Ai. vs. 32: εὐθέως δ' ἐγὼ κατ' ἴχνος ᾔσσω. — πλάταν ἄφαντον κελσάντων, np. τῶν ἀμφὶ Ἑλένην. *Vestigia secuti sunt illorum, qui navem fuga elapsam ad Simoentis littus appulerunt.*"

634. Ordo est: (μῆνις) τοὺς τὸ νυμφότιμον μέλος τίοντας ὑστέρῳ χρόνῳ πρασσομένα τὴν τραπέζας καὶ ξυνεστίου Διὸς ἀτίμωσιν. (*ira divina*) *ab iis qui hymenaeum approbaverant, postero tempore exactura poenam violati hospitii.* οἱ τίοντες τὸν ὑμέναιον sunt populus Trojanus, qui fausto clamore prosecutus erat cantum nuptialem, quem Paridis propinqui (γαμβροὶ) canebant. τραπέζας καὶ ξυνεστίου Διός est idem quod τραπέζας καὶ ἑστίας. Simili

μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον Πριάμου πόλις γεραιὰ
πολύθρηνον, μέγα που στένει κικλήσκουσα Πάριν
τὸν αἰνόλεκτρον, ·
παμπενθὲς πολύθρηνον
αἴαγμ' ἀμφὶ φεῦ πολιτᾶν
μέλεον αἶσαν ἀνεῖσα.
ἔθρεψεν δὲ λέοντα στρ. β'.
σίνιν δόμοις ἀγάλακτον ὧδ' ἀνὴρ φιλόμαστον,
ἐν βιότου προτελείοις
ἄμερον εὐφιλόπαιδα
καὶ γεραροῖς ἐπίχαρτον·
πολὺ δ' ἐνέσχετ' ἀγκάλαις
νεοτρόφου τέκνου δίκαν,
φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.
χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν ἀντ. β'.

V. 642. παμπρόσθη πολύθρηνον αἰῶν' ἀμφὶ πολίταν μ. αἶμ' ἀνατλᾶσα. 647. οὗτος ἀνὴρ supra ος adscripto ως Fl. οὕτως ἀνὴρ Farn. 650. πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκ.

periphrasi Sophocles Ant. 487 Ζηνὸς Ἑρκείου appellatione familiam designat.

639. Jungendum μεταμανθάνουσα ὕμνον πολύθρηνον, ut recte Bothius: *hymenaei loco discens flebile carmen* Cf. supra vs. 221: τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω. – ἀμφὶ πολιτᾶν μέλεον αἶσαν, *propter miseram civium suorum sortem*, ut Sept. adv. Theb. 843: μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν. Sophocl. Trach. 933: ἀμφὶ σὲ γοώμενος.

646. ἀγάλακτον duplici sensu poni potest, *lacte carens*, vel *ejusdem lactis socius*, i. e. *cognatus*. Si priore significatione hic accipiatur, non licet intelligere cum Blomf. leonem *jam lacte depulsum*, ut Horatius dicit, h. e. qui jam vires suas experiri incipit: loquitur enim de tenero catello; interpr. foret »non lacte matris, sed cibo nutritum," ut Paleius, vel »a matris uberibus avulsum." Sed multo et aptior et venustior est altera significatio qua dicitur ut *unus de familia* domi nutritus esse. Atque haec est propria hujus verbi notatio. Hesychius: ἀγάλακτος, ἡ ὁμόθηλος. ἀγάλαξ, ὁμότηθος. ἀγάλακτες, σύγγονοι, ἥλικες, ὁμογάλακτοι. Similiter intellexit Valckenaerius, laud. Blomf. — φιλόμαστον, *mammas amantem*, h. e. *tenellum*.

652. Jungendum non φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα, quod ineptum, sed ποτὶ χεῖρα σαίνων, ut recte Abresch. Sic Pindarus Pyth. II, 82 (150): σαίνων ποτὶ πάντας. Infra vs. 1667: φῶτα προσσαίνειν κακόν. ποτὶ χεῖρα dixit pro: blaudiens ei qui manu cibum porrigit. Particula τε recte tertio loco posita, quia verba ποτὶ χεῖρα σαίνων unam notionem efficiunt.

ξθος τὸ πρὸς τοκέων· χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων,
μηλοφόνοισι σὺν ἄταις 730
δαΐτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν·
αἵματι δ' εἶκος ἐφύρθη,
ἄμαχον ἄλγος εἰκέταις,
μέγα σίνος κολυπετόνων· 734
ἐκ θεοῦ δ' ἱερεύς τις ἄτας δόμοις προσεθρέφθη.
πάραυτα δ' ἐλθεῖν ἐς Ἰλίου πόλιν στρ. γ'.
λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν ηνέμου γαλάνας, 740
ἀκασκαῖον τ' ἄγαλμα πλούτου,
μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος,
δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος·
παρακλίνασ' ἐπέκρανεν δὲ γάμου πικρὰς τελευτὰς, 745

V. 662 sq. Fort. leg. λέγοις ἄν, et deinceps, ἀκασκαῖον γέλασμα πλούτου.

V. 654. τοκήων Fl. 656. χάριν γὰρ τροφᾶς Fl. χάριν γὰρ τροφεῦσιν Farn. 655. μηλοφόνοισιν ἄταις Fl. ἄταισιν Farn. 660. προσετράφη. 665. ἀκασκαῖον ἄγαλμα. 665. παρακλίνουσ' Farn.

655. μηλοφόνοισι σὺν ἄταις est idem ac si diceret ἀτηραῖς μηλοσφαγίαις, ut recte Schützius.

660. ἱερεύς τις ἄτας. Magnifice dictum, cui simile est hoc Sept. adv. Th. 580, ubi Tydeum vocat Ἐρινύος κλητῆρα, πρόσπολον φόνου. — δόμοις προσεθρέφθη, h. e. πρὸς δόμοις ἐθρ. quod proprie significat *apud domum* (in aula), sed sensu non differt ab *in domo* sive *domi*, ut latine *apud forum*. Sic πρὸς χώροις τίσι Soph. Oed. R 1126. πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ Demosth. adv. Phil. II, 32.

661. πάραυτα δ' ἐλθεῖν — φρόνημα μὲν κτέ. cf. Comment. Referuntur haec ad Helenam atque idem valent ac si diceret: πάραυτα δ' ἐλθεῖν λέγοις ἂν αὐτὴν (ὡς) φρόνημα γαλήνης, ἄγαλμα (vel γέλασμα) πλούτου κτλ. cf. vs. 389—95. *Extemplo quidem venire videbatur ut anima serenae aurae, lene renidens opulentiae splendor*, cet. — λέγοιμ' ἄν, *dixerim, crediderim, non dubitaverim*. Il. ζ, 285, φαίην κε φρεσὶ σῇσι ἀτέρπου ἀζύος ἐκλελαθέσθαι. Usitatior hoc sensu secunda persona: λέγοις ἄν, φαίης ἄν, *diceres, crederes*, pro *diceret quis*, quod hic, me judice, aptius fuisset. ἀκασκαῖον explicandum ex Hesychii glossa: ἄκασκα, ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως, cujus exemplum e Cratino affertur, ἄκασκα βιβῶντες, in Bekkeri Anecdot. cit. Herm. Num ab ἀκήν ducendum sit, ut putant, valde dubito. Animadvertantur oxymora, μαλθακὸν βέλος, δηξίθυμον ἄνθος.

666. παρακλίνασ' ἐπέκρανεν δὲ — νυμφόκλαυτος Ἐρινύς. Illud ἐπέκρανεν δὲ oppositum est praegresso πάραυτα δ' ἐλθεῖν . . . μὲν. "Primo quidem adventu, dicit, grata erat, in fine vero

δύσεδρος καὶ δυσόμιλος συμένα Πριαμίδαισιν
πομπᾷ Διὸς ξενίου
νυμφόκλαυτος Ἐρινύς. 749
παλαίφατος δ' ἐν βροτοῖς γέρων λόγος ἀντ. γ'.
τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον
τεκνοῦσθαι μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν·
ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει 755
βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν.
δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί. τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
τέκνα μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ·
οἴκων δέ γ' εὐθυδίκων 761
καλλίπαις πότμος αἰεί.
φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις μὲν παλαιὰ νεά- στρ. δ'.
ζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν ὕβριν 765

V. 675. 676. τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον μετὰ μὲν πλ. 677. οἴκων γὰρ εὐθ.

tristem fecit nuptiarum exitum." Ideo δὲ post ἐπέκρανεν positum emphasis gratia, non post παρακλίνασα, quum per metrum aeque licuisset sic dicere: παρακλίνασα δ' ἐπέκρανε γάμου πικρὰς τελευτάς. παρακλίνασα, non *in pejus versa*, ut vulgo intpp. sed *lecti consors facta:* postquam nupsit Paridi, facta est Priami domui νυμφόκλαυτος Ἐρινύς, *luctuosa* s. *funesta sponsa Erinnys*. Male νυμφόκλαυτος interpretantur *deflenda sponsis* vel *virginibus*, quod ut sensui incongruum recte improbat Paleius; est idem quod νύμφη κλαυτή. Liberior haec est compositionis ratio, qua poëtae interdum utuntur: ejusmodi est hoc Aeschyli Suppl. 868, ubi mare dicitur ἀλίρρυτον ἄλσος, h. e. ἄλσος ἁλὸς ῥυτῆς. et hoc Sophoclis Ant. 346, ubi retia vocantur σπεῖραι δικτυόκλωστοι, et quod in eadem fabula vs. 848 legitur ἕρμα τυμβόχωστον. Pulchre Helena fingitur sponsae sub forma Erinnys intrasse in domum Priami. Imitatus hoc est Euripides Andr. 102, unde et latini poëtae expresserunt: Virgil. Aen. II, 573; vetus poëta apud Cic. de Div. I, 50.

671. μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον. Hoc effatum late patens per Graecorum antiquitatem maxime frequentatur ab Herodoto in historiis. Satis sit citasse Artabani illum sermonem VII, 10, 5, ubi plura interpretes. E Graecorum sententia expressi sunt pulcerrimi versus Horatii Carm. II, 10: *Auream quisquis mediocritatem — et Saepius ventis agitatur ingens — τεκνοῦσθαι* medium activo sensu, etsi inusitatum, Aeschylo tamen non abjudicandum.

678. καλλίπαις πότμος Aeschyleo more idem est ac *felix et pulcra proles*, tropico nimirum sensu: "E justa domo felix semper soboles succrescit, ut ex injusta infelix."

679. φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις κτέ. Pul-

τότ' ἦ τόθ', ὅτε τὸ κύριον μόλεν
νεαροφυοῦς τόκου,
δαίμονά τε τιν' ἀμάχετον ἀπόλεμον ἀνίερον,
θράσος, μελαίνας μελάθροισιν ἄτας,
εἰδομένας τοκεῦσιν.
δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν δυσκάπνοις δώμασιν, ἀντ. δ'.
τὸν δ' ἐναίσιμον τίει βίον·
τὰ χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα σὺν πίνῳ
χερῶν παλιντρόποις
ὄμμασι βλέπουσ' ὅσια παρῆλθε, δύναμιν οὐ
σέβουσα πλούτου παράσημον αἴνῳ.
πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ.

V. 681. 682. τότ' ἦ τόθ', ὅταν τὸ κύριον μόλῃ νεαρὰ φάους κότον. 683. δαίμονά τε τὸν ἄμ. 685. εἰδομένην. 688. τὰ χρυσ. δ' ἐσθλά. 690. ὄμμασι λιποῦσ' ὅσια προςέβα τοῦ δύν. οὐ.

cre exornavit pervulgatam illam sententiam: τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν. — ἐν κακοῖς βροτῶν accipiendum pro *apud malos mortales;* mallem dativum sine ἐν, velut ἐκδίκοις βροτῶν. — τὸ κύριον v. τόκου attigi in Comment. ἄτας εἰδομένας τοκεῦσιν, hoc est τῇ μητρί, np. ὕβρει, quemadmodum jam saepe pluralem usurpatum vidimus. Simile huic exemplum habes in Sophoclis Oed. R. 1176: κτανεῖν νιν τοὺς τεκόντας ἦν λόγος, puta τὸν πατέρα.

688. τὰ χρυσόπαστα δ' ἕδ. — παρῆλθε κτέ. Vid. Comment. Comparandus hic Sophoclis versus in fragm. Aiacis Locr. 4. apud Stob. Ecl. Phys. I, 1, p. 124:

τὸν ὅσιον τὸ τῆς δίκης
δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

pro quo vulgo male legitur τὸ χρύσεον δὲ τᾶς δίκας. — παράσημον αἴνῳ, *male insignem fama, male famosam.*

692. πᾶν (h. e. πᾶν χρῆμα) ἐπὶ τέρμα νωμᾷ plerique sic interpretantur: *omnia* (potius *quamlibet rem*) *ad finem* (sive *destinatum exitum*) *dirigit* nempe ἡ δίκη. Hermannus frustra haerens in πᾶν, pro quo hoc sensu πάντα dici oportuisse contendit, jungit πᾶν τέρμα et sic interpretatur: "*Justitia omnem attribuit exitum*, nempe bonum justis, malum injustis, prout quisque sit meritus." Sed hoc sensu nec πᾶν satis aptum et obscurior est verborum junctura pro πᾶν τέρμα ἐπινωμᾷ. In utraque vero explicatione displicet intellectum δίκη; nam in priore sententia haec tanquam virtus memoratur, hic autem pro Νεμέσει accipienda esset. Malim, si possit, νωμᾶν ἐπὶ intransitive accipi sic: *unumquidque ad finem destinatum tendit;* nec video cur id non possit, quum etiam ex. gr. ἐπιστρωφᾶν pro - ᾶσθαι ponatur, Od. ρ, 487: (θεοὶ) ἐπιστρωφῶσι πόληας. Sententia est eadem quae supra vs. 68: τελεῖται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον.

Ἄγε δή, βασιλεῦ, Τροίας πτολίπορθ',
Ἀτρέως γένεθλον,
πῶς σε προσείπω, πῶς σε σεβίζω
μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας
καιρὸν χάριτος;
πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι
προτίουσι δίκην παραβάντες·
τῷ δυσπραγοῦντι τ' ἐπιστενάχειν
πᾶς τις ἕτοιμος, δῆγμα δὲ λύπης
οὐδὲν ἐφ' ἧπαρ προσαφικνεῖται·
καὶ τοῖς χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
ἀγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι
* * * *
ὅστις δ' ἀγαθὸς προβατογνώμων,
οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτὸς
τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας
ἱλαρᾷ σαίνειν φιλότητι.
σὺ δέ μοι τότε μὲν στέλλων στρατιὰν
Ἑλένης ἕνεκ', οὐ γάρ σ' ἐπικεύσω,
χάρτ' ἀπονοῦς ὡς ἥσθα γεγραμμένος

V. 698. Fort. leg. τὸ δοκεῖν ἐσθλοί.

V. 695. σεβίξω. 700. Pro δ' libri τ'. 701. δεῖγμα Fl. 702. προσικνεῖται Fl. προσεφικνεῖται Farn. 703. 704. καὶ ξυγχαίρουσιν. 708. ὑδαρεῖ σαίνειν φιλ. 710. Libri omittunt σ'. 711. ἀπομούσως ἥσθα.

Ceterum et hoc effatum et quae praecedunt 764 sqq. de ὕβρει et δίκῃ ad Paridis facta Trojaeque exitium spectant.

693. Ἄγε δή, βασιλεῦ. Intrat rex cum comitatu, quem salutat Chorus.

698. πολλοὶ δὲ βροτῶν. His dictis tacite tangit Clytaemnestram. Lectio, si sana est, sic explicanda: πολλοὶ τιμῶσι τὸ δοκεῖν εἶναι, h. e. τὴν δόξαν τῆς δικαιοσύνης, παραβάντες τὴν δίκην. Ceterum totum hunc locum tractavi in Comment.

703. τοῖς χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς, h. e. gaudentibus similem speciem prae se ferentes, sive ridentibus arridentes, composito vultu, laetum animum fingunt. Mox ὄμματα τὰ δοκοῦντ' εὔφρ. sunt oculi qui benevoli animi gaudium simulant.

οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,
θύος ἀκούσιον
ἀνδράσι θρήσκοισι κομίζων·
νῦν δ' οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενὸς οὐδ' ἀφίλως
εὔφρων πόνον εὖ τελέσασι.
γνώσει δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
δίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
νόστου δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου· δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ
κλύοντες, ἀνδροδμῆτας Ἰλιοφθόρους
εἰς αἱματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως
ψήφους ἔθεντο, τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει

V. 715. Fort. leg. οὐδ' ἀφιλοῦς.

V. 713. 714. θράσος (θάρσος Farn.) ἑκούσιον ἀνδράσι θνήσκουσι (εὖ θνήσκουσι Farn.) κομίζων. 716. εὔφρ. πόνος Fl. εὔρρ. τις πόνος Farn. 724. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορᾶς.

713. *θύος ἀκούσιον*, *sacrificium a te invito factum*. *ἀνδράσι θρήσκοισι*, *in gratiam superstitiosorum augurum*, np. Calchantis. *ἑκούσιον*, *ἀκούσιον* etiam de rebus ponuntur. Plato de Legg. V, 6. p. 733 D: *βουλητόν τε καὶ ἑκούσιον, ἀβούλητον τε καὶ ἀκούσιον.*

723. *οὐκ ἀπὸ γλώσσης κλύοντες*. Hoc quid significet etsi haud obscurum est, tamen non omnes recte explicuerunt, parum animadvertentes illud *ἀπὸ γλώττης* variare pro varia junctura. Ita *οὐκ ἀπὸ γλώττης λέγειν, φιλεῖν*, significat *non lingua et verbis*, sed *ex animi sententia* loqui, amare. *ἀγγέλλειν, ἐντέλλεσθαι ἀπὸ γλώττης*, nuntium vel mandatum perferre *verbis*, non *literis*. *οὐκ ἀπὸ γλώττης κλύειν*, *non verbis loquentium* sive *fando*, sed *ex re et veritate* s. *certo* cognoscere. Ita ad illud *ἀπὸ γλώττης* intelligendum tale quid oppositum, quod junctura conveniens sit. Hic manifesto verba sic explicanda: *οὐκ ἀπὸ γλώττης κλύοντες ἀλλ' ἀπ' ὀμμάτων πυθόμενοι* s. *αὐτομάρτυρες ὄντες*, sicut loquitur infra vs. 988. Plene Sophocles Trach. vs. 744: *ἐν ὄμμασι δεδορκὼς, κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων.* Ceterum cf. Comment.

ἐλπὶς προσῄει χρεῖος οὐ πληρουμένῳ.
καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις.
ἄτης θύελλαι ζῶσιν, ἀνθρώσκουσα δὲ
σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς. 820
τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν
τίνειν, ἐπείπερ χάρπαγὰς ὑπερκότους
ἐπραξάμεσθα καὶ γυναικὸς οὕνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος,
ἵππου νεοσσὸς, ἀσπιδηφόρος λόχος· 825
ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων,
πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν,

V. 736. 737. Libri inverso ordine sic: πήδημ' ὀρούσας — ὑπερθορὼν δὲ.

V. 727. χειρὸς cὐ. 729. ζῶσιν, συνθνήσκουσα δὲ σποδός. 732. ἐπείπερ καὶ πάγας. 735. ἀσπιδηστρόφος λεὼς Fl. ἀσπιδοστρ. λεὼς Farn.

727. ἐλπὶς προσῄει χρεῖος. προσ-ἰέναι cum dativo significat *rem aliquam capessere, manus rei admovere.* Sensus igitur est: *Alteram urnam capessivit tenuis Spes, non impletam*, sed vacuam relictam. Adject. χρεῖος optime respondet adjecto οὐ πληρουμένῳ. Ceterum de binis urnis et calculis, damnantibus et absolventibus, plura Spanhemius ad h. l. Appositi sunt versus Ovidii laud. Stanleio, Met. XV, 41:

Mos erat antiquis niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpae.
Nunc quoque sic lata est sententia tristis, et omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

732—735. ἐπείπερ χάρπαγὰς. ἐπραξάμεσθα ἁρπαγὴν, *poenam* s. *vindictam exegimus raptûs* np. Helenae; cf. vs. 534. — Ἀργεῖον δάκος vocatur equus ligneus, qui vivae belluae instar informatur; *ferum* vocat Virgilius Aen. II, 51, et sic plenius describitur a Tryphiodoro, quem laudat Stanleius. ἵππου νεοσσός ornate pro ἵππος, in quo juvenilis vigoris significatio inest: sic in in Aristophanis Ran. vs. 1478 memoratur Aeschyli dictum σκύμνος λέοντος. Simili sensu Virgilius Georg. III, 75, *pecoris generosi pullum* dicit pro equo juvene; et Horatius Carm. III, 20, *Getulae catulos leaenae.* Dictum ἀσπιδηφόρος λόχος attigi in Comment.

736. ὠμηστὴς λέων, h. e. ὡς ὠμ. λέων, ut saepe Aeschylus. Argiva cohors equo trojano inclusa comparatur cum leone, qui noctis tempore impetu facto transilit septum et in greges irruens omnia caede implet. Illud ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν multum molestiae fecit eruditis, siquidem e communi omnium opinione Troja non sub occasum Vergiliarum cosmicum, h. e. circa autumnum, sed sub ortum earum, h. e. vere, capta credebatur. Stanlei ad h. l. Boeckh.

ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.
θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροίμιον τόδε.
τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα μέμνημαι κλύων, 830
καὶ φημὶ ταὐτὰ καὶ ξυνήγορόν μ' ἔχεις.
παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστι συγγενὲς τόδε,
φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνου σέβειν.
δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος
ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμένῳ νόσου· 835
τοῖς τ' αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται
καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει.
εἰδὼς λέγοιμ' ἄν· εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι
αἰμυλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς,
δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί. 840

V. 744. Fort. leg. καρδία προσήμενος.

V. 741. ταῦτα. 743. ἄνευ φθόνων Fl. Stobaeus φόνου. 745. τῷ πεπαμμένῳ νόσον. 749. ὁμιλίας κάτοπτρον.

Corp. Inscr. T. II, p. 328 sqq. Praeterea vero incongruum in re modo facta anni tempestatem, qua acciderit, memorare. Hoc notum erat omnibus. Diei horam indicari par fuit, non anni tempus. Itaque diurnum Pleiadum occasum intelligi credo, qui ineunte vere incidit in intempestam noctem, περὶ πρώτην νύκτα, hoc est in idem illud tempus, quod Virgilius indicat (*Aen.* II, 253), quo *sopor fessos complectitur artus*, atque *quo prima quies mortalibus aegris incipit* (vs. 268). Eadem sententia, si verba probe intelligo, videtur esse Boeckhii l. l. p. 330, improbata tamen Hermanno ad h. l.

738. ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ. Commentarii instar est Virgilius Aen. II, 498 sqq.

739. φροίμιον τόδε. Ita appellat, quia illa beneficii commemoratio erat quasi prooemium gratulationis, quam mox diis facturus erat: vid. vs. 851 sq.

740. τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα κτέ. *Quod attinet ad ea quae dixisti de tuo erga me animo, audita memoriâ teneo et assentior iis quae dixisti*, nempe modo vs. 788: πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν κτέ. quibuscum concinunt quae statim deinceps addit.

749. αἰμυλίας κάτοπτρον κτέ. Jungenda verba sic: εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι τοὺς δοκοῦντας κάρτα πρευμενεῖς ἐμοὶ (εἶναι) αἰμυλίας κάτοπτρον καὶ σκιᾶς εἴδωλον (ὄντας). Pulcre vertit Grotius:

Bene nota loquor, expertus impense mihi
Studere visos nihil amicitiae nisi
Vanae fuisse specula et umbrae imagines,

cf. Comment.

μόνος δ' Ὀδυσσεὺς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει,
ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος,
εἴτ' οὖν θανόντος εἴτε καὶ ζῶντος πέρι
λέγω. τὰ δ' ἄλλα πρὸς πόλιν τε καὶ θεοὺς,
κοινοὺς ἀγῶνας θέντες, ἐν πανηγύρει
βουλευσόμεσθα· καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον
ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον,
ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων,
ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως
πειρασόμεσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου.
νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους
ἐλθὼν θύοισι πρῶτα δεξιώσομαι
οἵπερ πρόσω πέμψαντες ἤγαγον πάλιν.
νίκη δ' ἐπείπερ ἕσπετ', ἐμπέδως μένοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἄνδρες πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
οὐκ αἰσχυνοῦμαι τοὺς φιλάνορας τρόπους
λέξαι πρὸς ὑμᾶς· ἐν χρόνῳ δ' ἀποφθίνει
τὸ τάρβος ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλων πάρα

V. 760. πήματος τρέψαι νόσον. 762. ἐλθὼν θεοῖσι.

752. ζευχθεὶς, *postquam currui junctus est*, quum semel militiam suscepit; oppositum hoc praegresso ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει. — σειραφόρος, quamquam proprie hoc dicitur de equis funariis, qui ab utraque jugi parte loro adjuncti sunt (Vid. Blomf.), tamen hic nil nisi strenuum σύζυγα significat. Hoc sensu Sophocles El. 712 de bigis loquens dicit: δεξιὰν δ' ἁνεῖς σειραῖον ἵππον, et ab eodem tropice Ἄρης δεξιόσειρος dicitur Ant. vs. 140.

759. ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες. Vetus haec fuit medicina, urere et secare. Vid. Pierson. ad Moer. p. 231, qui hunc locum tangit. Boisson. ad h. l.

763. οἵπερ πρόσω πέμψαντες, intell. quos Praeco supra vs. 513 sqq. invocat: θεοὺς... ἥρως τε τοὺς πέμψαντες εὐμένεῖς πάλιν στρατὸν δέχεσθαι.

765. Clytaemnestrae haec allocutio est specimen orationis rhetorica arte compositae, quod peritissimum causidicum haud dedeceret.

μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον,
τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ.
τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
ἥσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν·
καὶ τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν, κακοῦ
κάκιον ἄλλο πῆμα, λάσκοντας δόμοις
πολλὰς κλυούσῃ κληδόνας παλιγκότους.
καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τόσων ἐτύγχανεν
ἀνὴρ ὅδ', ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο
Φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.
εἰ δ' ἦν τεθνηκὼς, ὡς ἐπλήθυον λόγοι,
τρισώματός τἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος

V. 770. τοσόνδ' ὅσονπερ versus suspectus.

V. 773—775. Libri hoc ordine legunt: πολλὰς — καὶ τὸν μὲν — κάκιον ἄλλο κτέ.

V. 775. κλύουσαν ἡδονὰς. 779. ἐπλήθυνον. 780. τ' ἂν Γηρυὼν.

773. Junctura haec est: κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα, τὸν μὲν ἥκειν (φέροντα), τὸν δ' ἐπεισφέρειν λάσκοντας κλυούσῃ πολλὰς κληδόνας παλιγκότους δόμοις.

778. τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν, h. e. *plura habet vulnera quam sunt retis foramina.* Breviloquentia haec nonnullos interpretes fefellit. Additum λέγειν verbis δικτύου πλέω emphasin auget; sic supra vs. 266: πείσει δὲ χάρμα μεῖζον ἐλπίδος κλύειν. Sept. ad ad Th. 970: πρὸς φίλου γ' ἔρθισο, καὶ φίλου ἔκτανες, διπλᾶ λέγειν. Non afferrem ista, nisi vir doctus in hoc haesisset.

780. τρισώματος τἂν Γηρύων κτέ. »Si Agamemnon toties quoties ferebatur mortuus fuisset, profecto tanquam alter tricorpor Geryon, non, ut ille, unum, sed plus uno tergemino corpore adeptum se gloriari posset, si in unoquoque semel esset mortuus.« *corpus* vocat χθονὸς χλαῖναν, quod cum facile pro *sepulcro* accipi posset, de quo saepius poëtice dicitur γῆν ἐπιέσασθαι (ut docuit Hemsterh. ad Hesych. T. I, p. 1351 et Blomf. ad h. l.), quo sensu jam Homerus dixit Il. γ, 57, ἦ τέ κεν ἠδη λάϊνον ἕσσο χιτῶνα (h. e. vivus saxo sepultus fuisses), hanc ob caussam Clytaemnestra malum omen avertendi gratia addit ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω, *supernam, absit enim ut infernam dicam;* nam χθονὸς χλαῖνα, inter superos sive viventes, aperte corpus, inter inferos, sepulcrum notat. πολλὴν τρίμοιρον χλαῖναν est idem atque *iterato, saepius* tergeminum corpus induisset, uti mox vs. 875: πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας. Mox μόρφωμα dixit pro σῶμα, ut et latinis poëtis *forma* pro corpore. Sensum recte ceperunt plerique interpretes, quamquam in singulis alius alio modo nonnihil peccantes; quos dum reprehendit, ipse longius aberrat Hartungius.

πολλὴν — ἄνωθεν, τὴν, κάτω γὰρ οὐ λέγω —
χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν,
ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.
τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων
πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελυμένης.
ἐκ τῶνδέ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ,
ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστωμάτων,
ὡς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε·
τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δυρύξενος
Στρόφιος ὁ Φωκεύς, ἀμφίλεκτα πήματα
ἐμοὶ προφωνῶν, τόν θ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν
κίνδυνον, εἴ τε δημόθρους ἀναρχίᾳ
βουλὴν καταρρίψειεν, ὥστε σύγγονον
βροτοῖσι, τὸν πεσόντα λακτίσαι πέδοι.
τοιάδε μέντοι σκῆψις οὐ δόλον φέρει.
ἔμοιγε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι
πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι σταγών·
ἐν ὀψικοίτοις δ' ὄμμασιν βλάβας ἔχω
τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτηρουχίας

V. 785. Conj. leg. πολλὰς χρεμαστὰς ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
ἔλυσαν, ἀλλὰ πρὸς βίαν λελυμένης.

V. 786. λελημμένης. 788. πιστευμάτων. 795. λακτίσαι πλέον. 798. κατεσβήκασιν supra scriptis θ et τ (h. e. καθεστήκασιν) Fl.

785. πολλὰς ἄνωθεν. Vid. Comment. λελυμένης referri potest ad ἐμῆς δέρης, potius tamen suppleatur quod sponte inde eliciendum, ἐμοῦ.

787. ἐκ τῶνδέ — *ob haec rationes, hisce de causis*, nempe quas statim deinceps addit: Στρόφιος ὁ Φωκεὺς κτλ.

793. sq. δημόθρους ἀναρχία. Tetigi in Comment. τὸν πεσόντα λακτίσαι πέδοι, idem cothurnatus Caesar Nero apud auctorem Octaviae vs. 455 dicit: *calcat jacentem vulgus.*

800. τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτ. λαμπτηρουχίας aperte dicit φρυκτωρίας supra descriptas, quas vocat etiam λαμπαδηφόρων νόμους et λαμπάδων παραλλαγάς. Dicit igitur oculos suos propter insomnium contabuisse, dum ploraret *neglecta usque ignium signa*, Agamemnonis reditum nuntiatura: *neglecta*

ἀτημελήτους αἰέν· ἐν δ' ὀνείρασιν
λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην
ῥιπαῖσι θωΰσσοντος, ἀμφί σοι πάθη
ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνάδοντος χρόνου.
νῦν, ταῦτα πάντα τλᾶσ', ἀπενθήτῳ φρενὶ 895
λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε, τῶν σταθμῶν κύνα,
σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
στῦλον πέδωρον, μονογενὲς τέκνον πατρὶ,
κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος 900
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα.
τοιοῖσδέ τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.
φθόνος δ' ἀπέστω· πολλὰ γὰρ τὸ πρὶν κακὰ

V. 809. Fort. leg: γαληνὸν ἦμαρ.

V. 811. Post — παρ' ἐλπίδα libri insertum habent hunc versum:
τερπνὸν δὲ τἀναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν.

V. 804. ξυνεύδοντος. 808. στύλον vel στόλον ποδήρη. 812. τοιοῖσδε τοίνυν. 813. τὰ πρίν.

dicit quasi maritum promissorum et conjugis oblitum fuisse crederet, ut Penelope Ulyssem, in Ovidii Heroid. I, in qua Epistola plura sunt cum Clytaemnestrae dictis comparanda.

806. Interpunxi sicut Vict. et Cant. quum plerique post ἄνδρα τόνδε virgulam tollant, non animadvertentes junctura verborum hanc esse: τὸν ἄνδρα τόνδε, τῶν σταθμῶν κύνα, λέγοιμ' ἂν σωτῆρα ναὸς κτέ. τῶν σταθμῶν κύνα appositione additum est verbo τὸν ἄνδρα, significat *custodem domus* s. *patrem familias*, non autem est honoris appellatio; quo sensu certe epitheton aliquod, ἐσθλὸν, πιστὸν aut simile addi et contra articulum τῶν omitti oportuisset. Hanc esse junctura ex eo etiam patet, quod tali modo bis terna praedicata sibi opponuntur: ναὸς πρότονος, στέγης στῦλον, μονογ. τέκνον πατρί; tum ἦμαρ ἐκ χείματος, διψῶντι ῥέος, γῆ ναυτίλοις. Quale artificium Aeschyleae dictioni plane conveniens est.

813. φθόνος δ' ἀπέστω· πολλὰ γὰρ κτέ. "Absit invidia, si forte in laudando te modum excessero: nam priora mala derepente in gaudium conversa hanc veniam dant." Nota est veterum illa sententia, magniloqua et gloriosa verba insequi divinam invidiam: unde Socrates in Platonis Phaedon. c. 44, p. 95 B: ὦγαθε, μὴ μέγα λέγε, μήτις ἡμῶν βασκανία περιτράψῃ τὸν λόγον. Clytaemnestra autem subdole hoc dicit, φθόνος δ' ἀπέστω, quippe quae nihil magis quaerebat quam ut invidiam divinam marito concitaret.

ἠνειχόμεσθα. νῦν δέ μοι, φίλον κάρα,
ἔκβαιν' ἀπ' ἅρματος τῆσδε, μὴ χαμαὶ τιθεὶς
τὸν σὸν πόδ', ὦναξ, Ἰλίου πορθήτορα.
δμωαί, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος,
πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν;
εὐθὺς γενέσθω πορφυρόστρωτος πόρος,
ἐς δῶμ' ἄελπτον ὡς ἂν ἡγῆται δίκη.
τὰ δ' ἄλλα Φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νεκωμένη
θήσει δικαίως ξὺν θεοῖς εἰργασμένα.

ΑΓ. Λήδας γένεθλον, δωμάτων ἐμῶν φύλαξ,
ἀπουσίᾳ μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ·
μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας· ἀλλ' ἐναισίμως
αἰνεῖν, παρ' ἄλλων χρὴ τόδ' ἔρχεσθαι γέρας.
καὶ ταῦλλα μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ
ἄβρυνε, μηδὲ βαρβάρου φωτὸς δίκην
χαμαιπετὲς βόαμα προσχάνῃς ἐμοί,
μηδ' εἵμασι στρώσας' ἐπίφθονον πόρον
τίθει· θεοὺς τοιοῖσδε τιμαλφεῖν χρεών·

V. 817. ἐπέσταλται τάδε Farn. 822. ξὺν θεοῖς εἱμαρμένα. 831. θεούς τοι τοῖσδε.

817. *αἷς ἐπέσταλται τέλος, quibus id negotii mandatum est.* τέλος apud Aeschylum non semel *munus* significat, sive vilius sive honestius. Eodem plane modo dictum Eum. 743.

820. *ὡς ἂν ἡγῆται Δίκη κτέ. quemadmodum Justitia deducat*, h. e. quemadmodum justum est deduci, *in domum quae id non operaverat*, scil. reducem dominum. Δίκη ambigue dictum, pro duplici vocabuli potestate, quum eadem sit et boni remuneratrix et mali ultrix. In proximo versu additum illud *ξὺν θεοῖς* scelestam mulieris indolem luculenter arguit.

823. Clytaemnestrae affectata gaudii et amoris ostentatio non fugit Agamemnonem; quare abundanti ejus gratulationi satis frigide respondet. Ipsa appellatio qua eam alloquitur, Λήδας γένεθλον, δωμάτων ἐμῶν φύλαξ, plus habet gravitatis et acuminis quam amoris et benevolentiae.

824. ἀπουσίᾳ — εἰκότως quid hic significet, declaratur addito μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας. "Pro longa absentia sermo longus; sed, addit, parum decens: nam a suis impense laudari, inanis est honos."

830. ἐπίφθονον πόρον τίθει respondet Clytaemnestrae dicto φθόνος δ' ἀπέστω.

ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν
βλάπτειν ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου.
λέγω κατ' ἄνδρα μὴ θεὸν σέβειν ἐμέ.
χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ ποικιλμάτων
κλῃδὼν ἀΰτει· καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν
θεοῦ μέγιστον δῶρον. ὀλβίσαι δὲ χρὴ
βίον τελευτήσαντ' ἐν εὐεστοῖ φίλῳ·
εὖ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ', ἄνευ θάρσους ἐγώ.

ΚΛ. καὶ μὴν τόδ' εἶπε μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.
ΑΓ. γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ.
ΚΛ. εὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε;
ΑΓ. εἴπερ τί γ', εἰδὼς εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος.
ΚΛ. τί δ' ἂν δοκεῖ σοι Πρίαμος, εἰ τάδ' ἤνυσεν;
ΑΓ. ἐν ποικίλοις ἂν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ.
ΚΛ. μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθῇς ψόγον.
ΑΓ. φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει.

V. 845. Fort. leg. ἐν ποικίλοις οὖν κάρτα —

V. 835. καὶ τῶν ποικίλων. 839. εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ' ἂν, εὐθαρσὴς ἐγώ. 840. τόδ' εἰπεῖ. 842. ηὔξω. 843. εἴπερ τις, εἰδὼς γ' εὖ. 844 et 845. δοκῇ. in altero vs. Farn. δοκεῖ. 846. αἰδεσθεὶς Fl.

832. κάλλεσιν. Vocabulum hoc, ut multa ejus generis tam graece quam latine, in singulari abstracta, in plurali concreta gaudet significatione; significat *pulcra opera*, h. l. magnificas vestes. Plato in Critia p. 115, D: εἰς ἔκπληξιν μεγέθεσι κάλλεσί τε ἔργων ἰδεῖν τὴν οἴκησιν ἀπειργάσαντο, h. e. *magnis et pulcris operum formis ac figuris*.

837. ὀλβίσαι δὲ χρή. Sententia tragicis aeque ac Herodoto celebrata. Sophocles Oedipum R. claudit hac sententia: μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν τέρμα τοῦ βίου παράσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. cf. Herod. I, 32. Plura ad utrumque locum interpretes.

840 sqq. In hac altercatione Clytaemnestram inter et Agamemnonem animadvertendum dictorum acumen, partim etiam positum in verborum ambiguitate. Ita in primo et secundo versu γνώμη duplicem habet sensum, quum significet et *animi votum*, et *sanam rationem*; priore sensu dicit Clytaemnestra, posteriore accipit Agamemnon. In ultimo versu κράτος et *litis victoriam* significat, et *imperium*, *potestatem*. Ceterum ad totum h. l. cf. Commentar.

843. τέλος, h. e. ὅπερ τετελεσμένον ἔσται, ut Homerice dicam, s. τελείαν γνώμην. cf. Herm.

ΚΛ. ὁ δ' ἀφθόνητός γ' οὐκ ἐπίζηλος πέλει.
ΑΓ. οὗτοι γυναικός ἐστιν ἰμείρειν μάχης.
ΚΛ. τοῖς δ' ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.
ΑΓ. ἦ κάρτα νίκην τῆςδε δήριος τίεις.
ΚΛ. πιθοῦ, κράτος μέντοι παρεὶς γ' ἐκὼν ἐμοί.
ΑΓ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ,' ὑπαί τις ἀρβύλας
λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.
καὶ τοῖςδέ μ' ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν θεῶν
μή τις πρόσωθεν ὄμμα προςβάλοι φθόνος.
πολλὴ γὰρ αἰδὼς δωματοφθορεῖν ποσὶν
στείβοντα πλοῦτον ἀργυρωνήτους θ' ὑφάς.
τοὐμὸν μὲν οὕτω· τὴν ξένην δὲ πρευμενῶς
τήνδ' ἐςκόμιζε· τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς
θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προςδέρκεται.
ἑκὼν γάρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ.
αὕτη δὲ πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον

V. 851. ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος. 852. πάρες γ' ἑκών. 855. τῶν ταῖςδέ μ'. 856. ὄμματος βάλοι φθόνος. 857. σωματοφθορεῖν. 858. φθείροντα πλοῦτον. 859. τούτων μὲν οὕτω.

854. πρόδουλον ἔμβασιν ποδός. Singulare ἔμβασις notat idem quod plurale ἐμβάδες. πρόδουλος ποδός, *pedi ministerium praestans* vel *famuli vicem gerens*; sicut πρόβουλος, πρόδικος, πρόξενος, qui consilium, jus, hospitium alicui praestat, vel, qui consiliarii, judicis, hospitis munus gerit: utroque sensu προ in compositis ponitur. Quos hoc dictum offendit, eos multo magis offendere debebat quod supra legimus vs. 495: κάσις πήλου ξύνωρος, δισσὰ κόνις. Appositum hoc quod Hermannus confert e Prom. soluto fr. 205, ubi ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα vocat ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα. Ceterum quod caligas sibi detrahi jubet non facit religionis caussa, ut Blomf. putat, quo Nemesin a se averteret, sed ne crassis et sordidis calceis pretiosos tapetes contaminaret. Hinc etiam mos ad convivium accubituris calceos demendi, quem copiose illustrat Gatakerus, Adv. Misc. II, c. 19, p. 376, hujus etiam loci non immemor.

857. δωματοφθορεῖν, *rem familiarem dilapidare*, calcando nempe vestes ἀργυρωνήτους. Simili sensu οἰκοφθορεῖν est apud Herodotum et Platonem. Ad hoc dictum spectant verba Clytaemnestrae vs. 961, ut animadvertit Blomf.

859. τοὐμὸν μὲν οὕτως. Dictum hoc puta servis qui interim caligas ei detraxerunt: *quod ad me* (np. τάςδε τὰς ἀρβύλας) *attinet, bene est, sufficit.*

ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο.
ἐπεὶ δ' ἀκούειν σοῦ κατέστραμμαι τάδε,
εἶμ' ἐς δόμων μέλαθρα πορφύρας πατῶν.
ΚΛ. ἔστιν θάλασσα — τίς δέ νιν κατασβέσει;
τρέφουσα πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον
κηκῖδα, παγκαίνιστον εἱμάτων βαφήν.
οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς ἄλις
ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.
πολλῶν πατησμὸν δ' εἱμάτων ἂν εὐξάμην
δόμοισι, προὐνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις
ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε μηχανωμένῃ.
ῥίζης γὰρ οὔσης φύλλας ἵκετ' ἐς τομὰς
σκιὰν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός.
καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν,
θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολόν·

V. 873. Forte leg. *θεοῖσι*. 878. Fort. leg. *σημαίνει μολών*.

V. 868 sq. *εἰς ἄργυρον κηκῖδα παγκαίνιστον, εἱμάτων βαφάς*. 870. *σὺν θεοῖς, ἄναξ*. 872. *ηὐξάμην*. 874. *μηχανωμένης*. 875. *ἐς δόμους*. 878. *σημαίνεις μολών*.

872. *πολλῶν πατησμὸν κτέ. Multas equidem purpureas vestes calcandas in aedibus vovissem, si id indicatum mihi fuisset per victimas quaerenti, quo munere* s. *quo pretio hanc animam reducere possem.* Dativus δόμοισι hic notat idem fere quod ἐν δόμοισι, quamquam proprie significat *domus impensis*, ut domus rei sumtum ferat; quo sensu saepe jam positum vidimus. — *προὐνεχθέντος* np. *τοῦ πράγματος*, quemadmodum participium interdum nude poni notissimum est: vid. Matth. Gr. § 563. Positum est autem propria significatione verbi *προφέρειν, si id mihi proditum* sive *ostensum fuisset*, np. per exta.' Nam quod sequitur *ἐν χρηστηρίοις* non de oraculo accipiendum, sed de *hostiis* per quas deorum voluntatem sciscitari studeret; sic supra vs. 101 dicitur *ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ σαίνουσ' ἐλπίς*: idque construendum non cum *προὐνεχθέντος*, ita enim dici oportuisset *ἐκ χρηστηρίων*, sed jung. *μηχανωμένη ἐν χρηστηρίοις*, in quo *ἐν* abundat. Non intellecta loci sententia Hartungium ad temerariam conjecturam adduxit.

875. *ῥίζης γὰρ οὔσης*. Est haec sententia generalis: „ubi radix adest, ultro frondes pullulant." Deinde ad ipsum Agamemnonem se vertit. — *θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι*, eo venustius hoc dictum quod ipso ineunte vere Agamemnon redibat et ita quasi annuntiabat venientem aestatem.

ὅταν δὲ τεύχῃ Ζεὺς ἀπ' ὄμφακος πικρᾶς 970
οἶνον, τόθ' ἡδὺ ψῦχος ἐν δόμοις πέλει,
ἀνδρὸς τελείου δῶμ' ἐπιστρωφωμένου.
Ζεῦ Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει.
μέλοι δέ τοι σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν. 974

ΧΟΡΟΣ.

Τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως στρ. α'.
δεῖμα προστατήριον
καρδίας τερασκόπου ποτᾶται,
μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδὰ,
οὐδ' ἀποπτύσαι δόκαν 980
δυσκρίτων ὀνειράτων
θάρσος εὐπιθὲς ἴσχει
φρενὸς φίλον θρόνον, χρόνιος ἐπεὶ
πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς
ψαμμίας ἀκτὰς παρήμειψεν, εὖτ' ἐπ' Ἴλιον 985

V. 879. τἄπ' ὄμφακος Fl. τ' ἀπ' ὀμφ. Farn. 880. τότ' ἡδὺ. 881. ἐπιστεφωμένου Fl. ἐπιστροφωμένου Farn. 883. μέλῃ (supra scr. οι) δέ σοι Fl. 885. δεῖγμα Fl. 988. ἀποπτύσας (ἀποπτύσαι Farn.) δίκαν. 890. ἴξει Flor. (?) ἵξει Farn. 891—893. χρόνος δ' ἐπεὶ (ἐπὶ Farn.) πρ. ξυνεμβόλοις ψαμμίας ἀκάτας (ἀκάτα Farn.) παρήβησεν. 893. ὑπ' Ἴλιον.

881. δῶμ' ἐπιστρωφωμένου, *marito domum obeunte.* Hom. Odyss. ρ, 486: (θεοὶ) ἐπιστρωφῶσι πόληας. Infra vs. 1224: λέοντ' ἄναλκιν ἐν λέχει στρωφώμενον.

883. μέλοι δέ τοι σοὶ. Hoc non ad Jovem dicit, sed sibi ipsi. Jovem orat ut vota sua exaudiat, se ipsam hortatur ut initia consilia strenue perficiat.

884 sqq. Postquam Agamemnon introiit, Chorus animi angorem, quo dudum premebatur, magis magisque ingravescere sentiens, funesta ominatur, metuitque ne praesens laetitia in gravem luctum vertatur.

ι'. κἀγὼ τοιοῦτός εἰμ', ἐπεὶ δυσμηχανῶ
λόγοισι τὸν θανόντ' ἀνιστάναι πάλιν.
ΧΟΡ. ια'. ἦ καὶ βίον τείνοντες ὧδ' ὑπείξομεν
δόμων καταισχυντῆρσι τοῖςδ' ἡγουμένοις;
ιβ'. ἀλλ' οὐκ ἀνεκτὸν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ·
πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος.
ιγ'. ἦ γὰρ τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων
μαντευσόμεσθα τἀνδρὸς ὡς ὀλωλότος;
ιδ'. σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε μυθεῖσθαι πέρι·
τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.
ιε'. ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,
τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦντα πῶς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Πολλῶν πάροιθεν καιρίως εἰρημένων
τἀναντί' εἰπεῖν οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι.
πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις

V. 1259. Fort. leg. κρατύνομαι.

V. 1251. βίον κτείνοντες. 1257. μυθοῦσθαι. 1260. κυροῦνθ' ὅπως.

ἡδονήν. cf. Matth. Gr. Gr. § 570. Mire in hoc dicto explicando halucinati sunt plerique interpretes, excepto Bothio et Hartungio. Huic dicto respondet sequens: κἀγὼ τοιοῦτός εἰμι κτέ. "ego in eadem sum sententia: non enim video quomodo λόγοισι, h. e. consilio dando, mortuum in vitam revocare possim."

1251. ἦ καὶ βίον τείνοντες. Sunt verbi irati et increpantis praecedentium timidam cunctationem. "Num vitae extendendae spe (nos senes jam morti propinqui) turpibus dominis nos submittemus?" cf. Comment.

1255. τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων, temere tentatum ab Hartungio, est id. quod τεκμηρίοις ἀπίστοις (τεκμήριον enim non solum est σημεῖον ἀληθές, ut expl. Hesych.), "indiciis non e claro testimonio sed obscuro e clamore et ejulatu effectis." Similis junctura vs. 1112: θέσφατα ἐξ αἰνιγμάτων.

1261. Apertis derepente ostiis apparet Clytaemnestra stans super cadavere occisi, quod tamen velo tectum erat, quo fit ut non statim a Choro conspiciatur. Paullo post amoto velo detegitur a Clytaemnestra: vid. vs. 1404.

1261. καιρίως, *opportune*, i. e. convenienter tempori, non veritati: callide

δοκοῦσιν εἶναι, πημονῆς ἀρκύστατ' οὐ
Φράξειεν ὕψος κρεῖσσον' ἐκπηδήματος;
ἐμοὶ δ' ἀγὼν ὅδ' οὐκ ἀφρόντιστος πάλαι
δίκης τελείας ἦλθε σὺν χρόνῳ γέμων·
ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπαισ', ἐπ' ἐξειργασμένοις.
οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι,
ὡς μήτε Φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.
ἄπειρον ἀμφίβληστρον ὥσπερ ἰχθύων
περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν·
παίω δέ νιν δίς, κἀν δυοῖν οἰμώγμασι
μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς
Ἅιδου νεκρῶν σωτῆρος εὐκταίαν χάριν.

V. 1273. Fort. leg. *οἰμωγμάτων*.

V. 1264 sq. *πημονὴν ἀρκύστατον φράξειεν, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος*. 1268. *νίκης παλαιᾶς ἦλθε συν χρ. γε μήν*. 1270. *ἀμύνασθαι*. 1272. *περιστοιχίζων* Fl. *περιστιχίζω* Ven. *περιστιχίζω* Farn.

hoc dictum pro *mendaciter*, sicut supra vs. 616 *εὐπρεπῶς*, *speciose*, pro *simulate*.

1267. *δίκης τελείας γέμων*, *certam s. irrevocabilem poenam secum ferens*, poenam nempe ob caedem Iphigeniae. cf. Comment.

1268. *ἕστηκα δ' ἔνθ' ἔπαισ'*, *ἐπ' ἐξειργ. Consisto ubi ferii*, *opere peracto*: "consisto super prostrato hoste, victoriae compos." Loquitur ut athleta qui adversarium prostravit. — *ἐπ' ἐξειργασμένοις*, *re consummata*. Pers. 525. Herod. IV, 164. Blomf.

1271. *ἄπειρον ἀμφίβληστρον — πλοῦτον εἵματος κακόν*. Cf. supra vs. 1115. 1126—29. Choëph. 981. Similiter in Eum. 634: *ἐν δ' ἀτέρμοσι κόπτει πεδήσας' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ*. Aeschylum expressit Eurip. Or. 25: *ἣ πόσιν ἄπειρον περιβαλοῦσ' ὑφάσματι ἔκτεινεν*. Sophocl. Polyx. fr. VI, 1: *χιτὼν ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν*. — *ἄπειρος*, ut *ἀτέρμων*, sign. *cujus non est terminus*, h. e. immensus et talis unde aliquis se expedire nequit, ut recte interpretatur Orus apud Etym. M. p. 120, 47: *σημαίνει χιτῶνα διέξοδον οὐκ ἔχοντα*. Similiter schol. Eurip. Hec. 1277, et Lycoph. 1099. Eodem sensu Aesch. Prom. 1078: *εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνολας*. — *πλοῦτον εἵματος κακόν*, h. e. *copiam vestis exitialem*. Deceptus est Blomf. quum putaret pretiosam vestem purpuream significari.

1274. *μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα*, *laxavit s. solvit ibi*, quo loco erat, h. e. illico, *artus*; collapsus est. Eurip. Hipp. 356: *ῥίψω, μεθήσω σῶμ'*. Herm.

1276. *τρίτην ... σωτῆρος εὐκταίαν χάριν*. Per sarcasmum tertium eumque letalem ictum comparat cum tertia

οὕτω τὸν αὐτοῦ θυμὸν ὀρυγάνει 'κπνέων·
κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν
βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,
χαίρουσαν οὐδὲν ἧσσον ἢ διοςδότῳ
γάνει σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν.
ὡς ὦδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε,
χαίροιτ' ἂν ἤ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.
εἰ δ' ἦν πρέπον τόδ' ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,
τῷδ' ἂν δικαίως ἦν· ὑπερδίκως μὲν οὖν,
τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
πλήσας ἀραίων, αὐτὸς ἐκπίνει μολών.

ΧΟ. θαυμάζομέν σου γλῶσσαν, ὡς θρασύστομος,
ἥτις τοιόνδ' ἐπ' ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον.

ΚΛ. πειρᾶσθέ μου γυναικὸς ὡς ἀφράσμονος·

V. 1277. ὁρμαίνει πεσών. 1280 sq. ἡ διὸς νότῳ γᾶν. εἰ σπόρητος. 1284. χαίροιτ' ἂν εἰ χαίρ. 1284. 1285. εἰ δ' ἦν πρεπόντων, ὥστ' ἐπ. . . . τάδ' ἂν δικαίως.

et ultima libatione quae fiebat Διὶ σωτῆρι. Rem attigi in not. ad vs. 209 sq. Cf. Aeschyli Epigon. fr. 56 (Herm.): τρίτον, Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα. Nam proprie σωτῆρος cognomen Διὸς parum conveniens.

1278. αἵματος σφαγὴν est idem quod αἷμ' ἀπὸ σφαγῆς, ut loquitur Sophocles Ai. 902. Similis color in ejusdem hoc versu Ant. 1223: καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν λευκῇ παρειᾷ φονίου σταλάγματος. Pulcre horrendae huic imagini opponitur laeta imago segetis διοςδότῳ γάνει, i. e. pluvia, recreatae. — κάλυκος ἐν λοχεύμασιν, i. e. *quum parturit* sive fundit *calices*, h. e. germina. Hesychius κάλυκας interpr. plantarum ἔμβρυα. Sic Sophocles dicit κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός Oed. R. 25.

1282. πρέσβος Ἀργείων τόδε. Rarior usus pronominis ὅδε in alloquendo; minus insolenter positum est supra in appositione vs. 855: ἄνδρες πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε. Sign. »*qui hic adstas* procerum coetus"

1286. Junge: τοσῶνδε κακῶν ἀραίων πλήσας κρατῆρα αὐτὸς ἐκπίνει. Accusativus κρατῆρα tam ad πλήσας referendus quam ad ἐκπίνει. Animadvertantur autem homoeoteleuta non inconsulto posita: τοσῶν(δ') — κακῶν — πλήσας ἀραίων — ἐκπίνει μολών.

1288—1290 sqq. θαυμάζομέν σου γλῶσσαν — πειρᾶσθέ μου. »Miramur *linguam* tuam audacem", dicit Chorus, quasi putaret Clytaemnestram haec petulanter modo locutam, ipsum vero factum ut fide majus non crederet. Ad quae illa: »Tentatis me tanquam temerariam feminam:" metu sollicitare me studetis, quasi non deliberata re facinus aggressa sim. »Ego vero intrepido corde vobis qui me nostis dico, cet." Ad εἰδότας intell. non τὸ πρᾶγμα s. caedem

ἐγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας
λέγω· σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις,
ὅμοιον· οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς
πόσις, νεκρὸς δὲ, τῇσδε δεξιᾶς χερὸς
1295 ἔργον, δικαίας τέκτονος. τάδ' ὧδ' ἔχει.

ΧΟ. τί κακὸν, ὦ γύναι, στρ.
χθονοτρεφὲς ἔδανὸν ἢ ποτὸν
πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὅρμενον,
τόδε τ' ἔθου θύος δημοθρόους τ' ἀράς;
1300 ἀπόδικος, ἀπότιμος, ἄπολις δ' ἔσει,
μῖσος ὄμβριμον ἀστοῖς.

ΚΛ. νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοὶ
καὶ μῖσος ἀστῶν δημόθρους τ' ἔχειν ἀρὰς,
οὐδὲν τότ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων·
1305 ὃς οὐ προτιμῶν ὡςπερεὶ βοτοῦ μόρον,
μήλων φλεόντων εὐπόκοις νομεύμασιν,
ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ
ὠδῖν', ἐπῳδὴν θρηκίων ἀημάτων.

1405
1410
1415

V. 1299. τόδ' ἐπέθου (ἐπεύθου Farn.) θύος. 1300. ἀπέδικες, ἀπέτεμες vel ἀπέταμες, ἄπολις. 1301. ὄβριμον Fl. 1304. οὐδὲν τόδ'. 1306. αὐτόκοις Ven. 1308. ἐπῳδὸν θρηκίων τε λημμάτων.

Agamemnonis, ut quam nunc primum Choro narraret, sed εἰδότας τὴν ἐμὴν ἀτρεστον καρδίαν. Ad verba οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων detrahit velum et Agamemnonis cadaver in labro jacens (cf. vs. 1539) ostendit Choro. τῇσδε δεξιᾶς χερὸς ἔργον idem quod τῇσδε δεξιᾶς χείρωμα, ut dixit vs. 1326.

1296. τί κακὸν, ὦ γύναι, κτέ. κακὸν est pro substantivo idque refertur ad utramque hoc: κακὸν ἐδανὸν χθονοτρεφές et κακὸν ποτὸν ἐξ ἁλὸς ὅρμενον, *venenum esculentum e terra editum vel poculentum e mari ductum*, ut vertit Hauptius. ἐξ ἁλὸς ὅρμενον opponitur τῷ χθονοτρεφὲς, quia ut terra frugum, sic mare humoris fons habetur. ἐδανὸν notavit Hesychius: ἐδανά, ἐδώδιμα, βρώσιμα. ἐδανοῖς, βρωσίμοις· Αἰσχύλος. — ῥυτὸς epitheton maris, ut ὑγρὸς apud Homerum; eodem utitur Sophocles, ut animadvertit Herm. Sequentia explicui in Comment.

1305. ὃς οὐ προτιμῶν ὡςπερεὶ κτέ. "Qui sicut pecudis necem, in magna gregum abundantia, id nihili ducens, sive, non pluris id faciens quam hoedi vel agnae necem, immolavit suam ipsius

οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν,
μιασμάτων ἄποιν'; ἐπήκοος δ' ἐμῶν 1420
ἔργων, δικαστὴς τραχὺς εἶ. λέγω δέ σοι,
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν σ' ὡς παρεσκευασμένῃ
ἐκ τῶν ὁμοίων, χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
ἄρχειν, ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεὸς,
γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν. 1425

ΧΟ. μεγαλόμητις εἶ, ἀντ.
περίφρονα δ' ἔλακες· ὥσπερ οὖν
φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται,
λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος ἐμπρέπει·
ἀτίετ' ἔτι σὲ χρὴ στερομέναν φίλων
τύμμα τύμματι τῖσαι. 1430

ΚΛ. καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέσιν·
μὰ τὴν τελείαν τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην
Ἄτην τ' Ἐρινύν θ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγὼ,

V. 1312. ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένης. 1319 sq. αἷμ. εὖ πρέπει ἀντίετον (ἀτίετον Farn.) ἔτι σε χρὴ. 1322. ὁρκ. ἐμῶν θέμιν. 1323. τέλειον. 1324. Ἄτην omisso τ'.

filiam." Hesychius: οὐ προτιμᾷ, οὐκ ἔχει λόγον. cf. Blomf.

1311. Verba sic explicanda: λέγω δέ σοι τάδε· τοιαῦτά σε ἀπειλεῖν ἐμοὶ ὡς παρεσκευασμένῃ ἐκ τῶν ὁμοίων (δρᾶν)· ἐὰν σὺ νικήσῃς, ἄρξεις ἐμοῦ, ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν, σὺ παρ' ἐμοῦ διδάξει σωφρονεῖν. — ὀψὲ γοῦν cum derisione additum: inest in hoc exprobratio senectutis stolidae, ὀψιμαθοῦς.

1317. ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ κτέ. ὥσπερ οὖν pro vi particulae οὖν dicitur proprie de re quae consentanea est rei adjunctae. Choëph. 888: δόλοις ὀλούμεθ' ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν. Ita quod h. l. dicitur μαίνεσθαι consequens est τοῦ φόνου. φονολιβὴς τύχη periphrasis pro φόνος. — λίπος ἐπ' ὀμμάτων vulgo accipiunt proprie de cruore qui Clytaemnestrae faciei illitus esset, idque colligunt e vs. 1390, sine caussa: potius figurate intellig. de fronte s. facie sanguineo colore suffusa. Sic Choëph. vs. 1058 Furiae ἐξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Eurip. Iph. A. 381: τί δεινὰ φυσᾷς, αἱματηρὸν ὄμμ' ἔχων;

1320. ἀτίετα adv. ab ἀτίετος, *inhonoratus, indecorus*, formatum sicut ἀμάχετος, ἀλάμπετος, alia. Lobeck. Path. p. 373 sq. τύμμα τύμματι τῖσαι congruum effato illi vs. 1564: παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Choëph. 312: ἀντὶ δὲ πλήγης φονίας φονίαν πλήγην τινέτω. Est vaticinium ejus quod postea evenit.

1323. Δίκην Ἄτην τ' Ἐρινύν τ'. Coacervat haec nomina idem significantia, quod tumide et cum vi loquenti consentaneum. τελείαν vocat δίκην, ut quae

οὔ μοι φόβος μελάθρων ἐντὸς ἐμπατεῖ,
ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.
οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ σμικρὰ θράσους.
κεῖται γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος
Χρυσηίδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ,
ἥ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος,
ἡ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος
πιστὴ ξύνευνος ναυτίλων τε σελμάτων
ἰσοτριβής. ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην·
ὁ μὲν γὰρ οὕτως, ἡ δέ τοι, κύκνου δίκην
τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον,
κεῖται φιλήτωρ· τοῦδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν
θοίνης παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

V. 1325. οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖ. 1332. καὶ κοινόλεκτρος. 1333. ναυτίλων δὲ σελμ. ἰστοτρίβης. 1338. εὐνῆς παροψ.

vindictam ad τέλος perducit. cf. Commentarium.

1329 sq. γυναικὸς τῆσδε, h. e. ἐμοῦ. Χρυσηίδων μείλιγμα interpretandum sicut Horatianum illud Od. II, 1: *victorum nepotes retulit inferias Jugurthae*. Agamemnonis caedes *inferiae* erant captivis quas violasset, qualis Chryseïs (hoc enim signif. plur. Χρυσηίδες). Hoc sensu μειλίγματα Choëph. 15. μειλικτήρια Pers. 610.

1331. τερασκόπος cum contemtu dictum pro μάντις, quemadmodum etiam per ludibrium jungit θεσφατηλόγος πιστὴ ξύνευνος, et vili appellatione pro navigationis socia dicit σελμάτων ἰστοτριβής, h. e. quae *pariter cum illo transtra* (*sedendo*) *trivit*, vel potius *transtris attrita est*. Aeque enim utroque sensu, activo et passivo, dici potest. Matth. Gr. Gr. § 345. τρίβειν vulgare hoc sensu verbum. Cf. jocose dictum Aristoph. Eq. 785: ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι.

1334. ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην, ironice dictum, quod supra vs. 354 proprie: χάρις γὰρ οὐκ ἄτιμος εἴργασται πόνων. — ὁ μὲν γὰρ οὕτως, h. e. sic ut videtis: in balneo improviso oppressus. φιλήτωρ τοῦδε per ludibrium appellata femina, non *amata*, sed *amator* s. *amatrix*. φιλήτωρ de femina, sicut usitate τύχη σωτήρ; τιμαὶ σωτῆρες apud Eurip.; λωβητῆρες Ἐρινύες apud Sophocl. λωβήτορα κῆρα dicit Nicander; παμβώτορα γαῖαν Stasinus, alia. Cf. Buttm. Gr. Gr. ampl. I, p. 253. Seidler. ad Eurip. Electr. 993. θοίνης παροψώνημα, simili tropo in re dissimili utitur Aristophanes fr. Daed. ap. Athen. IX, p. 368 C: πάσαις γυναιξὶν ἐξ ἑνός γε τοῦ τρόπου ὥσπερ παροψὶς μοιχὸς ἐσκευασμένος. laud. Blomf. qui tamen non recte vertit *obsonium clandestinum*. Ceterum cf. Comment.

ΗΜΙΧ. Φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει μὴ περιώδυνος μηδὲ δεμνιοτήρης — στρ. α'.

μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐφ' ἡμῖν — 1450
Μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος
φύλακος εὐμενεστάτου,
πολλὰ τλάντος γυναικὸς διαί,
πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθισεν.

ΧΟ. ἰὼ ἰώ, παράνους Ἑλένα, — στρ. β'.

μία τὰς πολλὰς, τὰς πάνυ πολλὰς — 1456
ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ·
νῦν δὲ τέλειον τοῖσδε μελάθροις,

V. 1340. Fort. leg. μόλοι τὸν Ἅιδου φέρουσ'. —

V. 1348—1351. Libri, omissis verbis τοῖσδε μελ. φεῦ, sic legunt:
νῦν δὲ τελείαν πολύμναστον ἐπηνθίσω δι' αἷμ' ἄνιπτον,
ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς ὀιζύς.

V. 1340. ἐν ἡμῖν. 1342 sq. εὐμενεστάτου καὶ πολλὰ. 1344. ἀπέφθισεν βίον. 1345. ἰὼ παρανόμους Ἑλένα.

1339. Sequitur canticum quo Chorus foedam Agamemnonis necem deplorat et cum Clytaemnestra de caussis ejus fati expostulat. Quae sit carminis hujus compositio et stropharum ac systematum convenientia, hocce schema declarabit:

Ἡμιχ. στρ. α'
Χόρ. — β'
Κλυτ. σύστ. α'
Ἡμιχ. ἀντιστρ. α'
Κλυτ. ἀντισύστ. α'
Ἡμιχ. στρ. γ'
Χόρ. στρ. δ'
Κλυτ. σύστ. β'
Ἡμιχ. ἀντιστρ. γ'
Χόρ. ἀντιστρ. δ'
Κλυτ. ἀντισύστ. β'
Ἡμιχ. στρ. ε'
Χόρ. ἀντιστρ. β'
Κλυτ. σύστ. γ'
Ἡμιχ. ἀντιστρ. ε'
Κλυτ. ἀντισύστ. γ'

Stropharum quam fecimus distributio inter Chorum et Hemichoria, tam symmetriae quam argumento, ut opinor, conveniens est. Hermanniana partitio cum justo artificiosior est, tum evertitur plane, si verum vidimus, non post vs. 1348 lacunam esse ponendam, sed post vs. 1424 quatuor versus ut spurios esse delendos. Cf. Comment.

1340. Junge τὸν αἰεὶ ἀτέλευτον ὕπνον. cf. Comment. Mox γυναικὸς διαί, ut vs. 447 ἀλλοτρίας διαὶ γυναικός.

1345. Redit Chorus ad Helenam, quam etiam supra vs. 661 ut praecipuam horum malorum caussam notavit, aeque ac Cassandra vs. 1156: ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων.

1348. νῦν δὲ τέλειον — ἐπηνθισας. τέλειον αἷμα dicitur quatenus est sanguis ἀνδρὸς τελείου (vs. 972) et simul quod superioribus caedibus velut coronam imponit. Dativus μελάθροις aeque

Φεῦ, πολύμναστον ἐπήνθισας αἷμ' ἄνιπτον.
εἴ τις ποτ' ἐν δόμοισιν, 1460
περίκλαυτός γε τἀνδρὸς οἰζύς.
ΚΛ. μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου στρ. α'.
τοῖσδε βαρυνθείς·
μηδ' εἰς Ἑλένην κότον ἐκτρέψῃς,
ὡς ἀνδρολέτειρ', ὡς μία πολλῶν 1465
ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασ'
ἀξύστατον ἄλγος ἔπραξεν.
ΗΜΙΧ. δαῖμον, ὃς ἐμπίτνεις δώμασι καὶ διφυίοισι ἀντ. α'.
Ταντα λίδαισιν,
κράτος θρασύψυχον ἐκ γυναικῶν 1470
καρδιόδηκτον ἐμοὶ κρατύνεις.
ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν

V. 1361. Fort. leg. ἐπὶ δὲ δώματος.

V. 1358. ἐμπίπτεις ... διφυεῖσι. 1359. κράτος ἰσόψυχον. 1360. καρδία δηκτὸν. 1361. δίκαν μοι κόρακος.

congruit adjectivo πολύμναστον atque verbo ἐπήνθισας. αἷμα ἐπήνθισας est id. quod αἵματος ἄνθος ἐπέβαλες, *sanguinis maculam adspersisti*. Ut ἄνθος, ἀνθεῖν etiam de malis rebus usurpantur (vid. not. ad vs. 1041), sic et ἐπανθίζειν, quod proprie sign. *flores in aliquem spargere*, etiam de *macula* s. *labe* quae adspergitur poni potest. E linguae ratione duplici modo dici licet: ἐπανθίζειν τινα αἵματι et αἷμα ἐπανθίζειν τινί. Prior constructio est Sept. c. Theb. 951: ὦ πολλοῖς ἐπανθίσαντες πόνοισι γενεάν. Altera in hunc locum convenit.

1352—57. Junge: μηδὲν τοῖσδε βαρυνθεὶς κτέ. — ἀξύστατον ἄλγος sign. *dolor incompositus, qui comprimi s. sanari nequit*. Petitum videtur a vulnere. Simili sensu Xenarchus apud Athen. II. p. 63 F dicit τύχας ἀξυστάτους; dissimili vero sensu Aristoph. mox cit.

1358—63. δαῖμον, ὃς ἐμπίτνεις ... ἐπὶ δὲ σώματος κτέ. Animadvertatur transitus a secunda persona δαῖμον ὃς — ad tertiam ἐπὶ δὲ σώμ.... ἐπεύχεται. Particula δὲ, quae ambo enuntiata coagmentat, majorem vim addit verbis, significat: *En vero stans super corpore* cet. Ita mox 1492: κεῖσαι δ' ἀράχνης. In hunc similesque locos quadrat quod Aeschylum ut ἀξύστατον notat Aristophanes Nub. 1336. Ceterum Chorus videtur sibi videre malum genium, domûs ἀλάστορα, qui rapina potitus cornicis instar stans super praeda dirum ululatum edere parat. Κόρακος imago optime convenit in malum daemonem, tam ob insatiabilem avis rapacitatem quam ob ominosum clamorem. ἐκνόμως ὕμνον ὑμνεῖν est id. quod supra vs. 990: ὑμνῳδεῖ θρῆνον Ἐρινύος ...

κόρακος ἐχθροῦ σταθεὶς ἐκνόμως
ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται.
ΚΛ. νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην, ἀντισύζ. α'.
τὸν τριπαλαιστὴν
δαίμονα γέννης τῆσδε κικλήσκων.
ἐκ τοῦ γὰρ ἔρως αἱματολοιχὸς
νείρᾳ τρέφεται· πρὶν καταλῆξαι
τὸ παλαιὸν ἄχος, νέος ἰχώρ.
ΗΜΙΧ. ἦ μέγαν οἴκοις τοῖσδε στρ γ'.
δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς,
φεῦ φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτηρᾶς τύχας ἀκορέστου,
ἰὼ ἰή, διαὶ Διὸς παναιτίου πανεργέτα.
τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;
τί τῶνδ' οὐ θεόκραντόν ἐστιν;
ΧΟ. ἰὼ ἰώ, βασιλεῦ βασιλεῦ, στρ. δ'.
πῶς σε δακρύσω;
φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω;
κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷδ'

V. 1362. ἐνόμως. 1365. τὸν τριπάχυιον. 1366. γέννης superscripto ας Fl. Ven. γέννας Farn. 1368. νείρει. 1376. ἰὼ semel Fl. bis Farn. Similiter vs. 1398. 1378. τί ποτ' ἄρ εἶπω Farn. hic et vs. 1400.

ἔσωθεν θυμός. sign. carmen dirum, futura mala et scelera portendens.

1365. τριπαλαιστὴς eodem sensu dictum quo τριακτήρ vs. 171; proprie significat qui alterum ter luctando prosternit, i. e. penitus eum profligat; non vero ita dicitur ὁ δαίμων, quod per tres generationes Atridarum gentem premeret: erat enim haec altera demum in hac familia clades: prima Atrei, altera Agamemnonis, tertia quae post secuta est Orestis. Vid. Choëph. extr.

1368. νείρα obscurum vocabulum, *viscera* significans. Vid. Comm. — ἰχώρ, eruentus humor qui e vulnere stillat, dictum pro vulnere. Animadvertatur autem παρήχησις vocum ἄχος et ἰχώρ.

1372. φεῦ, κακὸν αἶνον. Accus. hic per epexegesin additus est verbis μέγαν δαίμονα βαρύμηνιν αἰνεῖς, qua constructione saepe utitur Aeschylus, ut supra vs. 47: στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν ἥραν, στρατιῶτιν ἀρωγήν. et mox 1494: κεῖσαι ... ὤμοι μοι, κοίταν τάνδ'. — αἶνος simili sensu est apud Soph. Phil. 1366: ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας. — διαὶ Διὸς παναιτίου admonet dicti Homerici Il. α: Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Cf. Suppl. 815—823.

ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνεύσας,
ὤμοι μοι, κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον,
δολίῳ μόρῳ δαμεὶς 1495
ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ.

ΚΛ. αὐχεῖς εἶναι τόδε τοὔργον ἐμόν· στρ. β'.
μὴ δ' ἐπιλέξῃς
Ἀγαμεμνονίαν εἶναί μ' ἄλοχον·
φανταζόμενος δὲ γυναικὶ νεκροῦ 1500
τοῦδ' ὁ παλαιὸς δριμὺς ἀλάστωρ
Ἀτρέως, χαλεποῦ θοινατῆρος,
τόνδ' ἀπέτισεν
τέλεον νεαροῖς ἐπιθύσας. 1504

ΗΜΙΧ. ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ σὺ ἀντ. γ'.
τοῦδε φόνου, τίς ὁ μαρτυρήσων;
βᾶ βᾶ. πατρόθεν δὲ συλλήπτωρ γένοιτ' ἂν ἀλάστωρ.
βρυάζεται δ' ὁμοσπόροις ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων 1510
μέλας Ἄρης, σκότῳ δὲ καὶ προβαίνων
φάτνᾳ κουροβόρῳ παρίζει.

V. 1381 sq. Fort. leg. κοίταν τάνδ', ἀνελευθέρῳ δολίῳ τε μόρῳ δαμείς.

V. 1380. ἐκπνέων Fl. ἐκπνείων Farn. 1381. ἀνελεύθερα Farn. τᾶνδ' Fl. 1384. τοῦργον ἐμὸν τόδε Farn. 1385. μηδ' (μὴ δ' Farn.) ἐπιλεχθῇς. 1390. νεκροῖς Farn. 1392. ἀναίτιος εἶ. 1394. πῶ πῶ. 1395. βιάζεται. 1396-97. ὅπου δὲ καὶ προσβαίνων πάχνα κουροβόρῳ παρίξει.

1381. Jung. κεῖσαι κοίταν τάνδ'. κοίτη hic non est *cubile*, sed *cubitio*; utraque significatione ponitur etiam εὐνή; item ἕδρα et *sedem* et *sessionem* sive *sedentis habitum* significat.

1390. τόνδ' ἀπέτισεν non significat *illum ultus est* vel *punivit*, quod est ἐτίσατο; sed *hunc*, i. e. hujus necem, tanquam debitam mercedem *retulit*, persolvit occisis. Itaque ἀπέτισεν arte conjunctum cum ἐπιθύσας, et dativus νεαροῖς ad utrumque verbum pertinet.

1394. συλλήπτωρ γένοιτ' ἄν. Sententia haec redarguit vulgarem opinionem, e tragicorum sententia, caeca vi Fati mortales in nefas et exitium rapi. Immo quum ipsi sint ad malum proclives, impellente daemone in miseriam adiguntur. Idem dicit Pers. 742: ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς ξυνάπτεται. De sequentibus vid. Comment.

ΧΟ. ἰὼ ἰώ, βασιλεῦ βασιλεῦ, ἀντ. δ'.
πῶς σε δακρύσω;
Φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἶπω; 1515
κεῖσαι δ' ἀράχνης ἐν ὑφάσματι τῷδ'
ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνεύσας,
ὤμοι μοι, κοίταν τάνδ' ἀνελεύθερον,
δολίῳ μόρῳ δαμεὶς
ἐκ χερὸς ἀμφιτόμῳ βελέμνῳ. 1520
ΚΛ. οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν ἄτην ἀντισύστ. β'.
οἴκοισιν ἔθηκ';
ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀέρσας, 1525
Ἰφιγενείαν τὴν πολυκλαύτην,
ἄξια δράσας ἄξια πάσχων,
μηδὲν ἐν Ἅιδου μεγαλαυχείτω,
ξιφοδηλήτῳ
θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν. 1529
ΗΜΙΧ. ἀμηχανῶ φροντίδος στερηθεὶς στρ. ε'.
εὐπαλάμων μεριμνᾶν,
ὅπᾳ τράπωμαι, πίτνοντος οἴκου.
δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
τιν' αἱματηρόν, ψακὰς δὲ λήγει.

V. 1406. Ante h. vs. οὐδὲ γὰρ οὗτος — libri praeponunt hos versiculos:
οὔτ' ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
τῷδε γενέσθαι.

V. 1398—1400. Cf. supra vs. 1376—78. 1402. εὐσεβεῖ Flor. 1408—10. ἔρνος ἀερθὲν, τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγ. ἀναξία δράσας, ἄξια πάσχ. 1414 sq. φροντίδος (φροντίδων Farn.) στερ. εὐπάλαμνον μέριμναν. 1418. τὸν αἱματηρόν. ibid. ψεκὰς.

1408 sqq. ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος. ἐκ τῇδε pro ἐξ αὐτοῦ cum emphasi dicit, digito monstrans cadaver occisi. — τίσας ἅπερ ἦρξεν, pro hoc ne quis scribendum putet ἅπερ ἔρξεν, similiter ἄρχειν usurpat Sophocles El. 539: ἐρεῖς μὲν οὐχὶ νῦν γ', ὡς ἄρξασά τι λυπηρὸν εἶτα σοῦ τάδ' ἐξήκουσ' ἐγώ. Usitatius hoc sensu ὑπάρχειν. Eurip. Herc. Fur. 1169: τίνων δ' ἀμοιβὰς ὧν ὑπῆρξεν Ἡρακλῆς. Significat *poenam luens injuriae cujus ipse auctor fuit.*

δίκης δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βέλος 1535
πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.
ΧΟ. ἰὼ γᾶ γᾶ, εἴθε μ' ἐδέξω, ἀντ. β'.
πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν ἀργυροτοίχου
δροίτας κατέχοντα χαμεύναν. 1540
τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων;
τίς δ' ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ
ξὺν δακρύοις ἱάπτων
ἀληθείᾳ φρενῶν πονήσει; 1550
ΚΛ. οὐ σὲ προσήκει τὸ μέλημ' ἀλέγειν σύστ. γ'.
τοῦτο· πρὸς ἡμῶν
κάππεσε, κάτθανε, καὶ κατα θάψομεν,
οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν τῶν ἐξ οἴκων,

V. 1424. Post τίς ὁ θρηνήσων codices inserunt hos versus:
ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι τλήσει, κτείνας'
ἄνδρα τὸν αὑτῆς, ἀποκωκῦσαι
ψυχὴν, ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων
μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι;

V. 1419. δίκη δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θήγει βλάβης. 1423. δροίτας νῦν κατ. χαμεύνην. 1425. τίς δ' ἐπιτύμβιος αἶνος. 1426. δακρύοιν Fl. 1428. μέλημα λέγειν.

1419. Μοῖρα θηγάνει βέλος κτλ. Vid. Comment. Similis imago est in Choëph. 647: προχαλκεύει δ' Ἄλσα φασγανοῦργος. et Eum. 860, ubi Furiis tribuit αἱματηρὰς θηγάνας.

1422. ἀργυροτοίχου δροίτας χαμεύναν. χαμεύνη, *cubile terrenum*, proprie est sepulcrum; δροίτη autem est id. quod σόρος, loculus in quo cadaver reponebatur. Hic ex adjuncto ἀργυρότοιχος colligitur, figurate sic dici labrum, in quo irretitus occubuerat Agamemnon, quem supra vs. 1129 vocat λέβητα δολόφρονον, quippe qui ei pro capsulo erat. Intelligitur inde occisi cadaver in scena propositum fuisse in balneo jacens. *Argenteum* labrum Asiaticum luxum refert.

1425. τίς δ' ἐπιτύμβιον. Accusativus αἶνον pendet ab ἱάπτων. ἐπιτύμβιος αἶνος est idem qui vulgo λόγος ἐπιτάφιος dicitur. Poëta suae aetatis morem ad heroïcam aetatem transfert. — πονήσει, h. e. *dolebit*. cf. Comment.

1431. οὐχ ὑπὸ κλαυθμῶν. Electra in Choëph. 430 sic queritur: ἰώ, ἰὼ δαΐα πάντολμε μᾶτερ, δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ', ἄνευ δὲ πτνθημάτων ἔτλας ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι. Herm. — οἱ ἐξ οἴκων sunt domestici, familiares et clientes funus efferentes. Poëtam hoc dixisse colligi licet: »Non inter fletus amicorum moeste in Orci domum efferetur, sed blande illum excipiet ad Acherontis flumen Iphigenia

* * * *

* * * *

ἀλλ' Ἰφιγένειά νιν ἀσπασίως
θυγάτηρ ὡς χρὴ
πατέρ' ἀντιάσασα, πρὸς ὠκύπορον
πόρθμευμ' ἀχέων,
περὶ χεῖρε βαλοῦσα φιλήσει.

ΧΟ. ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους.
δύσμαχα δ' ἔστι κρῖναι.
φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.
μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς,
παθεῖν τὸν ἔρξαντα. θέσμιον γάρ
τίς ἂν γονὰν ἀραῖον ἐκβάλοι δόμων;
κεκόλληται γένους πρὸς ἄτᾳ.

ΚΛ. ἐς τόνδ' ἐνέβης ξὺν ἀληθείᾳ
χρησμόν. ἐγὼ δ' οὖν

V. 1482. Ἰφιγένειαν· ἢν' ἀσπ. 1436. χεῖρα. 1440. χρόνῳ. 1442. γονὰν ῥᾳον. 1443. γένος προσάψαι. 1444. ἐνέβη.

cari patris in amplexum veniens." In posteriore hoc dicto amara est ironia, quae in memoriam revocat hoc Neronis dictum, qui quum, interfecta Agrippina matre, dilectum ei juvenem Plautium occidisset, adjecit hoc dictum: *Eat nunc, mater mea et successorem meum osculetur!* Suet. Ner. c. 35.

πόρθμευμ' ἀχέων, *fretum s. flumen dolorum*, est genitivus qualitatis. Ludit ad nomen Ἀχέροντα, sicut Melanippides apud Apollodorum dixit ἀχέεσσι πορεῖων Ἀχέρων. Vid. Blomf.

1437 sqq. ὄνειδος τόδε, np. quod modo in Agamemnonem dixit Clytaemnestra; ἀντ' ὀνείδους, quod paullo ante Clytaemnestrae objecerat Chorus verbis: τίς ὁ θάψων νιν κτέ. — δύσμαχα δ' ἔστι (ταῦτα τὰ ὀνείδη) κρῖναι, np. utrius amborum gravior sit culpa. Sed (pergit) quidquid est, illud certum: φέρει φέροντ', ἐκτίνει κτέ. *raptorem rapit alter, occisor solvit mercedem occisi.* Aeternum quippe manet effatum illud: παθεῖν τὸν ἔρξαντα. Choëph. 313: δράσαντι παθεῖν, τρεγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ. — θεσμίον γὰρ κτέ. Nefaria caedes Atrei vindictam provocavit domui ejus exitialem. cf. Comment.

1445. ἐγὼ δ' οὖν ἑθέλω κτέ. "Equidem parata sum Plisthenidarum daemonem obsecrare, ut quae acta sunt, quamvis gravia, aequo animo ferat; si quid reliquum est malorum, relicta hac domo, aliam familiam parricidiis atterat." Πλεισθενιδῶν δαίμονα eundem dicit quem modo ἀλάστορα Ἀτρέως, malum

ἐθέλω δαίμονι τῷ Πλεισθενιδῶν
ὁρκους θέσθαι τάδε μὲν στέργειν,
δύςτλητά περ ὄνθ', ὁ δὲ λοιπὸν, ἰόντ'
ἐκ τῶνδε δόμων ἄλλην γενεὰν
τρίβειν θανάτοις αὐθένταισιν.
κτεάνων τι μέρος
βαιὸν ἐχούσῃ πᾶν ἀπόχρη μοι
'παλληλοφόνους
μανίας μελάθρων ἀφελούσῃ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ὦ φέγγος εὔφρον ἡμέρας δικηφόρου.
φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους
θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη,
ἰδὼν ὑφαντοῖς ἐν πέπλοις Ἐρινύων
τὸν ἄνδρα τόνδε κείμενον, φίλως ἐμοὶ,
χερὸς πατρῴας ἐκτίνοντα μηχανάς.
Ἀτρεὺς γὰρ ἄρχων τῆσδε γῆς, τούτου πατὴρ,

V. 1446. Πλεισθενιδᾶν. superscripto ῶν Farn. 1451-53. κτεάνων τε μέρος ... ἀπόχρη μοι δ' ἀλληλοφόνους.

genium qui familiam hanc vexat scelus scelere ulciscendo. *Pleisthenes* Atrei filius, Agamemnonis et Menelai pater, secundum Hesiodum et Aeschylum; teste Tzetza cit. Herm. — τάδε μὲν στέργειν, np. caedem recens factam; δύστλητα περ ὄντα, quamvis aegre ferat ea insulta esse. His Clytaemnestrae dictis inest jam tacitae significatio sollicitudinis e sceleris conscientia natae.

1456. Clytaemnestra genium placatura abit aut certe in remotiorem scenae partem recedit. Cf. Comment. ad vs. 1503. Progreditur Aegisthus, qui, conspecto caesi corpore, exsultat facto tanquam justa poena, patris sui Manibus debita, sibique ut doli inventori de felici molitionum eventu gratulatur.

1457. Junge θεοὺς τιμαόρους ἐποπτεύειν βροτῶν ἄγη.

1461. Ἀτρεὺς γὰρ... ἀμφίλεκτος ὢν κράτει. Aegisthus rei narrationem ita colorat ut omnem culpam in Atreum conferat. Odii causarum unam tantum memorat, controversiam inter am-

πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν, ὡς τορῶς Φράσαι,
αὐτοῦ τ' ἀδελφὸν, ἀμφίλεκτος ὢν κράτει,
ἠνδρηλάτησεν ἐκ πόλεώς τε καὶ δόμων.
καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν
τλήμων Θυέστης μοῖραν εὗρετ' ἀσφαλῆ,
τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον·
ἀντιξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ
Ἀτρεὺς προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως πατρὶ
τῷμῷ, κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν
δοκῶν, παρέσχε δαῖτα πηδείων κρεῶν.
τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
ἔθρυπτ', ἄνευθεν ἀνδρακὰς καθήμενος,
ἄσημ'· ὁ δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν
ἔσθει βορὰν ἄσωτον ὑστέρῳ γένει.
κἄπειτ' ἐπιγνοὺς ἔργον οὐ καταίσιον
ᾤμωξεν, ἀμπίπτει δ' ἀπὸ σφαγὴν ἑρῶν,
μόρον δ' ἄφερτον Πελοπίδαις ἐπεύχεται,
λάκτισμα δείπνου ξύνδικον τιθεὶς ἀρᾷ,

V. 1467. 68. αἱμάξαι πέδον αὐτοῦ. ξένια δὲ (ξενίᾳ δὲ Farn.). 1473. 74. ἔθρυπτ' ἄνωθεν ... ἄσημα δ' αὐτῶν. 1475. ἄσωτον ὡς ὀρῇς γένει. 1477. ἀπὸ σφαγῆς ἑρῶν. 1479. συνδίκως τιθεῖς ἀρᾷ.

bos fratres de regno; alteram eamque gravissimam omittit, Thyestae cum fratris uxore adulterium.

1472. τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν. ποδήρη scil. μέλη s. ἄρθρα significant maxime pedum extremas partes; κτένας Hesychius interpretatur τοὺς τῶν χειρῶν καρποὺς καὶ τῶν ποδῶν. — ἔθρυπτ' ἄσημα, comminuit ita ut essent ἄσημα, ut dignosci non possent. — κἄπειτ' ἐπιγνοὺς κτέ. Quomodo comesos natos agnoverit pater, id ut rem secundariam eamque conjectu facilem memorare omittit: post dapes nempe monstrata sunt ei abscissa barbarico more infantium capita. cf. Comment.

1473. ἄνευθεν ἀνδρακὰς καθήμενος. ἀνδρακὰς, κατ' ἄνδρα, χωρὶς, *viritim*, *singulatim*: vocabulum rarius, quo praeter Homerum etiam Cratinus usus est; a nonnullis veterum grammaticorum perperam pro substantivo habitum est, sicut usurpat Nicander Ther. 642. Vid. Hesych. Suid. alii, quos citat Blomf. Spectat autem heroicae aetatis morem, quum saepe convivis singulis singulae mensae apponi solebant.

1479. λάκτισμα δείπνου κτέ. Junge

οὕτως ὀλέσθαι πᾶν τὸ Πλεισθένους γένος.
ἐκ τῶνδέ σοι πεσόντα τόνδ' ἰδεῖν πάρα.
κἀγὼ δίκαιος τοῦδε τοῦ φόνου ῥαφεύς.
τρίτον γὰρ ὄντα μ' ἐπὶ δυσαθλίῳ πατρὶ
ξυνεξελαύνει τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.
τραφέντα δ' αὖθις ἡ δίκη κατήγαγεν·
καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἠψάμην θυραῖος ὤν,
πᾶσαν ξυνάψας μηχανὴν εὐβουλίας.
οὕτω καλὸν δὴ καὶ τὸ κατθανεῖν ἐμοὶ
ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν.

ΧΟ. Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν θανοῦσιν οὐ σέβω.
σὺ δ' ἄνδρα τόνδε φὴς ἀπὼν κατακτανεῖν,
μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον;
οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα
δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.

ΑΙ. σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος

V. 1481. Fort. leg. ἐκ τῶνδέ τοι.

V. 1483. μ' ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ. 1489. ἰδόντι Farn. 1490. ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν. 1491. τόνδ' ἔρης ἐκὼν κατακτανεῖν.

ξύνδικον ἀρᾷ = nefarias has dapes tanquam testes adhibens imprecationi." λάκτισμα, *proculcatio*, tropice pro atroci injuria dictum; sign. ergo *immanem coenae injuriam*, h. e. perfidam et injuriosam coenam. Simili tropo, quamquam alio modo, utitur Lycophron, Aeschyleae dictionis imitator, quum de Paride jus hospitii violante dicit vs. 137: ἔτλης θεῶν ἀλαστὸς ἐκβῆναι δίκην λάξας τράπεζαν. Abresch. — Thyestes, quam ipse passus erat coenae injuriam, eandem imprecatus est Atrei generi. Ad λάκτισμα δείπνου spectat illud οὕτως ὀλέσθαι. Itaque et Agamemnon per similem dolum, np. epularum specie, in insidias est pellectus.

1485. ἠψάμην θυραῖος ὤν, *tetigi illum* (dolis meis) *absens*. Hoc dicto manifestum fit, Aegisthum ipsi caedi non interfuisse, sed insidiarum struendarum modum excogitasse. Mox construendum ἐμοὶ καλὸν τὸ κατθανεῖν ἰδόντα — Ita vs. 1620: βαρὺ τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν κεχρημένον.

1491. δημορριφεῖς λευσίμους ἀρὰς, h. e. *exsecrationes exitiales a populo jactas*. Metaphora a lapidatione sumta. cf. not. ad vs. 1012—16. *exitiales* dicit quia, ut ait vs. 457, δημακράντους ἀρὰς τελεῖ χρόνος.

1495. νερτέρᾳ προσήμενος κώπῃ κτέ. Tropus a navigatione petitus, quem declarat schol. Aristoph. Ran. 1074

κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;
γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ
τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν κεχρημένον.
δεσμοὶ δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες
δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν
ἰατρομάντεις· οὐχ ὁρᾷς; ὁρῶν τάδε
πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μογῇς.
ΧΟ. γυνὴ σὺ τοῦδ' ἥκοντος ἐκ μάχης νέον
οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνας ἅμα
ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;
ΑΙ. καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.
Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις·
ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,
σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν
ἄξει· κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ.
ΧΟ. ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει,

V. 1498. σωφρονεῖν εἰρημένον. 1499. δεσμὸν δὲ Fl. δεσμὸς δὲ Farn. 1501. Libri sic interpungunt: οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε; 1502. πήσας libri. παίσας schol. Pindari. 1503. γύναι σὺ τοὺς ἥκοντας. 1509. ἠπίοις.

(Didot.): ἦσαν δὲ τρεῖς τάξεις τῶν ἐρετῶν, καὶ ἡ μὲν κάτω θαλαμῖται, ἡ δὲ μέση ζυγῖται, ἡ δὲ ἄνω θρανῖται. θρανίτης οὖν ὁ πρὸς τὴν πρύμναν, ζυγίτης ὁ μέσος, θαλαμίτης ὁ πρὸς πρῴραν. Itaque νεωτέρᾳ κώπῃ προσήμενος dicitur qui est in numero τῶν θαλαμιτῶν, contra οἱ ἐπὶ ζυγῷ sunt οἱ ζυγῖται, quorum illos infimo, hos praecipuo loco fuisse patet. Eadem metaphora usus est supra vs. 183: σέλμα σεμνὸν ἡμένων. Eurip. Ion. 595: εἰς τὸ πρῶτον πόλεος ὁρμηθεὶς ζυγόν. — Ceterum jung. κρατούντων δορός. δορὸς pro navi est etiam Pers. 411.

1499. Junge: δεσμὸς δὲ αἵ τε νήστιδες δύαι καὶ τὸ γῆρας διδάσκειν ἐξοχώτατα ἰατρομάντεις. "Vincula et fames etiam senectutem quamvis indocilem corrigere valent." ἰατρομάντεις pro simplici ἰατροί, quia medici quondam iidem solebant esse μάντεις, ut Epimenides, Empedocles. ἐξοχώτατα μάντεις femin. gen. dictum convenienter praegresso δύαι.

1504. οἰκουρὸς cum contentu dictum aeque ac supra vs. 1225; respondet praegresso γυνὴ σύ.

1507 sqq. Ὀρφέως γλῶσσα erat in proverbio: vid. Eurip. Alc. 357. νηπίοις ὑλάγμασι amare dictum in senes Cf. Homericum Il. π, 7; τίπτε δεδάκρυσαι, Πατρόκλεις, ἠΰτε κοῦρη νηπίη;

1511. ὡς δὴ σύ. Ironice dictum: Sophocl. Oed. Col. 813: ὡς δὴ σὺ

ὅστις γ', ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοστόλως; 1635
ΑΙ. τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς,
ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ὡς παλαιγενής.
ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις, οὔτι μὴν σειραφόρον 1640
κριθῶντα πῶλον, ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ
λιμὸς ξύνοικος μαλθακὸν σφε πέψεται.
ΧΟ. τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλά σοι γυνὴ,
χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων, 1645
ἔκτεινε; Ὀρέστης δ' ἆρά που βλέπει φάος,
ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς;
ΑΙ. ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τόδ', ἔρδειν κοὐ λέγειν, γνώσει τάχα.
εἶα δὴ, φίλοι λοχῖται, τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε. 1650
ΧΟ. εἶα δὴ, ξίφος πρόκωπον πᾶς τις εὐτρεπιζέτω.

V. 1519. Fort. leg. ὁ δυσφιλεῖ σκότῳ. —

V. 1512. ὃς οὐκ, ἐπειδὴ. 1513. αὐτοκτόνως. 1515. ἐχθρὸς ἡ παλαιγενής. 1518. οὔτι μὴ σειραφόρον. 1520. μαλθακὸν σφ' ἐπόψεται. 1523. ἀλλὰ σὺν γυνὴ. 1524. Ὀρέστης ἆρά που (ποῦ Farn.). 1527. ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσῃ τάχα.

βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

1518. ζεύξω βαρείαις, οὔτι μὴν σειραφόρον, h. e. ὡς σειραφόρον, ut saepe Aeschylus. Ceterum semel incepta metaphora ζεύξω βαρείαις (σειραῖς, ζεύγλαις) sponte suggessit poëtae imaginem σειραφόρου πώλου, h. e. fortis equi, qui quamquam vi domandus est, tamen largo pabulo nutritur. De v. σειραφόρος significatione vid. supra vs. 842. — κριθῶντα schol. explicat πίονα ταῖς κριθαῖς καὶ τρυφῶντα.

1526. παγκρατὴς φονεύς, velut παγκρατιαστής, ut supra vs. 171 τριακτήρ. vs. 1476 τριπαλαιστής.

1528. λοχῖται sunt comitatus Aegisthi tanquam ἀνδρὸς στρατηγοῦ. Sic etiam Choëph. 768 Aegisthum comitari dicuntur λοχῖται s. δορυφόροι. Cf. Sophocl. Oed. R. 751. cit. Boisson.

1529 sq. In priore horum versuum ξίφος πρόκωπον proprie dictum est; in altero ἐγὼ πρόκωπος breviter pro ἐγὼ πρόκωπον ξίφος ἔχων.

ΑΙ. ἀλλὰ μὴν κἀγὼ πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
ΧΟ. δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' αἱρούμεθα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μηδαμῶς, ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ἄλλα δράσωμεν κακά.
ἀλλὰ καὶ τάδ' ἐξαμῆσαι πολλὰ δύστηνον θέρος.
πημονῆς ἅλις γ' ὑπάρχει, μηδ' ἔτ' αἱματώμεθα.
στείχεθ' οἱ γέροντες οἵδε πρὸς δόμους, πεπαυμένοι
πρὶν παθεῖν ἔρξαντες· ἀρκεῖν χρὴ τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.
εἰ δέ τις μόχθων γένοιτο τῶνδ' ἄκη, δεχοίμεθ' ἄν,
δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχεῖς πεπληγμένοι.
ὧδ' ἔχει λόγος γυναικὸς, εἴ τις ἀξιοῖ μαθεῖν.
ΑΙ. ἀλλὰ τούσδ' ἐμοὶ ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀκοντίσαι
κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονος πειρωμένους,
σώφρονος γνώμης δ' ἁμαρτεῖν, τὸν κρατοῦντ' οὐ χρὴ φέρειν.

V. 1532. Fort. leg. καινὰ δράσωμεν κακά.

V. 1531. τὴν τύχην δ' ἐρούμεθα. 1532. δράσομεν. 1534. πημονῆς δ' ἅλις γ' ὑπ. μηδὲν ἡματώμεθα. 1535. 36. στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε, πρὶν παθεῖν. ἔρξαντες καιρὸν χρῆν τάδ'. 1537. εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο τῶν δ' ἅλις γ' ἐχοίμεθ' ἄν. 1538. δυστυχῶς. 1540. ὧδ' ἀπανθίσαι 1541. δαίμονας. 1542. γνώμης δ' ἁμαρτῆτον κρατοῦντα, omissa versûs clausula.

1531. δεχομένοις λέγεις κτέ. Chorus Aegisthi dictum accipit ut omen futurae ejus necis, quo quidem inscius praesagit quae in sequenti deinceps fabula eveniunt. τὴν τύχην αἱρούμεθα tetigi in Comment. Eo spectat quod mox Aegisthus dicit vs. 1663, δαίμονος πειρωμένους.

1534. Clytaemnestra, excitata tumultuantium clamore et armorum strepitu, advolat et litigantes cohibet ne manus conserant. In proximo versu verborum junctura, quae fefellit Hermannum, haec est: ἀλλὰ καὶ τάδε (nempe τὰ πεπραγμένα) ἐστι πολλὰ δύστηνον θέρος ἐξαμῆσαι. Sic ex. gr. vs. 1295 πολλὰ τάλαινα. Sophocl. Phil. 254: πόλλ' ἐγὼ μόχθηρος. Cf. Pers. 822: ἄτης ὄθεν πάγκλαυτον ἐξαμᾷ θέρος. Eurip. Inon. fr. 13: ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος. Porson.

1539. εἴ τις ἀξιοῖ μαθεῖν. His dictis Aegisthum secum abducere studet, at ille paulisper resistit. Deinde probra in se invicem jactantes Aegisthus et Chorus discedunt.

ΧΟ. οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προσσαίνειν κακόν.
ΑΙ. ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑστέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι. 1666
ΧΟ. οὔκ, ἐὰν δαίμων Ὀρέστην δεῦρ' ἀπευθύνῃ μολεῖν.
ΑΙ. οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους.
ΧΟ. πρᾶσσε, πιαίνου μιαίνων τὴν δίκην, ἐπεὶ πάρα.
ΑΙ. ἴσθι μοι δώσων ἄποινα τῆσδε μωρίας χάριν. 1670
ΧΟ. κόμπασον θαρσῶν, ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας.
ΚΛ. μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων· ἐγὼ
καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε πημάτων τέλος.

V. 1549. θαρρῶν ἀλέκτωρ ὥσπερ. 1550-51. Utriusque versus finales voces ἐγὼ et τέλος in codd. desunt; ultimus versus sic finitur: κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων.

1546. φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους, h. e. frustra exsules reditum sperare. Proverbio hoc dictum esse ostendit Eurip. Phoen. 407: αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος. Blomf.

1549. ἀλέκτωρ ὥστ'. Galli gallinacei similitudo vario sensu vel in laudem vel in dedecus adhibetur. Hoc loco jactantiae simul et mulierositatis significatio inest. Alio sensu usurpatur Eum. 861 (e lectione Herm. 848): μήτ' ἐκζέουσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων κτέ. cf. Pind. Ol. XII, 20: καὶ τεὰ κεν, ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ, συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε — Plura Stanleius.

ΤΕΛΟΣ.

COMMENTARIUS CRITICUS.

COMMENTARIUS CRITICUS

IN

AGAMEMNONEM.

Vs. 1. sqq. vulgo sic leguntur:

> Θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων
> φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος
> στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,
> ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν κτὲ.

Verba φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ἣν κ. multum molestiae interpretibus fecerunt: quibuscumque ea modis versaveris, nullam invenies explicationem, quae diligentius consideranti placitura sit. Grammaticae rationi conveniens est ea explicatio, qua φρουρᾶς ἐτείας habeatur appositio verborum τῶνδε πόνων, atque μῆκος adjectum sit vocabulo ἐτείας, *excubiae longitudine annuae.* Sed cum languide hoc additum est, tum non aptum parit sensum: non *custodia longitudine annua* idem est quod *unius anni custodia:* siquidem additum μῆκος definit spatium verbi ἐτείας. At speculator ille non unum vigilaverat annum, sed plures annos, ut proximi versus aperte indicant. Sensus igitur construi poscit μῆκος φρουρᾶς ἐτείας, *longitudinem annuae custodiae*, h. e. talis, cujus spatium non diebus vel mensibus, sed annis computetur. Quaeritur, unde accusativus pendeat. Linguae ratio non sinit construi sic ut facit schol. approbante Abreschio: πόνων τῶν κατὰ τὸ μῆκος τῆς ἐτείας φρουρᾶς; nec sensus fert μῆκος ut accusativum spatii jungi cum θεοὺς αἰτῶ, *per annuae vigiliae spatium oro deos horum*

malorum liberationem, sicut Klausenus et nuper Paleius explicuerunt: nam ipsae vigiliae erant illud malum, quo liberari se optat. Hermannus censet, accusativum velut appositione additum esse praegressis, intellecto verbo quo significetur *in mente habeo;* conferens Agam. vs. 1095: *μαρτυρίοισι γὰρ τοῖςδ' ἐπιπείθομαι, κλαιόμενα βρέφη, σφαγάς*, et alia hujusmodi exempla, quae tamen attentius consideranti dissimilia esse apparebit. Et praeterea aliam constructionem admittit carmen concitatiore affectu plenum, aliam poscunt trimetri ac sedatus sermo. Quamobrem neque haec explicatio probari potest. Accedit vero altera difficultas, parum animadversa ab interpretibus. Dura nempe est constructio verborum, ἣν (h. e. *φρουρὰν*) *κοιμώμενος*; et quis non sentit languidam esse juncturam: ἣν *κοιμώμενος — κάτοιδα ἄστρων ὁμήγυριν κτἑ.* Haud pulcrius latine vel alio quovis sermone sic diceres: „Proh longum vigiliarum spatium, quas cubans perdididici stellarum ortus et occasus!" etc. Locus manifesto medicina eget. Conjectura Valckenaerii et Stanleji, *φρουρᾶς ἐτείας μῆχος* vel *μῆχαρ*, ut appositum praecedenti *ἀπαλλαγὴν πόνων*, parum juvat, immo ne apta quidem est: nam *remedium* non est *liberatio.* Vitium non est in *μῆκος*, sed in ἣν, quod arguit etiam lectionis varietas: ἣν, ἣν, ἣν, pro quo si scribatur *ἐν*, et versus sic interpungantur:

θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων.
φρουρᾶς ἐτείας μῆκος ἐγκοιμώμενος
στέγαις Ἀτρειδῶν —

optime fluit sententia. Taedio fatigatus Custos orat laborum finem; deinde labores illos, quales et quanti sint, commemorat. Est hic naturalis cogitationum ordo. Emendatio *ἐγκοιμώμενος* eo certior est, quod praepositionem *ἐν* ante *στέγαις* omitti vix licuit. Nullum autem vitiorum genus frequentius quam quod e prava syllabarum et vocum vel conglutinatione vel distinctione natum est. Maximam horum copiam Aeschyli lectiones suppeditant.

Vs. 4. *ἄστρων κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,*
καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς
λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι
ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν.

Ultimum horum versuum, omissum ab Achille Tatio Isag. in Arat. p. 81, qui tres priores laudat, ut senarium male tornatum obelo notavit Valckenaerius ad Eurip. Phoen. vs. 506, quem plurimi

sunt secuti. Contra defendunt eum Heathius, Wellauerus et nuperrime Hermannus Opusc. Vol. II. p. 78 et in annot. ad h. l. Qui recte quidem animadverterunt, Achillis Tatii indicium per se non magni esse ponderis, sed ipsum versum bonum esse et stare posse, me judice, non probarunt. Primum offendit clausula τε τῶν, quae non defenditur exemplis qualia sunt haec: Sept. ad Th. vs. 385:

ὑπ' ἀσπίδος δὲ τῷ
χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον.

ibid. vs. 472:

πέμποιμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ.

In priore exemplo δέ τῷ in media sententia positum est, in altero emphasis est in τῳ (τινί) ideoque recte in fine collocatur. At praeterea verba ut aliquem sensum haberent, sic vertenda forent: *sidera novi, quando occidant eorumque ortus*, h. e. *et quando oriantur*. Atqui hoc sensu ὅταν interrogative non ponitur. Copulanda igitur forent cum praegressis scilicet sic: φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βρότοις, ὅταν φθίνωσιν ἀντολὰς τε τῶν, pro καὶ ὅταν ἀνατέλλωσιν. Quod sane absurdum. Itaque pannum haec esse inepte adsutum, nemo non agnoscat. Deleto hoc versu pulcre clauditur enuntiatum splendidis his verbis: λαμπροὺς δυνάστας, ἐμπρέποντας αἰθέρι. Probabile est versificatorem, quum ad δυνάστας annotatum reperisset ἀστέρας, inde versiculum concinnasse, ductum fortasse e Prom. vs. 457:

ἔςτε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυςκρίτους δύσεις.

Vs. 9 sq. sic legi solet:

ὧδε γὰρ κρατεῖ
γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.

Parum tamen probabiliter, ut arbitror: nam et dura admodum est verborum junctura, praesertim participii ἐλπίζον, quod vereor ne non rectius graece sic dicatur quam si latine diceres: *sic jubet mulieris sperans cor;* neque sensus conveniens est. Verba nempe hoc significarent: „sic (nempe vigilare me) jubet imperiosa mulier, animi spe ducta." At κρατεῖν non simpliciter est *jubere*, sed *imperare* victis vel *vi cogere* contumaces. Hoc autem alienum ab ingenio hujus famuli, qui, quamquam labores pertaesus, non tamen invitus et coactus herae jussa exsequitur. Porro quid in

eo inest ἀνδρόβουλον, quod hera vigili mandat constitutum signum exspectare? Praeterea vide, quam recte dictum sit γυναικὸς κέαρ κρατεῖ, *dominae cor imperat* pro *ipsa*, quod non potest defendi notis illis exemplis, ἷς Τηλεμάχοιο vel Αἰγίσθου βίᾳ. Non aptior est lectio quam post Aldum plures ediderunt: ὧδε γὰρ κρατεῖν — ἐλπίζω κέαρ, quam secutus Schützius sic explicat: „sic (agendo) spero fore ut ferocem mulieris animum vincam, h. e. emolliam." Neque aptum est hac significatione verbum κρατεῖν et sententia ab ingenio istius famuli aeque aliena. Sensus aperte postulat legi quod dudum proposuit Heathius, sed male explicuit:

ὧδε γὰρ κρατεῖν
γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζει κέαρ.

ὧδε κρατεῖν, nempe τὸ τὴν Τροίαν ἁλῶναι. „Nunc, dicit, assidue observo illud signum, quod Trojae expugnationem nunciaturum sit: *id enim eventurum masculus mulieris animus sperat* sive *exspectat*." — Addit haec, quia ipse post vanam tot annorum exspectationem de eventu diffidebat, aeque ac infra senes qui Chorum constituunt. At Clytaemnestra firmo semper animo eventum exspectat, in quo sane ἀνδρόβουλον κέαρ, *virilis animi confidentia*, cernitur. V. κρατεῖν nude positum pro *valere*, *ratum esse*. Infra vs. 349: τὸ δ' εὖ κρατοίη, pro quo paullo ante dictum: τὸ δ' εὖ νικάτω. Ne quis vero putet in hac sententia retineri posse ἐλπίζον, pro ἐλπίζον ἐστι sive ἐλπίζει, talis participii usus locum habet in exclamationibus, in orationis membris adjunctis, vel in dictionibus quibusdam ellipticis; sed in enunciato directo, quale hoc est, admitti nequit. Multis locis, ubi participium perperam ita explicare solebant, justa interpretatio vel emendatio falsam hanc opinionem redarguit, ut in hac ipsa fabula vs. 185 sqq. 423. 1511. Dind. (meae ed. vs. 163. 380. 1396). Ceterum post ἐλπίζειν loco futuri saepe praesens vel aoristum poni satis constat.

Vs. 13. εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσον τ' ἔχω
εὐνὴν ὀνείρων οὐκ ἐπισκοπουμένην
ἐμὴν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παρασταθεὶς
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,
κλαίω τότ' οἶκον τοῦδε συμφορὰν στένων
οὐχ ὡς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένου.

Locum longiorem sicut vulgo legitur descripsi, quo clarius vulnus ostendam quod plerique parum animadverterunt. Quisque haec legens statim videat, in priore hujus enunciati parte desiderari apodosin quae respondeat verbis εὖτ' ἂν δὲ — animadvertat item, versum hunc, τὸ μὴ βεβαίως κτέ., cujus loco apodosin exspectasses, cum verbis praegressis non satis bene cohaerere. Quod ad apodosin attinet, fuerunt qui vel verba φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου pro apodosi haberent, quasi γὰρ abundaret, vel supplendam eam putarent intelligendo aliquo verbo, ut schol. ἢ περισσὸς ὁ γὰρ, ἢ λείπει τὸ ἀλύω (h. e. *moestus erro*). Recte hoc redarguit Abreschius, qui ipse tali ratione explicat. Statuit nempe apodosin esse versum κλαίω τότ' οἴκου, quae autem praecedunt duo membra, εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον atque ὅταν δ' ἀείδειν, protasin efficere, ita ut prius membrum, interjectis verbis φόβος γὰρ — συμβαλεῖν ὕπνῳ interruptum, deinceps altero membro mutatis verbis repetatur; quale quid post parenthesin interdum fieri omnes norunt. Hanc explicationem plerique interpretes sunt secuti. Quod miror. Nam duo illo membra, εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον atque ὅταν δ' ἀείδειν, tantum abest ut idem dicant, ut potius sibi invicem sint opposita: Priore enuntiato dicit: „quum in lecto recumbo ad somnum capiendum;" in altero: „quum autem somnum cantilena pellere conor." Posteriori enunciato respondet hocce: κλαίω τότ' οἴκου τοῦδε συμφοράν; quod priori respondeat, desideratur. Num igitur statuemus, apodosin a poëta omissam esse? hoc a severiore Aeschyli stilo alienum est. Immo latere ea debet in versu τὸ μὴ βεβαίως. Hunc enim versum menda laborare, mihi quidem manifestum videtur. Nam primum male construitur παραστατεῖ τὸ μὴ — συμβαλεῖν. τὸ μὴ cum infinitivo adjungitur verbis impediendi, vetandi aliisque ejus generis, ut latine *quominus*, interdum etiam absolute ponitur pro *quatenus non;* ut infra vs. 1589 (1467). Sed παραστατεῖ τὸ μὴ — vereor ne graece haud melius sonet quam latine sonaret: *Timor adstat quominus dormiam.* Deinde iteratum illud ὕπνου — ὕπνῳ — ὕπνου mirifice languet, nisi potius inepte hoc dictum est: *Somni loco timor adstat, oculos somno claudere vetans.* Quis bonus scriptor ita balbutiat? Quid plura? mutato μὲν in μὴ et ὕπνῳ in ὀκνῶ versus sic corrigatur:

εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
ἐμὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην
εὐνήν, φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
τὸ μὲν βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὀκνῶ.

Ita apodosis apte respondet protasi et enuntiatum hoc cum sequente optime concinit. Transposui autem vocabula εὐνὴν et ἐμήν, quum pronomen hoc in fine additum merito languere visum sit Hermanno, qui tamen minus apte ἐμὴν mutavit in τί μὴν;

In ultimo versu scrupulum mihi fecit v. διαπονουμένου. πονεῖν, διαπονεῖν, ἐκπονεῖν significant *laborando aliquid subigere* vel *efficere* vel *excolere*, et ita recte usurpantur ex. gr. de agrorum cultura; sed διαπονεῖν οἶκον de rei domesticae administratione insolite certe dictum est. Aptissimum foret οἴκου διακονουμένου, quum διακονεῖν, -εῖσθαι proprie dicatur de iis qui domini vel principis loco rem administrant. Exemplo sit Demosth. adv. Polycl. pr. p. 1206: διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις, ὡς ἐν καιρῷ τε ἕκαστα καὶ χρήσιμοι τῇ πόλει ἐδιακονήθησαν. Sed obstat mensura, quum διακονεῖν producat α, nisi δια per synizesin efferri liceat. De hoc igitur paullo accuratius quaerendum duxi, unde quid colligendum sit, exploratis testimoniis, lector judicet. Hermannus in Doctr. metr. p. 53, 86, 122 sq. plures congessit tum aliorum poëtarum tum Aeschyli locos, in quibus synizesin locum habere putabat; sed postea agnovit plerosque illorum locorum aut corruptos esse aut hoc auxilio non egere. Primum in censum venit Corinnae versus, ubi διανεκῶς trisyllabum legit Hephaestion p. 22: ἢ διανεκῶς εὕδεις — in ἢ ζανεκῶς mutandum hoc censuit G. Dindorfius in Steph. Thes. s. v. cui tamen obstat mensura, quum διανεκὴς (διηνεκὴς) semper producat α, eademque quantitas est in glossa ab Hesychio servata αἰζηνεκές, διηνεκές, αἰώνιον — quod ex ἀεὶ et ζηνεκὲς (διηνεκὲς) factum puto. Potius igitur, si quid audendum, legendum esset ζανεκέως εὕδεις. Sed hoc ut nimis lubricum omitto. Ad Atticos poëtas venio. Aeschyli tres sunt loci in quibus καρδίᾳς et καρδίαν synizesi enuntiandum olim putabat Hermannus: Sept. c. Th. 288. Suppl. 71. 799. Ad hoc evitandum Dindorfius in Steph. Thes. s. v. διὰ (Vol. II, p. 1106) scribi jussit κάρζαν et κάρζας, inconsiderate sane; audacius etiam eandem ob caussam in aliquot Aristophanis locos invexit Aeolicam formam ζὰ pro διὰ, idque violata etiam mensura. Sed viro occupatissimo talem incuriam condonemus. In Aeschyli versibus laudatis metrum ne egere quidem synecphonesi, postea agnovit Hermannus in annot. ad Aeschylum. In Pers. vs. 1006 (κακὸν) διάπρεπον οἷον δέδορκεν ἄτα, hoc διάπρεπον trisyllabum foret habendum, nisi aperte esset vitiosum. Hermannus (vs. 918) pro hoc scripsit πάγκακον δέδρακεν; probabilius, credo, scripseris δύςποτμον. In Suppl. vs. 794 quod nonnulli libri

habent νέφη δι' ὑδρηλά, manifesto item corruptum, pro quo Hermannus scripsit κύφελλ' ὑδρηλά, probabilius vero Dindorfius νέφη δίυδρα. Scatent hujusmodi sordibus Aeschyli codices. In Pers. vs. 1038 legitur δίαινε δίαινε πῆμα, in quo alterum δίαινε si sanum esset, synizesin requireret; sed verbum hoc caret sensu, pro quo aptum erit αἴαζ', αἴαζε πῆμα — in altero αἴαζε diphthongum ante vocalem corripi licebit; alioquin scribi etiam posset αἴαζ', ἴυζε, sicut copulantur ἰὼ ἰή, aliaque. Denique in hac fabula vs. 115 (110) librorum lectio ἀργίας, si sana esset, δισυλλάβως foret enuntianda, ut visum Lobeckio; sed ibi jure ἀργᾶς scribi, infra ostendam. Sic ex Aeschyli locis synizesis vocalium ια, ιυ evanuit. Restant alii quidem loci, ut hic Sophoclis Oed. Col. vs. 1465: οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ Φλέγει πάλιν, pro quo quod Hermannus conjecit οὐράνια (neutrum pro adverbio), ineptum est; ipsum vero epitheton οὐρανία eo loco frigere quisque, credo, agnoscat. Scribendum pro hoc θουρία γὰρ ἀστραπὴ, sicut Aeschylus Agam. 112 dicit θούριος ὄρνις, quod plane concinit praegresso ibid. 1460 πτερωτὸς βροντή. Aristophanis quidam versus, in quibus διὰ synizesi efferendum erat, jam correcti sunt, ut Eccl. 1156 pro διὰ τὸν γέλων Porsonus διὰ τὸ γελᾶν. Omitto ceteros. In ejusdem Thesmoph. 706: δεινὰ δῆτ', ὁτιή γ' ἔχει μοὐξαρπάσας, codices habent ὅτι γ' ἔχει, pro quo idem optime ὅστις γ' ἔχει. In Nubibus vero exstat versus, in quo hoc ipsum de quo nunc quaerimus vocabulum synizesi enunciatum videtur, vs. 1171:

ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι μοι δοκῇς.

Sed attente legens animadvertas illud μοι δοκῇς sensui non satis convenire pro eoque requiri ἵν' εὐθέως διακονικὸς εἶναι μάθῃς. Syllaba μα perperam lecta μοι, caussa fuit vitii. Ut ad propositam quaestionem redeam, haec retinuerunt me quominus in nostro versu διαπονουμένου in διακονουμένου mutandum censerem. Itaque verba οἴκου οὐκ ἄριστα διαπονουμένου interpretanda sunt *domus non optime habitae, cultae, ornatae*, h. e. in qua non honeste ac decenter vivitur. Hoc sensu dicitur διαπονεῖν τὰ σώματα, τὰς ψυχάς. Non multum dissimile hoc Euripidis Hipp. 467:

οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρὴν βίον λίαν βροτούς,

h. e. *elaborare in vita sua* honestis moribus *excolenda*.

Vs. 31. *τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι.*

Verba haec ab interpretibus non uno modo explicata sunt. Nonnulli junxerunt, sicut Schützius, *εὖ θήσομαι πεσόντα*, *dominorum res lapsas restitutas dabo.* Quamquam usitatissimum est *εὖ τίθεσθαι*, hanc tamen juncturam hic non admittit sensus: *εὖ πεσόντα* dicit *τὰ δεσποτῶν πράγματα* ob felicem signorum eventum, cum quo congruunt adjuncta *τρὶς ἓξ βαλούσης*. Quidam *εὖ πεσόντα θήσομαι* explicuerunt *res dominorum mihi feliciter accidisse faciam*, h. e. dominorum fortunam in meum commodum vertam. Hoc vero nec verbis nec vero candidi famuli sensui conveniens. Quos Blomfieldius ad explicandum v. *τίθεσθαι* comparat Platonis et Sophoclis locos, huic dissimiles sunt. In Platonis loco de Rep. X, p. 604 C, legitur *πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα*, h. e. res suas fortunae accommodare. Sophoclis autem versus in Stobaei Floril. T. 108, 51, recte sit legit Brunckius:

στέργειν δὲ τἀμπεσόντα κεὐ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.

Vulgo male *καὶ θέσθαι*. In neutro horum *τίθεσθαι* ita nude positum est. Hic, si sanum est, *θήσομαι* pro *θήσω* positum et verba sic intelligenda ut in annotatione monui. Quod quamquam plane improbare non ausim, quum Aeschylus saepius mediam formam pro activa usurpet (Vid. Comment. ad vs. 266 sqq.), tamen valde probabile mihi videtur, inserta litera quae centies obscurata est, verba sic legenda esse:

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντ' ἀθρήσομαι,

res dominorum fortunatas adspiciam. Haec erat praecipua ejus laetitiae caussa. Similem medicinam postulat vs. Eurip. Med. 532: *ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς αὐτὸ θήσομαι λίαν*, pro quo jam Porsonus legendum conjecit *αὖτ' ἀθρήσομαι λίαν*. Altera emendatio, ni fallor, confirmat alteram.

Ceterum non satis caussae mihi esse videtur cur exclamatio *ἰοὺ ἰού* e sententia Hermanni transponatur ante vs. 21 *ὦ χαῖρε λαμπτὴρ κτέ.* neque cur Med. lectio *σημαίνω* cedat Ven. *σημανῶ*. Praesens tempus commodum est significandae actioni quae statim sequitur. Cf. vs. 1431: *καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέσιν.*

Vs. 39 sqq. vulgo hoc ordine legebantur:

— — ἐπεὶ Πρίαμου
μέγας ἀντίδικος,
Μενέλαος ἄναξ ἠδ' Ἀγαμέμνων,
διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου
τιμῆς ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδῶν,
στόλον Ἀργείων — ἦραν κτέ.

Inconcinnam juncturam verborum μέγας ἀντίδικος, Μενέλαος ἠδ' Ἀγαμέμνων, emendandam putavi transponendo hoc versu, qui Boissonnadio insititius videtur. Ita singulari ἀντίδικος congruit ζεῦγος Ἀτρειδῶν, et plurale ἦραν convenit cum Μενέλαος ἠδ' Ἀγαμέμνων.

Ceterum dorismos ex anapaestis amovit Blomfieldius scripsitque Ἀτρειδῶν, χιλιοναύτην, ἀρωγήν, sicut libri omnes habent διακναιομένης cet. Eodem jure ἀγανὰ mutandum erat in ἀγανή. Quis enim credat diligentem scriptorem in uno eodemque versuum systemate modo ἀρωγάν, modo ἀρωγῆς dixisse? Multo credibilius dorismos hos indocta librariorum sedulitate in Chori partes esse invectos. Blomfieldii exemplum secutus est Dindorfius, excepto quod retinuit χιλιοναύταν, cujus exceptionis caussam non video. Alia res est in forma pura ὀξυβόαν, item in v. πολυάνορος, quum haec forma etiam in trimetris legatur ut vs. 856 φιλάνορες, 1639 πειθάνορα, et sic vs. 153 restitui δεισάνορα. Ceterum non constitit sibi Blomfieldius, quum infra vs. 1568 (1558 Bl.) in anapaestis formam Πλεισθενιδᾶν retinuit, pro quo Dindorfius recte Πλεισθενιδῶν. Dissimilis ratio est in anapaestis, quibus melici numeri sunt admisti: sic ex. gr. vs. 1455 recte legitur Ἑλένα, at vs. 1464 Ἑλένην.

Vs. 48 sqq. Atridae comparantur cum vulturibus ob ereptos pullos lugentibus, quibus ultorem se praebet Deus. Versus hi sic legi solent:

τρόπον αἰγυπιῶν, οἵτ' ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων ὕπατοι λέχεων
στροφοδινοῦνται — —
ὕπατος δ' ἀΐων ἤ τις Ἀπόλλων
ἢ Πὰν ἢ Ζεὺς οἰωνόθροον
γόον ὀξυβόαν τῶνδε μετοίκων
ὑστερόποινον
πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.

Vocabulum ἐκπατίοις a multis male intellectum, a nonnullis

etiam sollicitatum, recte Blomfieldius in recentissima editione retinendum esse docuit. Minus juste interpretes acquieverant in lectione ὕπατοι λεχέων, quod dictum volunt pro ὑπὲρ λεχέων. At ὕπατος significat *summus*, vi superlativi, idque non magis poni potest pro ὑπὲρ quam latine dicatur *summi cubilium volantes* pro *supra cubilia*. Hic eo magis offendit, quia statim idem vocabulum sequitur, ὕπατος δ' ἀΐων, propria significatione. Sensus postulat ἐπάνω λεχέων. Similitudo literarum initialium υπα et επα facile errorem peperit.

Altera difficultas est in τῶνδε μετοίκων. Schol. explicat ἐπὶ τῶν μετοικισθέντων νεοσσῶν, et sic plerique interpretes, jungentes vel γόον τῶνδε μετοίκων, *luctum ab pullos abductos*, vel τῶνδε μετοίκων Ἐρινύν, *raptorum pullorum ultorem*. Atqui hoc sensu nec τῶνδε nec μετοίκων conveniens est. τῶνδε dicitur de iis qui adsunt, non de iis qui evanuerunt, ut pulli isti; μέτοικος autem per se positum, dicitur qui sedem suam alio transtulit vel qui alienae societatis particeps factus est, non de eo qui e sedibus suis vi abreptus est. Sophoclis schol. ad Oed. Col. v. 934 hoc Aeschyli dictum tangens de ipsis vulturibus, pullorum parentibus, accipit, μετοίκους pro ἐνοίκους dictum arbitratus. Fefellit hunc vera hujus vocabuli significatio: μέτοικοι dici possunt οἱ ἐνοικοῦντες, quatenus facti sunt habitationis alicujus socii, numquam vero ita vocari possunt loci alicujus indigenae, quales hic sunt vultures. Novam explicationem protulit Hartungius, αἰγυπιοὺς proprio significatu μετοίκους, *inquilinos*, dici existimans, quod in templo alicujus deorum illorum, Apollinis, Panis, Jovis, nidum fecissent. Probabile hoc forsitan esset, si de ciconiis poëta loqueretur, non de aquilis vel vulturibus. Hermanni explicationem, μετοίκων intelligentis de Helena et sejunctim scribentis τῶν δὲ μετοίκων, nec sensus fert nec junctura. Quid plura? μετοίκων quum commodam explicationem non admittat, mutavi in μετ' οἴκτων. Junctura γόος μετ' οἴκτων s. μετ' οἴκτου, *luctus cum ejulatu*, Graecis non insolita est. Sic vs. 456 ἀστῶν φάτις σὺν κότῳ. vs. 776 χρυσόπαστα δ' ἔδεθλα σὺν πίνῳ χερῶν. Sophocl. Philoct. 298: οἰκουμένη στέγη πυρὸς μέτα. Plato de Rep. I. p. 330 A γῆρας μετὰ πενίας. Cf. Soph. Oed. Col. 1632: ὡς ἀνὴρ γενναῖος οὐκ οἴκτου μέτα κατήνεσεν τάδ'— Etiam pluralis οἴκτοι non inusitatus: ita Suppl. 385, quos versus sic legendos arbitror:

μένει τοι Ζηνὸς ἱκτίου κότος
δυσπαραθέλκτους παρόντας οἴκτοις.

Libri mendose δυσπαραθέλκτοις παῤόντος οἴκτοις.

Vs. 59. ὁ κρείσσων. Superorum deorum epitheton hoc esse dicunt interpretes. Perperam. κρείττονες sane dicuntur θεοὶ *majores* oppositi *minoribus*, ut in Prom. vs. 902 Oceanidum chorus dicit: μηδὲ κρεισσόνων θεῶν — ὄμμα προσδράκοι με. vel κρείττονες vocantur ratione *mortalium*, ut in Plat. Euthyd. p. 291 A: μήτις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφὸέγξατο; idemque valet de omnibus hujusmodi exemplis quae afferunt Blomfieldius ad Aesch. Pers. vs. 935 aliique. Sed ita simpliciter ὁ κρείσσων Ζεὺς non dicitur. Corrigendum censeo ὁ κρείων, Ionice dictum pro κρέων, ut vs. 105 καταπνείει. Cf. Il. θ, 208: κρείων Ἐνοσίχθων, et ita saepius. Aeschyl. Suppl. 558 (Herm.): δι' αἰῶνος κρέων ἀπαύστου... Ζεύς. Pind. Nem. III, 17 (10): οὐρανοῦ πολυνεφέλᾳ κρέοντι.

Vs. 63. γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένου.

Hanc meliorum codicum lectionem, Farnesianae ἐρειπομένου cedere jubet Hartungius, cui refragatur usus, quum v. ἐρείπεσθαι, *everti*, semper nude ponatur; contra ἐρείδεσθαι *prosternendi* vel proprie *defigendi* sensu saepius hujusmodi dativum habet adjunctum, ut Il. η, 145: ὁ δ' ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη. ψ, 283: οὔδεϊ δέ σφιν χαῖται ἐρηρέδαται.

Vs. 68. κεῖθ' ὑποκλαίων κεῖθ' ὑπολείβων
οὔτε δακρύων ἀπύρων ἱερῶν
ὀργὰς ἀτενεῖς παραθέλξει.

Illud ὑποκλαίων ut ταυτολόγον sequenti verbo δακρύων multos offendit. Stanleius approbat Turneb. ὑποκλείων; sed κλείειν, *laudibus celebrare*, ita absolute non ponitur. Pluribus arrisit conjectura Casauboni ὑποκαίων (-κάων), recepta etiam Dindorfio, nimirum quod haec tria aptius copulentur: *sacrificia*, *libationes*, *lacrimae*. Franzius pro hoc dedit ὑποδαίων, quod de *suffimentis* intelligatur. Hermannus vero, ut jam prius Paleius, servato ὑποκλαίων, verba οὔτε δακρύων tanquam hujus interpretationem ejecit. Omnia haec speciosa; num vera, dispiciendum. Primum, ne dicam, quod nonnullis fortasse ridiculum videatur, ὑποκλαίων et ὑπολείβων ob iteratam literam liquidam suavius fluere quam ὑποκαίων, non assentior in verbis ὑποκλαίων et δακρύων tautologiam esse neque apte copulari haec tria, *lamenta* (h. e. flebiles preces), *libationes*, *lacrimas*. Libatio addi fere solebat precibus, erantque haec quasi familiaria et quotidiana sacra, quibus deos in rebus adversis placarent. Atque etiamsi sit in eo aliqua abundantia, haec tamen non

reprehendenda, quia animo acrius commoto id non inconveniens est. Accedit quod trium vocabulorum copulationem amant tam poëtae quam oratores, quae figura τριχοτομία dicta latissime patet. Hermanni igitur judicio verba οὔτε δακρύων delentis non assentior; utrum vero ὑποκλαίων an ὑποκαίων vel ὑποδαίων praestet e sensu efficiendum, qui sequentibus verbis declaratur. Etiam in his aliqua est obscuritas. Quaeritur quid significet vocabulum ἀπύρων ἱερῶν, et unde genitivus pendeat. Schol. quum ἄπυρα ἱερὰ interpretatur νηφάλια, dissimilia confudit. Cf. Hermann. Gottesd. Alterth. d. Gr. § 25. ἱερὰ ἄπυρα dicuntur proprie sacrificia *non cremata*, h. e. *incruenta*. Hac significatione Pindarus Ol. VII, 88: τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς ἅλσος. cf. Eurip. in Valcken. Diatr. p. 42 sq. Haec est prima significatio, unde derivata altera quam refert Hesychius: ἀπύρου, ἀθύτου. Σοφοκλῆς Μύσοις. Haec Hesychii glossa non admodum clara est. Nam cum ἄθυτος plures habeat significationes, nequaquam inde effici potest, has omnes etiam in v. ἄπυρος quadrare, sed eas tantum quae cum primaria significatione conveniant. Ita ἄθυτα vocantur sacrificia *non sacrificanda*, h. e. *impia*, *nefaria;* quod non convenit in ἄπυρος. Iphigeniae immolatio erat sacrificium ἄθυτον, non ἄπυρον. Contra quum ἄθυτα dicantur etiam sacrificia *irrita*, hoc in ἄπυρον optime quadrat, quia dii maxime delectabantur hostiis, ideoque sacra his carentia multis diis parum accepta esse debebant. Non vero ἄπυρα dici possunt, ut Hartungius explicat, talia sacrificia de quibus Soph. Ant. 1006 (987) dicit ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, np. e quibus non clara et pura flamma surgeret, h. e. tristia exta; haec enim ipsa erant ἔμπυρα. Efficitur inde, his verbis neque significari posse, quod multis visum, immolationem Iphigeniae, de qua hic sermo non est, neque tristia quaedam exta ob deorum iram vel neglectam religionem. Una restat, opinor, interpretatio tam propriae verborum significationi quam ordini et juncturae conveniens, qua genitivus ἀπύρων ἱερῶν praegressis participiis velut appositione jungatur, unde haec exsistit sententia: „Utut est, res ad destinatum finem perducitur; *nec gemendo nec libando nec lacrimando*, *incruentis* vanisque *sacrificiis*, *placaveris saevas iras* np. Erinnyos deorumve ultorum," ut qui caede et vindicta tantum satiantur. Dicit haec Chorus respectu belli Trojani, implacabili deorum vindicta excitati. Inde sequitur ὑποκλαίων nequaquam in ὑποκαίων esse mutandum, ut quod sensui esset contrarium.

Ceterum utrum in Aeschylo κλαίω an κλάω, item δαίω an δάω

sit scribendum, inter grammaticos lis est. E novissimis editoribus Dindorfius hoc, Hermannus et Blomfieldius illud secuti sunt. Horum auctoritas me retinuit quominus in quaestione ancipite a codicibus discederem.

Vs 71. 75 sqq. ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ —
ὅτε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀνάσσων
ἰσόπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,
τόθ' ὑπεργήρως, φυλλάδος ἤδη
καταμαρφομένης κτέ.

Codicum lectio ἀτίται ambiguum relinquit, sitne ἀτίται (ἡμεῖς) an ἀτίτᾳ (σαρκὶ) scribendum; illud ab ἀτίτης, hoc ab ἄτιτος factum volunt, ut ἀτίτᾳ pro ἀτίτῳ positum sit. ἄτιτος significat *inhonoratus*, et eodem sensu ἀτίτης accipere solent. Quamquam dici sic potuit, Aeschylum tamen hoc sensu dixisse non credo, qui pro *inhonoratus* ponere solet ἀτίετος (cf. Comm. ad vs. 1320); ἀτίτας vero in Eum. vs. 256, μὴ λάβῃ — ὁ ματροφόνος ἀτίτας, significat *insultus*. Utramque significationem agnoscit Hesychius: ἀτίτην· ἀτιμώρητον, — ἄτιμον. Verbalia autem in ης, etsi interdum passive usurpantur, proprie tamen sunt activa, et ita ἀτίτης primo loco significat *qui non ulciscitur*, quae significatio huic loco plane congruit: ἀτίται τῆς τότ' ἀρωγῆς, *expertes vindictae illius expeditionis*, sive *ultricis illius expeditionis expertes*. Non enim queruntur senes quod contemti essent, sed quod aetate infirmi atque imbelles. Sequentium versuum lectionem descripsi sicut codices praebent, nisi quod pro τόθ' ὑπέργηρως in Med. vitiose exaratum est τίθιπεργήρως. Deteriorem hanc reddidit Stanleius sic legens: ὅ τε γὰρ νεαρὸς — τό θ' ὑπέργηρων. Nec melius Wellauer: ὅ τε γὰρ νεαρὸς — ὅ θ' ὑπέργηρως. quorum tamen alterutrum plerique interpretes sequuntur. Recte vero codicum lectio servata est a Klauseno et Paleio. Nam duo haec membra non ut conjuncta alterum cum altero copulantur, sed posterius est consequens prioris. *Quum juvenilis medulla consenuit et vires elanguerunt, tum senio gravatus sicut aridus truncus, marcescente fronde, vacillat.* Participium ἀνάσσων vocabulo μυελὸς additum merito ut ineptum improbarunt plures; multi receperunt Hermanni conjecturam ἀνᾴσσων, quae certe prope a vero abest. Scribendum erat ἀΐσσων. Nam ἀναΐσσειν sive ἀνᾴσσειν significat *sursum salire, exsilire, prorumpere*, quod de medulla parum aptum, neque recte jungitur cum ἐντὸς στέρνων, *intra pectus*

prorumpere; recte vero dicitur *ἐντὸς στέρνων ἀΐσσων*, *in pectore se agitans*, h. e. *vigens*. Idem vitium in codices irrepsit Pers. vs. 96, ubi item pro *ἀνάσσων* critici emendarunt *ἀνᾴσσων*, equidem nescio an sensui convenientius sit *ἀΐσσων*. Minus usitata Atticis forma verbi *ἀΐσσειν* pro *ᾄσσειν* librariis facile mutandi ansam dedit, quod factum etiam Pers. 470 (465 Herm.). Neque metuo ne quis serio objiciat quod Hartungio risum movit, quod medulla scilicet *salire* dicatur; aeque rideat quod medulla *ἐντὸς στέρνων* ponitur. Appositi sunt hi loci, quos jam contulit Schneiderus Il. *o*, 18: *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος*, pro quo ante Heynium male legebatur *ἀναΐξῃ*. Eurip. Troad. 157: *διὰ δὲ στέρνων φόβος ἀΐσσει*. cf. Ellendt. Lex. Soph. s. v.

Miror vero plerosque interpretes intactum reliquisse quod sequitur *Ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ*. Pro hoc sine dubio legendum *ἔνι* vel *ἐνὶ χερσίν*, quod optime componitur cum *ἐντὸς στέρνων*; pectus enim fortitudinis, manus roboris sedes habetur, ut innumeri poëtarum loci possunt docere. Plerique tamen Blomfieldii exemplo vulgatam defenderunt comparanda dictione tam Herodoto quam Atticis scriptoribus usitata, *κατὰ χώραν* vel *ἐν χώρᾳ μένειν*, *ἔχειν*, *ἵστασθαι*, *γίγνεσθαι*, h. e. *suo loco esse* cet. Vid. Kuster. ad Hesych. s. v. *ἐν πείσῃ*. Ernest. ad Callim. Del. vs. 192, qui tamen eo loco male scripsit *πόδες δὲ οἱ οὐκ ἔνι χώρᾳ*, etsi approbatum Valckenaerio ad Adon. vs. 57. Restituenda est librorum lectio: *πόδες δὲ οἱ οὐχ ἑνὶ χώρῳ*: loquitur nempe de insula Delo per mare errante, cujus *pedes* (radices) *non uno eodemque in loco manebant*. Neque magis hoc loco aptum est illud *ἐν χώρᾳ*. Nam ut recte ex. gr. Aristophanes Plut. 367 de oculis non placidis nec sua in sede manentibus dicit *οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει*, ita ineptum hic esset *Ἄρης οὐκ ἔνι χώρᾳ*, *Mars non est suo in loco*, pro quo sensus tantum postulat *Mars* sive *vires deficiunt*. Pro eodem in Suppl. vs. 749 simpliciter dictum *οὐκ ἔνεστ' Ἄρης*. Hermannus autem *ἔνι χώρᾳ* explicans *in loco* sive *numero aliquo esse*, ut in dicto Theognidis: *τούτων τοι χώρη, Κύρν', ὀλίγη τελέθει*, dissimilia confudit.

Vs. 84. Chorus reginam allocuta quaerit:

τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκινεῖς;

Sie vulgo verba leguntur. At illud *τί δ' ἐπαισθομένη* post praecedentia *τί χρέος, τί νέον*, frigidum est. Legatur: *τί χρέος, τί νέον*

τόδ' ἐπαισθομένη, τίνος ἀγγελίας κτλ. Voces τὸ et τὶ tam crebro in libris confunduntur, ut haec vix mutatio dici possit. Sententia eo fit tum aptior: quaerit enim, *quid sit illud quod audiverit* et *a quo;* tum concinnior ob tripartitam verborum constructionem. Pro πειθοῖ Flor. πυθοῖ, quod sponte ducit ad emendationem jam a Scaligero propositam πευθοῖ, quam mirum est interpretes, excepto Dindorfio, non recepisse: πευθὼ ἀγγελίας enim aptius est quam πειθὼ, praesertim post praegressa illa: τί χρέος — ἐπαισθομένη, *quid novi accepisti et cujus nuntii auditione?* Idem verbum habet Aeschylus Sept. adv. Th. 370. Eandem permutationem in Hesychio factam notat Blomfieldius: πύστις. ἐρώτησις, — πειθώ, scr. πευθώ.

Pro v. θυοσκινεῖς germanam lectionem θυοσκεῖς monstravit jam Turnebus, merito a multis receptam, ut mirere Hermannum tamen θυοσκινεῖς, verbum nec forma nec metro nec significatione commendabile, retinuisse. In veteribus libris eandem lectionem repertam esse testatur scholion hoc Farn. εὕρηται καὶ θυοσκοεῖς, quod manifesto effectum est e θυοσκεῖς, deinde metri gratia in θυοσκινεῖς mutatum. Glossam θυοσκεῖν habet quoque Hesychius; derivatum est a θυοσκόος, per syncopen θυοσκός, sicut χείμαρρος e χειμάρροος, βοηδὸς e βοηθόος factum. Restat περίπεμπτα, quod interpretantur sacrificia *circum missa* sive *distributa:* vocabulum frigidum sane et parum conveniens ad splendorem sacrificiorum, quem Chorus significat, pingendum. Sensus poscit περίπρεπτα, h. e. *undique conspicua, splendida*, vocabulum similiter formatum ut πάμπρεπτος, εὔπρεπτος, quae item Aeschyli sunt. Adjungit deinceps haecce:

Vs. 87. πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,
ὑπάτων, χθονίων,
τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων,
βωμοὶ δώροισι φλέγονται·
ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
λαμπὰς ἀνίσχει,
φαρμασσομένη χρίματος ἀγνοῦ
μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις,
πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ.

Frustra Hermannus copulationem verborum, τῶν ἀστυνόμων — τῶν τ' ἀγοραίων, tueri studuit exemplo hoc Sept. ad Th. v. 271: χώρας τοῖς πολισσούχοις θεοῖς, πεδιονόμοις τε καὶ γαῖας ἐπισκόποις. Quicumque verba attentius legerit, agnoscet, illic primum generatim dici deos qui *civitatem* tuentur, deinde particulatim eos qui *agrum*

et qui *forum* s. *urbem* tenent; hic vero iidem bis nominantur idque confuse: nam οὐρανίοι sunt iidem qui ὕπατοι, ἀγοραῖοι iidem vel certe similes τοῖς ἀστυνόμοις. Licet sane interdum eadem dicere mutatis vocabulis, si id fiat cum emphasi et distincte, ut facit Sophocles in exemplo ab Hermanno laudato Ant. vs. 851: βροτοῖς οὔτε νεκροῖς μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν. Hic vero verba iterantur languide et perturbate. Itaque vere, me judice, vidit Hartungius, locum hunc interpolatum esse; at idem caecutit plane, cum ὑπάτων χθονίων pro insertis habet. Haec enim solennis est distinctio. Ita in Suppl. 24: ὕπατοί τε θεοί καὶ βαθύτιμοι χθόνιοι. Potius quae sequuntur additamentum sunt sive glossema interpretis, qui ὑπάτους redderet οὐρανίους, χθονίους autem ἀγοραίους, putans nimirum hoc vocabulo non *inferos deos*, sed *terrestres* significari, quo sensu serior aetas hoc vocabulum interdum usurpavit. Hunc ergo versiculum delendum censui, quod idem placuisse video Heathio.

Quod sequitur, λαμπὰς φαρμασσομένη χρίματος ἀδόλοισι παρηγορίαις, audacter sane dictum est. παρηγορίαι sunt *quibus aliquis mulcetur, placatur:* si χρίματος παρηγορίαις placari diceretur deus, optime haberet; sed quod fax dicitur φαρμάσσεσθαι χρίματος ἀδόλοις παρηγορίαις, Blomfieldius fatetur se non intelligere, quare cogitavit hic de versu transponendo. Ita feci. Retracto hoc versu in locum ejus quem modo ut spurium delevi, verba lucido ordine cohaerent. Pro ἀνίσχει autem nescio an Aeschylus scripserit ἀνήκει, quod melius congruit, opinor, addito οὐρανομήκης; usitate enim dicitur εἰς οὐρανὸν ἀνήκειν, *coelum attingere*, et similia. ἀνίσχειν de sole *oriente* dicitur ut ἀνατέλλειν; ita ἥλιος ἀνίσχων. Ambo ἀνίσχειν et ἀνήκειν ob crebram permutationem literarum IC et H facillime potuerunt confundi. Pro βασιλείῳ haud necessarium est quod Paleius reposuit βασιλείων; non animadvertit βασιλείῳ hic esse adjectivum cum πελάνῳ jungendum.

Vss. 95—101 in libris exigua cum varietate sic leguntur:

τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατὸν
καὶ θέμις αἰνεῖν,
παίων τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,
ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει,
τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνουσ'
ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον
τὴν θυμοβόρον λύπης φρένα.

Male junguntur verba τούτων λεξάσα — παίων τε γενοῦ. Quod enim Hermannus docet particula τε interdum participium, tanquam si verbum rectum esset, cum altero verbo copulari, id argutius quam verius animadversum est, recteque ei obloquuntur Blomfieldius et Hartungius. Nam quae et ipse et Paleius ad h. l. afferunt ejus generis exempla, ea si accuratius spectes, vel dissimilia vel corrupta esse agnoveris. Quare legendum vel λέξαις, ut edidit Hartungius, vel λέξον γ'. Deinde offendit illud ἀγανὰ (ἀγανὴ) φαίνουσα, quod qui tuentur φαίνουσα vel intransitive dictum volunt pro φανεῖσα, *lacta apparens*, vel per ellipsin in eundem sensum explicant, tanquam φαίνουσα ἀγανὴ οὖσα s. φαίνουσα ἑαυτὴν ἀγανὴν οὖσαν. Neutrum linguae usu probari potest. Verbi φαίνειν sensu intransitivo, si accurate expendas, unicum se offert exemplum hoc in Eurip. El. vs. 1231: ἀλλ' οἶδε δόμων ὑπὲρ ἀκροτάτων φαίνουσι τινὲς δαίμονες, pro quo haud scio an legendum sit βαίνουσι. Alteri explicationi probandae item unum affertur exemplum hoc Sophoclis Ant. 469: δηλεῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς τῆς παιδός, quod est idem atque δηλοῖ ἑαυτὸ ὠμὸν ὄν. Sed quod sermonis usus fert in δηλοῦν, non ideo transferri potest in v. φαίνειν, et quod valet de verbo, nondum valet de participio. Constructionis ἀγανὴ φαίνουσα geminum exemplum frustra, opinor, quaeras. Codices nil juvant. Acute Ahrensius conjecit θυσιῶν ἃς ἀναφαίνεις; sed longe anteponenda, me judice, emendatio Butleri recepta Blomfieldio, ἀγανὰ σαίνουσ' ἐλπίς. Sic Choëph. 194: σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος. Similis plane junctura est Pers. 97 (Herm.): φιλόφρων γὰρ ποτισαίνουσα... παράγει βροτὸν ἄτα.

In ultimo versu monstruosa plane est librorum lectio. Variae sunt interpretum conjecturae, e quibus multorum assensum tulit ea quam Blomfieldus et Schützius secuti sunt, τὴν θυμοβόρον φρένα λύπην, ut φρένα sit accusativus pendens a θυμοβόρος: θυμοβόρος φρένα pro φρενός. Quae emendatio quamquam etiam in libros de arte grammatica recepta est, ex. gr. Matth. Gr. Gr. § 422; Kühn. § 553, anim. 5, ferenda tamen non est. Nam si Aeschylus dixit χαὰς προπομπός (Choëph. vs. 23), μυρία πεμπαστάς (Pers. vs. 981), ἄπορα πόριμος (Prom. vs. 904), non ideo obtrudere ei licet θυμοβόρος φρένα, in quo etiam languidus est pleonasmus. Qualis autem est ista verborum constructio θομοβόρον φρένα λύπην? quod profecto non magis graece ferendum quam si latine diceres *voracem animum dolorem* pro *animi* s. *cordis voracem*. Praetereo ceteras conjecturas, quarum nulla probabilis est, minime omnium haec Her-

manni: φροντίδ' ἄπλητον τῆς θυμοβόρου φρενολύπης. Multo facilius, ni fallor, corrigi poterat sic: τὴν θυμοβόρον φλόγα λύπης, sicut Sophocles Oed. T. vs. 166 dicit φλόγα πήματος de *urente malo*; et simili sensu φλέγειν, φλέγεσθαι usurpantur. Neque audax dici potest haec mutatio, quum literae ευ et ογ ob similitudinem saepe permutentur. Probabilius tamen arbitror, hic idem evenisse quod modo vs. 88, glossemata in textum esse illata: φρένα nempe est interpretatio vocabuli φροντίδα, et λύπης explicationis caussa additum adjectivo ἄπλητον; contra θυμοβόρον poëtae manum refert, cujus interpretatio est altera lectio θυμοφθόρον, ut ostendit Hesychius: θυμοβόροιο, ψυχοφθόρου. Inde haec mihi nata est emendatio:

ἐλπὶς ἀμύνει
θυμοβόρον φροντίδ' ἄπλητον.

Vs. 102. Chorus susceptae adversus Trojam expeditionis initium narraturus sic incipit, e vulgata lectione:

κυριός εἰμι θροεῖν ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν
ἐκτελέων· ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνείει
πειθὼ, μολπὰν
ἀλκὰν, σύμφυτος αἰὼν κτέ.

ὄδιον κράτος dictum volunt *omen:* quod sic explicandum foret, quasi in ipso omine insit *vis efficiendi* (τὸ κρατεῖν); atqui omen non est caussa efficiens, sed signum tantum voluntatis deorum, unde fit ut malum omen expiando interdum averti possit. Quare haec appellatio non modo insolita est, sed etiam incongrua. Pejor etiam est lectio Asclepiadis, quae exstat in libris Aristophanis hunc versum laudantis in Ran. vs. 1276, ὅσιον κράτος, quod schol. interpretatur ἁγίαν καὶ δικαίαν ἐπικράτησιν. cf. Fritsch. Comment. ad h. l. p. 386. Hermannus interpretatur *vim viatricem*, quod dictum vult pro instituta profectione. Sane latinum hoc plane respondet graeco; at vereor ne utrumque aeque ineptum sit. Manifestum est Chorum loqui de *prodigio* Atridis dato; ergo pro κράτος scribendum τέρας. Obscurata litera initialis τ vitio locum dare potuit. Huic plane quadrant epitheta αἴσιον, *auspicatum*, *fausta portendens*, et ὄδιον, *in itinere visum* s. *viae dux*, ut infra vs. 157 ὀρνίθων ὀδίων. Cum hac lectione concinit scholion: δυνατός εἰμι εἰπεῖν τὸ συμβὰν αὐτοῖς σημεῖον ἐξιοῦσιν.

Pro ἐκτελέων (ἀνδρῶν) Auratus, Scaliger, Casaubonus correxe-

runt ἐντελέων, cui calculum adjiciunt Blomfieldius, Hermannus, alii, quo significentur οἱ ἐν τέλει ὄντες, *viri principes* vel *eximii*. Certe ἐκτελέων, si ab ἐκτελὴς ducatur, ineptum est; sed recte vidit Paleius participium esse verbi ἐκτελεῖν, quod tamen perperam retulit ad κύριός εἰμι, cum jungendum sit cum sq. αἰών. Similia diaeresis exempla sunt infra vs. 146 καλέω. Prom. vs. 542 τρομέων. Pers. vs. 64 τρομέονται. cf. Ellendt Lex. Soph. Praef. Vol. II, p. XIII.

Quae sequuntur verba, ἔτι γὰρ θεόθεν — αἰών, sensu carere visa sunt plerisque interpretibus, qui suo quisque modo ea corrigere tentarunt. Conjecturas illas referre supersedeo, quia sana est sententia, modo μολπὰν mutetur in μολπᾶν, ut fecit Bambergerus, vel quod melius puto, in μολπᾶς. Recte vidit ille, μολπᾶν ἀλκὰν esse appositionem vocis πειθώ: *fiducia* s. *persuasio* vocatur *cantûs robur*, ut quae canentis pectus animat et roborat. In eandem sententiam verba haec interpretatum video Fritzschium ad Aristoph. Ran. Comment. p. 390. Idem quod est in codicibus legit vetus interpres, qui sensum intellexit, quamquam, impeditus accusativo μολπὰν, verba minus recte explicuit; scholion hoc est: ὁ γὰρ σύμφυτός μοι αἰὼν, ὅ ἐστι τὸ γῆρας, διὰ τὴν εἰς θεοὺς πειθὼ μολπήν μοι καὶ ἀλκὴν καταπνεῖ· ὅ ἐστιν, εἰ καὶ γέρων εἰμί, ὅμως μέλψω τὰ γεγονότα· πέποιθα γὰρ ὅτι εἰς πέρας αὐτὰ ἄξουσιν οἱ θεοί.

Vs. 106. ὅπως Ἀχαιῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα ταγὰν,
πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,
οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργίας,
φανέντες ἴκταρ μελάθρων χερὸς ἐκ δορυπάλτου
παμπρέπτοις ἐν ἕδραισιν,
βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν,
βλαβέντα λοισθίων δρόμων.

V. ταγὰν dupliciter officit, et quod primam habet brevem, pro qua longa requiritur, et quod ad sensum minus conveniens est; nam etsi ταγὴ dici potest pro ταγοί ut ἀρχὴ pro ἀρχοί, hic tamen, praegresso verbo figurato δίθρονον κράτος, addi potius oportuit proprium. Blomfieldius scripsit ταγὸν, quod est prima longa; Hermannus vero mutato tantum accentu τάγαν, ductum a τάγης pro ταγός, quam glossam servavit, ut videtur, Hesychius: ταίης, διοικητὴς,

προστάτης, pro quo Scaliger τέγης. Neque quidquam obstat, quod Hartungius objicit, quominus ταγός vel τέγης sing. de ambobus ducibus dicatur, quum et vocabulum ξύμφρων et adjunctum δίφρονον κράτος manifesto duos designent. Similiter supra vs. 41 Πριάμου μέγας ἀντίδικος dicitur Atridarum par (ξεῦγος). — ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι est lectio librorum Aristophanis in Ran. vs. 1287, a plerisque recepta, pro qua Aeschyli libri σὺν δορὶ δίκας πράκτορι, quod peccat metro. Hermannus tamen corrigere maluit σὺν δορὶ πράκτορι ποινᾶς, quae emendatio, quamquam non absona, metro tamen versus antistrophici non postulatur, ut ille putat. Quod autem credit comicum verba Aeschyli minus accurate retulisse, in eo falli videtur; certe Aristophanis scholiastam non aliter in codice suo legisse, colligi licet ex ejus annotatione: τὸ δὲ „ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι" ἐξ Ἀγαμέμνονος, ἐκ τῆς συνεπείας τοῦ „κύριός εἰμι θροεῖν." Apparet inde, Aeschyli librum ei ante oculos fuisse. Erroris origo haec fuisse videtur, quod δίκης vocabulo πράκτορι explicationis gratia adscriptum, deinde in textum irrepserit, et verba καὶ χερὶ quasi supervacanea extruserit. — Pro οἰωνῶν βασιλεὺς linguae ratio postulat βασιλεῖς, et propter oppositum βασιλεῦσι νεῶν et magis etiam ob ea quae adduntur ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργᾶς φανέντες κτέ. Praegressum θούριος ὄρνις ansam dedit plurali βασιλεῖς in singulare mutandi.

Verba ὁ κελαινὸς ὅ τ' ἐξόπιν ἀργίας ita ab Aeschylo scripta esse non credo. Significant haec non, ut plerumque interpretantur, *alter niger, alter albus;* pro hoc enim dici oportuerat ὁ μὲν κελαινὸς, ὁ δ' ἀργᾶς, vel brevius, κελαινὸς, ὁ δ' ἀργᾶς, omisso ὁ μὲν; sed significant *albus nigerque.* Hoc autem dici conveniret, si duae tantum hae essent aquilarum species eaeque conjunctim nominarentur, non quando, uti hoc loco fit, altera alteri opponuntur. Primum generatim dicit οἰωνῶν βασιλεῖς, deinde distinguendi gratia addit epitheta. Ob hanc caussam poëtam scripsisse conjicio: ὁ μὲν αἰθὸς, ὁ δ' ἐξόπιν ἀργᾶς. Hesychius: αἶθον (αἰθὸν), λαμπρόν, πυῤῥόν, μέλαν. — ἀργᾶς autem scripsi e Blomfieldii emendatione plerisque recepta pro ἀργίας, quam lectionem frustra defendit Lobeckius Path. Serm. Gr. p. 497. Nam quamquam ἀργίας per se probum est aeque ac ξανθίας, πυῤῥίας, multaque alia ejusmodi quae congessit idem p. 489 sqq. tamen nec ἀργίας synizesi fieri potest disyllabum, ut supra p. 123 ostendi, nec conveniens est significatio. Nam nomina illa in -ίας significant propriam qualitatem sive speciem: quare aquila quae

πύγαργος vocatur posset etiam vocari ἀργίας, non vero dici potest ὄπισθεν ἀργίας, sed ὄπισθεν ἀργᾶς sive ἀργός. Erroris originem indicat lectio Guelf. ἀργείας, quod depravatum ex ἀργάεις, h. e. ἀργήεις, ἀργῆς, Dorice ἀργᾶς. Similiter in Suida prave scriptum est ἀργείης, ὁ λευκός, pro ἀργήεις, emendatum jam a Stephano. Vidit hoc quoque Hermannus. Recte comparant hoc Pindari Ol. XIII, 99 (66): ἀργᾶντα ταῦρον. adde Pyth. IV, 14 (8): πόλιν ἐν ἀργάεντι μαστῷ. Ab hac vero forma distinguenda est altera ejusdem significationis, ἀργής - ῆτος, qua utuntur Aeschylus Eum. 46, ἀργῆτι μαλλῷ. Sophocles Oed. C. 676, τὸν ἀργῆτα Κολωνόν. aliique. Utramque perperam pro una eademque habuit Blomfieldius in Glossario ad h. l. Hinc magna veterum grammaticorum fluctuatio in accentu, quum alii ἀργᾶς, alii ἀργάς scribant: vid. Hesych. Harpocr. et Suid. s. v. Tenendum vero Dorice ἀργᾶς - ντος dici oportere, non vero ἀργάς - ᾶτος, sed ἀργής tantum, quod ipsum etiam scribere Aeschylo licuit.

Pro δορικάλτου Blomfieldius secundum codices scribit δορυκάλτου, rationem afferens quod ejusmodi adjectiva, quae e dativo (δορί) composita sunt, iota, quae ex accusativo facta, ypsilon assumant, ut δορυφόρος, δορίληπτος; hic autem δορύκαλτος activam habere significationem, *hastam vibrans*. Verum etsi significatio est activa, nihilominus forma est passiva, ideoque e compositionis lege scribendum δορίκαλτος.

In penultimo versu γένναν βλαβέντα dixit poëta metri gratia pro βλαβεῖσαν, cujusmodi enallages Aeschyli Orestia tria habet exempla. Vid. Comment ad v. 502. Pro ἐρικύμονα lectio M. ἐρικύματα Seidlerum adduxit ut scribendum conjiceret ἐρικυμάδα, cum quo concinit Hesychii glossa κυμάδας, ἐγκύους. Conjectura haec, quam elegantem vocat Hermannus, mihi tam ob exquisitiorem formam quam ob codicis auctoritatem verisimillima videtur. Exempla ejusmodi adjectivorum congessit Lobeck Pathol. Serm. Gr. p. 440. Lectio autem Flor. pro φέρματι habens φέρβοντο, debetur librariis qui, non perspecta sententiae junctura, verbum deesse putarent.

Vs. 116 sqq. sic legi solent:

κεδνὸς δὲ στρατομάντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς
Ἀτρείδας μαχίμους ἐδάη λαγοδαίτας
πομπούς τ' ἀρχάς·
οὕτω δ' εἶπε τεράζων.

Verissima est Aurati et Canteri emendatio: δύο λήμασι διττοῖς Ἀτρείδας, *duos duplici* (h. e. *dissimili*) *ingenio Atridas.* Postulat hoc non tantum dictionis venustas, sed etiam perspicuitas; alioquin facile incideres in talem constructionem: ἰδὼν διττοὺς Ἀτρείδας δύο λήμασι, quam praeter Abreschium nemo probaverit. Vim autem loci perdit Lobeckius ad Soph. Ai. p. 239, legendo λήμασι πιστούς, ut recte animadvertit Blomfieldius. Reliqua autem interpretes verbis male distinctis sic explicare solent. Jungunt nempe: στρατόμαντις ἰδὼν Ἀτρείδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας πομπούς τ' ἀρχάς, *vates conspicatus ambos Atridas, agnovit leporivoros (aquilas) et duces (Atridas).* Inepta haec sententia est: inane illud *conspicatus Atridas*, quasi hos non bene nosset, etiamsi non oculis adspiceret; prave vero dictum *agnovit aquilas et duces* pro „aquilas agnovit duces (esse)." ἰδὼν nude positum, ut solet, referendum est ad id quod praecessit, *portentum* scilicet; deinde jungenda haec: Ἀτρείδας μαχίμους ἐδάη λαγοδαίτας — *Atridas bellicosos agnovit (esse) alites leporivoros.* Quae adduntur ad aquilas pertinent; sed pro πομπούς τ' ἀρχὰς dici oportuit πομπᾶς ἀρχούς, *expeditionis duces:* ita vocantur aquilae, ut supra augurium vocatur θεῖον τέρας. Ejusmodi casuum permutatio haud infrequens est, et τ' saepe intrusum, praesertim post literam σ.

Vs. 122. Quod libri habent κτήνη πρόσθε τὰ δημιοπληθῆ aperte vitiosum est; debebat certe dici κτήνη τὰ πρόσθε δημιοπληθῆ; sed ineptus est sensus: non enim rapturi erant Graeci gazas *olim* divites, sed quae etiam tum erant. Optime locum sanavit Ahrensius legendo πρός τε (potius πρὸς δὲ), quae emendatio etiam Thierschii conjecturae, etsi non improbabili, πρόσθετα δημιοπληθέσι, me judice, anteponenda est. Junguntur πύργων κτήνη, *opes regiae*, et τὰ δημιοπληθῆ, h. e. idem atque τὰ δήμια, adjuncta *copiae* notione: *opes populi.* Qui anxie singulos pedes pedibus aequari velit, pro δημιοπληθῆ scribat δημιοπληθέα, sicut paullo ante pro Ἀτρείδας recepi Ἀτρεΐδας.

Vs. 124. Qaue deinceps sequuntur sic edi solent:

οἷον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας
στρατωθέν· οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ
πτανοῖσιν κυσὶ πατρός —

Τροίας στόμιον, *Trojae frenum*, appellari exercitum ad Trojam domandam paratum, clarum est; ἄγα pro ἄτα est emendatio Her-

manni quam metrum postulat. Quid autem est προτυπέν? Non potest hoc accipi, opinor, eo significatu quo act. προτύπτειν usurpat Homerus, h. e. *prorumpere*, non magis quam latine pro hoc dicere liceat *prorumpi;* potius explicetur *procudere: frenum* s. *lupatum procusum.* Jure tamen multis hoc verbum suspectum habetur. Molestius etiam est quod additur στρατωθέν. Verbum hoc inauditum est; sed ponamus στρατόω pro analogia verborum ἑρετμόω, ἱερόω, ἐκπολεμόω, notare *castra facere, in castris collocare*, tamen vix tolerandum est στόμιον στρατωθέν, praesertim adjecto participio προτυπέν. — In iis quae deinceps sequuntur οἴκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἀγνὰ πτανοῖσιν κυσὶ πατρός, duplex dativus, οἴκῳ et κυσὶ, probabilem explicationem non admittit. οἴκῳ etiam a sensu alienum: non enim *domui*, nempe Atridarum, irata erat Diana, sed aquilis, ob leporum raptum; ideo omen ab illis datum contrario omine irritum facere vult. Leni correctione, mutando προτυπὲν in προτυπής, στρατωθὲν in κρατηθέν, οἴκῳ in αἰνῶς, poëtae manum me restituisse, certe justum verbis sensum me reddidisse confido. „Aliquando, dicit, exercitus hic Trojam evertet: *modo ne qua invidia divinitus prorumpens frenum illud Trojae* (h. e. exercitum) *vi repressum obscuret; vehementer enim infesta est Diana Jovis alitibus.* Legi etiam possit τροτυπὲς ad στόμιον referendum, ut στόμιον Τροίας appelletur ipsum illud prodigium, Trojanis funestum: *Modo ne qua deorum invidia frenum illud Trojae, quod modo apparuit, superatum obscuret.* προτυπὴς formatum sicut ἀντιτυπής.

Vs. 130 sqq. Hi versus in codicibus misere deformati sunt. Mediceus, nec melius ceteri, sic legit:

τόσσων περ εὔφρων καλὰ
δρόσοισιν ἀέλπτοις μαλερῶν ὄντων
πάντων τ' ἀγρονόμων φιλομάστοις
θηρῶν ὀβρικάλοισι τερπνὰ
τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κράναι
δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα στρουθῶν.

Primos versus interpretes tali modo corrigere tentarunt:

τόσον (τόσσον) περ εὔφρων ἃ καλὰ
δρόσοις (δρόσοισιν) ἀέπτοις μαλερῶν λεόντων. —

quamvis tantopere favens pulcra (dea) catulis leonum ceterarumque ferarum cet. At, si graeca sit talis constructio τόσον περ εὔφρων, tamen illud περ *(quamvis)* non admittit junctura. Praeterae posito

in priore membro περ, in altero omitti vix potuit, quod tacite supplent, *tamen*, ὅμως vel ἔμπας. Probabiliter me correxisse credo τοσόνδ' ὑπερεύφρων. Syllabae prave distinctae errorem hunc pepererunt, cui similis est ille vs. 79: τόθι περ γήρως pro τόθ' ὑπεργήρως. Pro καλὰ a plerisque receptum ἃ καλὰ, qua appellatione Ἄρτεμιν significari volunt, argumento usi, quod eadem dea καλλίστης et ἀρίστης cognominibus culta sit, teste Pausan. I, 29, 1. et VIII, 35, 7. Eodem jure contenderes Jovem, quia μέγιστος κύδιστος cognominatur, simpliciter vocabulo ὁ μέγας designari posse. Probabile articulum ἁ, ut toties, insertum esse a correctore, qui corruptam lectionem emendare studeret. Mihi visum est sub voce καλὰ latere deae nomen Ἑκάτα. — δρόσοις indicantur *teneri fetι*, νεοσσοί; quod autem his additur epitheton ἄελπτος, h. e. *inperatus*, *metuendus*, a sensu alienum est; ἄεπτος autem, quod schol. Med. explicat ἕπεσθαι τοῖς γονεῦσι (μὴ) δυνάμενος, est vocabulum inauditum et hoc certe sensu (Aristophanis grammatici et Hermanni pace dixerim) ineptum. Significaret potius *intractabilis*, ab ἕπειν. Profectum hoc est a manu librarii qui ἄελπτον corrigere vellet. Speciosius est quod Heathius conjecit ἀπτῆσι, cui congruit glossa Farn. τοῖς μὴ δυναμένοις πτῆναι. Homerus Il. ι, 323: ἀπτῆσι νεεσσοῖσι. Aeschylus, apud Photium et Hesychium v. ὀστράκων, de pullo avis recens excluso dicit (fr. Herm. 336): ἀπτῆνα, τυτθόν, ἄρτι γυμνὸν ὀστράκων. Idem poëtice etiam de quadrupedum pullis dici licuit. Attamen conjectura haec nimium distat a libris; propior est Blomfieldii ἀλέπτοις, h. e. *ovo nondum exclusis*, quo ἔμβρυα significentur, quamquam de quadrupedibus id certe audacius dictum est. ὄντων recte in λεόντων mutavit Stanleius, his ductus Etymologi M. verbis, p. 377: Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε. Qui tamen attento animo haec legerit, simul agnoscet istud λεόντων esse interpretantis grammatici. Similiter Eustathius explicat proximum v. ὀβρίκαλα, ad Odyss. I, p. 350: ὀβρίκαλα παρὰ Αἰσχύλῳ λεόντων σκύμνια. Unde effici potest, istud λεόντων a grammatico annotatum esse, quod recte omittunt Flor. et Farn. quorum hic adscriptam habet glossam τῶν φθαρτικῶν πετεηνῶν. Intellexit ergo μαλερῶν de *rapacibus volucribus*, non de *leonibus*: utrumque aeque absonum. Ostendit vates Dianae iram ob gravidi leporis caedem, quia dea favet teneris catulis non belluarum, sed cervorum, hoedorum, leporum ceterorumque animalium innocuorum. Quamobrem probabile mihi visum, illud μαλερῶν ex χιμάρων esse depravatum. Huic consentaneum erat ut

pro corrupto ἀέλπτοις scriberem ἐπάλπνοις, quod teneris pullis plane conveniens est. ἔπαλπνος ab antiquo ἄλπνός, unde restat ἄλπνιστος, sign. *jucundus*, *carus*. Utitur his vocabulis Pindarus; et, quo verisimilior fit haec emendatio, apud hunc quoque in Isthm. IV (V), 14, ἄλπνιστος a nonnullis in ἀνέλπιστος mutatum esse e scholiasta discimus.

Quae sequuntur, τερπνὰ τούτων αἰτεῖ ξύμβολα κρῖναι κτέ. valde obscura sunt. Farn. ad τερπνὰ adscriptum habet Ἄρτεμις; accepit igitur pro τερπνή, quod secutus Hermannus, virgula posita post τερπνά, scripsit θηρῶν ὀβριμάλοις ἔπι τερπνά, ut τερπνὴ passive dictum sit pro *laeta* sive *quae delectatur pullis*. Dubito an cuiquam persuaserit hoc graecum esse. Sine dubio τερπνὰ ad ξύμβολα referendum. Quid autem significat αἰτεῖ? Absolute pro *cupit* dici nequit; significat *rogat* (Dea): quemnam autem rogat? Sunt qui cum schol. supplent με; addi hoc certe debuerat; sed ineptum est. Dea vatem non rogat quidcumque illud sit; quare nec Hermanni conjectura, τούτων αἰτεῖ (scil. με) ξύμβολα κρῖναι, admitti potest. Scribendum censui sic: ἀτερπῆ τούτων ἀντὶ ξύμβολα κραίνει, h. e. ἀντὶ τούτων (τῶν τερπνῶν οἰωνῶν) ἀτερπῆ ξύμβολα κραίνει. Praepositio ἀντὶ etiam alibi anastrophen patitur, ut vs. 1277: βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει. Ultimum vocabulum στρουθῶν sensus aeque ac metri lex respuit. Quod Flor. et Farn. addunt τῶν, est additamentum correctoris aeque ac supra ἀ ante καλά. Probabile est, στρουθῶν annotatum esse a librario, qui φάσματα intelligeret prodigium illud τῶν στρουθῶν memoratum Iliad. B, aeque ac paullo ante illud λέοντων (ὄντων), idque deinceps verae lectionis locum occupasse. Substitui huic nomen Ἀτρείδαις, quod etiam Hartungio placet.

Vs. 137 sqq. Vulgo sic leguntur:

> μή τινας ἀντίπνοους Δαναοῖς χρονίας ἐχενῆδας ἁπλοίας
> τεύξῃ, σπευδομένα θυσίαν ἑτέραν ἄνομον τίν', ἄδαιτον,
> νεικέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα.

In tertio versu deesse pedem vidit Lachmannus, quam lacunam ceteri interpretes frustra coacta versuum dispositione tegere studuerunt. Lachmannus supplevit legendo οὐ δεισήνορα μῆτιν; probabilius Hermannus οὐ δεισήνορα φωτός. Magis vero mihi placuit Hartungii sententia, qui animadvertit χρονίας esse glossema adscriptum voci ἐχενῆδας, quod e margine in textum irrepserit; cui conjecturae favet codex Farnesianus, qui inverso ordine habet

ἐχενηΐδας (sic codd.) χρονίας; deinde τεύξῃ restituit in vacuam sedem post v. δεισήνορα. Tali modo tres hi versus aequali anapaestorum numero constant. Non vero assentiendum eidem Hartungio, postremum versum sic corrigenti:

νεικέων τέκτονα συμφυτόρων ὀλεσήνορα τεύξῃ.

Optime dictum est νεικέων τέκτονα σύμφυτον, *odiorum causam cognatam* s. *domesticam*, pro *odiorum domesticorum causam*, ut in annot. monui. Ita vs. 1190: (κῶμος) ξυγγόνων Ἐρινύων. Pro δεισήνορα scripsi δεισάνορα, ut monui supra p. 125.

Vs. 140. Pro παλίνορτος, quod etsi defensum ab Etymologo repudiat linguae usus, recipere non dubitavi Ahrensii conjecturam παλίνοργος, *iratus*, eodem modo formatum atque παλίγκοτος, *infestus*. Ceteri scripserunt παλίνορσος, quod a sensu alienum: notat enim *redux* vel *retro versus*.

Vs. 148. Libri sic legunt:

οὐκ ἔχω προσεικάσαι πάντ' ἐπισταθμώμενος
πλὴν Διὸς, εἰ τόδε μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος
χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως.
οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας, παμμάχῳ θράσει βρύων,
οὐδὲν λέξαι πρὶν ὤν·
ὃς δ' ἔπειτ' ἔφυ, τριακτῆρος οἴχεται τυχών.

Versus hi non una parte laborant: nam et in singulis sententiis est obscuritas et earum inter se nexus non liquet. Invocato nempe Jovis numine, Chorus haec addit: οὐκ ἔχω προσεικάσαι — εἰ τόδε μάταν κτλ. Haec scholiastes sic interpretatur: ἐγὼ — πάντα ἐξετάζων ὡς ἐν σταθμῷ τινι, οὐκ ἔχω ὅμοιόν τι εὑρεῖν τῷ Διί, εἰ χρὴ ἀληθῶς ἀποβαλεῖν ἀπὸ τῆς φροντίδος καὶ τοῦ λογισμοῦ μάταιον ἄλλο ἄχθος. In eundem fere sensum explicat Blomfieldius: „*Non enim alium titulum comparando assequi possum, omnibus perpensis, praeterquam hunc* Jovis, *si revera inutile conjecturae onus excutere licet.*" Nec meliorem interpretationem invenerunt qui nuper hanc tragoediam germanice verterunt, Franzius et Hartungius, quamquam jure eam ineptam judicaverat Wellauerus. Conjeceram olim, poëtam scripsisse: οὐκ ἔχω θεὸν εἰκάσαι — πλὴν Δίος (θεὸν monosyllabum), memor quippe vocabulum θεὸς non raro omissum esse a librariis (vid. Seidler. ad Eurip. Troad. 260), ut hic esset sensus: *Non possum conjicere aliud esse summum numen praeterquam Jovis.* Sed huic enuntiato non accommodatum est sequens: εἰ τόδε

μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος — quod non significat, *si vanas de diis conjecturas abjicere volo*, sed, *si animum sollicitudine qua angor liberare volo*. Legendum igitur duxi, εἰ in οἵ mutato: οὐκ ἔχω προσεικάσαι... πλὴν Διὸς, οἵ τὸ μάταν κτέ. h. e. εἰς ὃν τὸ μάταν φροντίδος ἄχθος χρὴ ἀποβαλεῖν. — τὸ μάταν pro τόδε μάταν est Pauwii emendatio jure a plerisque anteposita Schützii conjecturae τόδ' ἐμᾶς. Verbum προσεικάσαι rariore usu hic positum pro simplici εἰκάσαι. Pro ἐπισταθμώμενος haud scio an legendum sit ἀποσταθμώμενος, quae ambae praepositiones in compositis saepe confunduntur.

Vs. 151 sqq. Pro οὐδ' ὅστις πάροιθεν ἦν — ὅς δ' ἔπειτ' ἔφυ oppositio postulabat οὔθ' ὅστις — ὅς τ' ἔπειτ', quae particulae sexcenties sunt permutatae. Quae autem deinceps legebantur οὐδὲν λέξαι πρὶν ἄν tam sensu quam metro claudicabant. Apertum est compendio scripturae veram lectionem obscuratam esse, quam sic instaurandam putavi: οὐδ' ἔδοξεν ἂν πρὶν ἄν, h. e. „ita evanuit, *ut ne fuisse quidem putaretur*, nisi sic a vatibus traditum esset." Participium praesens ὤν vim habet praeteriti, ut saepe, ex. gr. in trito illo versu Hesiodi Ἔργ. vs. 291:

ἑπτὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα,

h. e. τὸ πρὶν γεγονυῖα. Cf. Comment. ad vs. 515. Syllabae ΛΕΞ et ΔΟΞ parum differunt; ἔδοξεν ἄν prave scriptum ἔδοξ' ἄν facile in δόξαι, λέξαι abiit. Blomfieldius conjecit οὐδὲν ἂν δείξαι πρὶν ἄν, qua lectione pro trochaeo infertur spondeus (δείξαι); Hermannus et Ahrensius conjecerunt οὐ λελέξεται vel οὐδὲ λέξεται πρὶν ἄν; sed futurum sensui minus aptum videtur.

Vs. 155 sqq. Pro τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν, quod nemo graecum esse probavit et certe inelegans est, scribatur τεύξεται φρενῶν τορᾶν. τορὸς sign. σαφής, ὀξύς, vocabulum Aeschylo frequentatum, ut infra vs. 616 τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν. Prom. 699: τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς. Itaque τορὰ φρένες est *mens perspicax*, quae vera cernit. Similis error codices invasit infra vs. 429.

In proximis verbis τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα, τῷ πάθει μάθος θέντα, Schützius conjecit τὸν πάθει μάθος, quod cum Porsono et Blomfieldio recepi; Hermannus vero cum Wellauero retinet τῷ. Posterius si sequare, haec erit junctura: θέντα τῷ πάθει κυρίως ἔχειν τὸ μάθος, *sancientem damno ut constet sapientia*, idque tanquam

epexegesis sine copula adjectum erit praegresso participio ὀδώσαντα. Prius mihi concinnius dictum videtur.

Vs. 158. στάζει δ' ἕν θ' ὕπνῳ πρὸ καρδίας
μνησιπήμων πόνος, καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν.

Ita vulgo. At mire dictum στάζει πρὸ καρδίας πόνος. Verbum στάζει intransitive accipi, ut nonnulli voluere, nequit; supplendum erit, ut censet Hermannus, ex altero membro τὸ σωφρονεῖν, *instillat et in somno* (*moderationem*) *cordi dolor*. Sed ut dura est haec omissio, ita στάζει πρὸ καρδίας pro εἰς καρδίαν plane absonum. Sine dubio corruptum est στάζει, pro quo reponatur θάσσει s. θακεῖ. Mutatio facilis: quum ob vicinitatem soni literarum σσ et ζ prave scriptum esset θάζει, hoc deinde in στάζει abiit. *Cura sedet ante cor*, h. e. *cor obsidet*. Similia dicta sunt vs. 982: θάρσος ἴσχει φρενὸς θρόνον. vs. (834): ἵδς καρδίαν προσήμενος. Cf. supra vs. 13: φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ. Ceterum non differt utrum dicas θακεῖ πρὸ καρδίας an πρὸς καρδίᾳ. Non multum ab hoc discedit Hartungius qui scribit ἔστακεν δ' ὕπνῳ. Sed praepositio ἐν omitti nequit.

Vs. 160. Vulgata lectio

δαιμόνων δέ που χάρις
βιαίως σέλμα σεμνὸν ἡμένων

caret plane sensu et multum torsit criticos. Medicina, ni fallor, in promptu erat, pro βιαίως scribendo βέβαιος, quae ambo toties sunt permutata. Pro σέλμα autem metri gratia scribendum erat ἕλμα; est haec rarior vocabuli forma, quales in hoc praesertim cantico sectatur Aeschylus. Hesychius: ἕλματα .... σανιδώματα, h. e. idem quod σέλματα. Facilior est haec correctio quam si in versu antistrophico pro παλιρρόθοις scribatur παλιρρόχθοις. βέβαιος pro feminino genere ab Aeschylo non alienum: sic vs. 593 πλαγκτὸς οὖσα. 1151 ματαίους δύας. vs. 1565, γονὰν ἀραῖον alia.

Vs. 162. In libris rei narratio continuatur his verbis:

καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρεσβὺς νεῶν Ἀχαιϊκῶν
μάντιν οὔτινα ψέγων,
ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων,
εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ κτέ.

Nominativus ἡγεμών, unde incipit sententia, caret verbo. Falso nonnulli putarunt, participia ψέγων — συμπνέων pro verbis finitis

posita esse; non alia est explicatio nisi ut dicamus sententiam suspensam esse, interpositis duobus deinceps enuntiatis *εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ κτἑ.* et *ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ κτἑ.* quibus adversae illae *τύχαι* exponuntur, et ita periodum sine apodosi decurrere per duas strophas, donec initio tertiae strophae ad eundem nominativum reditur: *ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τότ' εἶπε.* Constructionem hanc valde inconcinnam esse, nemo facile negaverit. Admittit longiores interdum verborum ambitus Aeschylus, etiam *ἀναπόδοτα* non spernit; exemplum habemus vs. 239 sqq. *κρόκου βαφὰς κτἑ.* sed num ideo poëta sibi concessit tam incomposita et male cohaerentia loqui? Quodsi singulas partes attentius legamus, manifestae, credo, apparent mendae. Quid sibi vult illud *μάντιν οὔτινα ψέγων*, h. e. *nullum augurem reprehendens?* Etiamsi id accipiamus, quamquam vix licet, pro *μάντιν οὔτι ψέγων*, vel sic tamen abhorret ab Agamemnonis ingenio, quem audimus Il. *α*, vs. 106 vatem sic alloquentem:

μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπες κτἑ.

Non ita Homeri sui oblitus erat Aeschylus, ut superbum regem tam mitem fingeret. Immo lege: *μάντιν οὐ τίεν ψέγων, vatem dehonoravit vituperans.* Hoc Agamemnonis moribus conveniens, et ita simul verba justo ordine procedunt. In sq. versu *συμπνέων* Hartungius mutavit in *συμπεσών*, quod necessarium puto: illud significat *cum ingruentibus malis conspirans*, i. e. *iis obsecundans*, quod sive ad ducem (*ἡγεμών*) sive ad exercitum (*Ἀχαικὸς λεώς*) referatur, inepte dictum. *πεσών* et *πνέων* permutata etiam vs. 1388.

Vs. 165 sqq. sic vulgo leguntur:

εὖτ' ἀπλοίᾳ κεναγγεῖ βαρύνοντ' Ἀχαικὸς λεὼς
Χαλκίδος πέραν ἔχων —
πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρύμονος μολοῦσαι —
βροτῶν ἄλαι, ναῶν καὶ πεισμάτων ἀφειδεῖς,
παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι
τρίβῳ κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων.

Eluendae sunt ex his versibus nonnullae maculae, quae interpretes fugerunt. Primum molestum est *Χαλκίδος πέραν ἔχων*. Explicant vel *Χαλκίδος πέραν ὤν, exadversus Chalcidem se habens*, h. e. collocatus; vel *πέραν* pro substantivo habent, ut significet *terram contra Chalcidem sitam tenens.* Neutra interpretatio probari potest. Verbum *ἔχειν* pro *εἶναι* ponitur quidem in nonnullis dicendi formulis,

cum adverbio vel praepositione junctum, ad personae vel rei habitum significandum, ut καλῶς ἔχειν, κατὰ νοῦν ἔχειν; ceterum ita nude, ut hoc loco, pro *esse* non ponitur. Exempla quae Stephanus in Thes. L. G. aliique ad id probandum afferunt, partim dissimilia sunt, partim male intellecta vel corrupta. Res postulat, ut id paullo enucleatius explicemus. Primo in censum veniant dictiones in quibus ἔχειν cum praepositionibus κατά, περί, διά, ἐν aliisve junctum ponitur, ut in hoc Aristophanis dicto Plut. vs. 363: οὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει. Significat hoc *in sua sede* vel *in eodem statu manere*. Similis est dictio κατ' οἶκιν ἔχειν, Herod. VI, 29. Pind. Pyth. I, 72, quod non significat *domi esse*, sed *in domo sua se continere* sive *quietum et tranquillum se tenere*. Ergo in his dictionibus ἔχειν non simpliciter notat *esse*, sed habitum vel statum significat. Aliae dictiones, in quibus ἔχειν cum praepositione jungitur, passim obviae sunt apud Herodotum, notatae in Lexico Schweigh. s. v. nr. 6), velut ἀγὼν γυμνικὸς διὰ πάσης ἀγωνίας ἔχων, h. e. *ad omnia certaminum genera pertinens*. βιβλία περὶ πολλῶν ἔχοντα πρηγμάτων, h. e. *de variis rebus agentia*. Quod apud eundem legitur VI, 115, αἰτίη δὲ ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι, non est idem quod αἰτίη ἦν, sed hoc significat: *accusatio* s. *fama criminabatur Alcmaeonidarum dolo eos hoc molitos esse*, quae est rarior constructio pro αἰτίη αὐτοὺς ἔσχε — ἐπινοηθῆναι ταῦτα. Non intellexit hoc Valckenaerius. Locos in Sophoclis Phil. vs. 22, et Aristophanis Ran. vs. 704, ubi vulgo ἔχειν pro εἶναι positum putabatur, horum alterum rectius explicuit Hermannus, alterum mutata interpunctione correxit Fritzschius. Etiam in Xenophontis uno alteroque loco ἔχειν pro εἶναι reperire sibi visi sunt viri docti, ut Cyrop. IV, 2, 2: στρατεύονται γὰρ δὴ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντες οἱ πολλοὶ μεθ' ὥνπερ καὶ οἰκοῦσι. Ibi vero quisque attentius legens animadvertat jungenda esse ἔχοντες (τούτους) μεθ' ὥνπερ καὶ οἰκοῦσι, h. e. τοὺς ἑαυτῶν οἰκέτας. In Anab. VII, 8, 21: ἐξαυλίζεται εἰς κώμας ὑπὸ τὸ Παρθένιον πόλισμα ἐχούσας, non sic construenda verba: ἐχούσας ὑπὸ τὸ Π. πόλισμα, *sitas sub P. oppido;* sed ita: πόλισμα ἔχουσας ὑπὸ τὸ Π. *castra movit in vicos sub Parthenio munitionem habentes*. Apparet ex his, quam late interpretum error in hujus verbi usu pateat. Tangendi restant duo loci Aeschylei, alter Eum. 424 (438 Herm.): ubi Minervae quaerenti ex Oreste, qua fiducia audeat ad aram suam sedere βρέτας τόδε φυλάσσων, ille respondet:

οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
πρὸς χειρὶ τἠμῇ τὸ σὸν ἐφημένου βρέτας.

h. e. *neque macula inhaeret meae manui sedentis juxta tuum signum;* in quo illud *inhaeret* (ἔχει πρὸς) aliquanto plus significat quam *est*. Sed locus est corruptus: ἐφημένου est conjectura, pro quo libri prave ἐφεζομένη, coacta autem est verborum junctura. Scribatur potius:

οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος οὐδ' ἔχω μύσος
πρὸς χειρὶ τἠμῇ, τὸ σὸν ἐφήμενος βρέτας.

Hoc et linguae et sensui convenientius: nam τὸ σὸν ἐφήμενος βρέτας aeque conjunctum est cum οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος atque cum οὐδ' ἔχω μύσος. *Non ego supplex sum neque maculam habeo manui inhaerentem, sedens juxta tuum signum.* πρὸς simili sensu usurpatur infra vs. 996 πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν. Choëph. 1024: πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος ᾇδειν ἕτοιμος. Alter locus est in hac ipsa fabula vs. 723: πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις, pro πολύ sive πολλάκις δ' ἦν ἐν ἀγκάλαις. Sed inauditum πολέα evincit etiam ἔσχ' corruptum esse. Hermannus quidem ad postremum hunc locum haec annotat: „Quid tandem reprehendat quis in librorum scriptura, quum ἔχειν neutrali significatu non raro dicatur, ut supra Ἀχαικὸς λεὼς Χαλκίδος πέραν ἔχων cet." Sed tantum abest ut horum locorum alter alterum confirmet, ut potius infringat, et uterque tanquam sermonis usui contrarius sit damnandus. In nostro quidem accedit illud, quod πέραν apud vetustiores non significat, quod hic requiritur, *exadversus*, sed *ultra*, *trans*, excepto unico loco Iliad. β, 535, ubi de significatu inter grammaticos lis est, quam non ad liquidum perduxit Buttmannus Lexil. II. p. 25 sqq. Qui vero πέραν habent pro accusativo substantivi πέρα, quod significet *terram e regione sitam* (ut Blomf.), hos fugit vocabulum istud merum esse figmentum etymologorum, vitio illatum in Aeschyli Suppl. vs. 259 (262). Equidem non dubito quin poëta scripserit Χαλκίδος πόρον ἔχων. *Chalcidis fretum* vocat Euripum et loca adjacentia, a Chalcide, clarissima Euboeae urbe e regione Aulidos sita, ut saepe maria et sinus nominantur a locis quos alluunt. De quo usu v. πόρος cf. Spanhem. ad Callim. in Del. vs. 45.

Deinde venti adversi vocantur βροτῶν ἄλκαι, h. e. *mortalium erationes*, quod dictum volunt hoc sensu, *qui errare faciunt mortales*. Parum apte, hoc praesertim loco, quum venti illi non errare facerent mortales, sed intra portum inclusos tenerent. Etiam appellatio βροτῶν ad classiarios designandos parum apta. Scriben-

dum censeo βορεῶν (βορῶν) ἄλαι, h. e. *aquilonum agmina;* qui sunt venti a Strymone flantes. ἄλη secundum Hesychium duplicem habet significationem: πλάνη et ἄθροισμα. Prior pervulgata; alterius exemplum exstat item in Sophoclis fragm. cit. apud Porphyr. Antr. Nymph. c. 18.

Denique verba παλιμμήκη χρόνον τιθεῖσαι τρίβῳ duplici laborant vitio. χρόνον τιθέναι, sive malis jungere χρόνον τιθέναι τρίβῳ, pro *moram facere* non dicitur; leg. χρόνου τιθεῖσαι τρίβον. Pro παλιμμήκη autem veram lectionem, spretam a criticis, servarunt Flor. et Farn. πολυμήκη, quam metri gratia librarii mutarunt in παλιμμήκη, ignorantes, illud scribi, pronuntiari certe oportere πολυμμήκη, sicut πολύλλιστος, φιλομμειδής, ἐύννητος, aliaque epicis maxime usitata. Similia sunt apud Aeschylum πολυμίτων (πολυμμίτων) Suppl. vs. 431. μέγα (⏑ –) ῥάκος Prom. 1023: Eum. 190 ὑπὸ (⏑ –) ῥάχιν. cf. Soph. Ant. vs. 708: παρὰ (⏑ –) ῥείθροισι. Cf. infra ad vs. 407 et 454. — παλιμμήκης est vox nihili; vertunt *longitudine duplex*, quasi hoc significet πάλιν; si tamen significaret, ineptus foret sensus. Diceret nempe, ventos adversos duplo majorem fecisse moram quam oporteret; at non duplo majorem fecerunt moram, sed immensam, tantam scilicet, ut funes et carinae putrescerent. In ultimo versu ἄνθος Ἄργους pro ἄνθος Ἀργείων debetur Hermanno.

Vs. 180 sqq. Sic vulgo legebantur:

βαρεῖα μὲν κὴρ τὸ μὴ πιθέσθαι,
βαρεῖα δ', εἰ τέκνον δαΐξω, δόμων ἄγαλμα,
μιαίνων παρθενοσφάγοισι
ῥεέθροις πατρῴους χέρας βωμοῦ πέλας.
τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι
ξυμμαχίας ἁμαρτών;

Pro δαΐξω scripsi δαΐξω, ut hic versus conveniat cum antistrophico vs. 170; ita non opus fuit in altero versu pro ναῶν καὶ πεισμάτων scribere νεῶν τε καὶ πεισμάτων. Pind. Pyth. VIII, 87 (125): συμφορᾷ δεδαιγμένοι. Eurip. Herc. Fur. 391: Κύκνον τε ξενοδαΐκταν τόξοις ὤλεσεν. Vid. Steph. Thes. s. v. Similia sunt αἴσσω sive ἄττω, αἶστος pro ἄϊστος, οἰζύς. Ultimus versus laborat metro: pro ῥεέθροις requiritur ⏑ –, et pro βωμοῦ πέλας postulatur ⏑ – – Porsonus scripsit ῥείθροις, pro trochaeo spondeum ponens, quod idem habet Farn. ex Triclinii correctione. Potius scribendum

censui ῥοαῖς, cujus illud videtur esse glossema. Hesychius: ῥοαί, ῥεύματα, ῥεῖθρα. ῥεῖθρον est poëtis et scriptoribus commune, ῥοή poëtarum proprium. Pro βωμοῦ πέλας optime Hartungius dedit πρὸ βωμοῦ, cujus illud est interpretamentum.

Ceterum in hac Agamemnonis deliberatione est aliquid abrupti, ut in annotatione animadverti. Faciliorem cogitationum nexum fieri putabam sic legendo:

πῶς φιλόπαις γένωμαι
ξυμμαχίας ἁμαρτῶν;

φιλόπαις est *qui liberorum amori indulget*, ut φιλάνδρος, φιλόγυνος, φίλοινος. Significat ergo: *num filiae amori indulgens belli societate frustrer?* Inde talis nascitur cogitationum ordo: „Grave est non obedire deae voluntati, grave vero etiam immolare filiam. Neutrum horum non miserum. Num filiae amorem anteponam ducis officio?" In postremo hoc enunciato ambo ea, de quibus deliberatio est, inter se opponuntur; interrogatio autem vim habet negationis, tanquam si diceret: „Nimia esset caritas in filiam, si hujus vitam expeditionis successui anteponerem." Ambae voces φιλ- et λιπ- facillime permutari potuerunt, praesertim eo quod λ in φιλ- superscribi solebat. Judicent acutiores.

Qui deinceps sequuntur versus vulgo sic legebantur;

Vs. 186. παυσανέμου γὰρ θυσίας παρθενίου θ' αἵματος ὀργᾷ περιοργῶς ἐπιθυμεῖν θέμις. εὖ γαρ εἴη.

Multum haec exercuerunt interpretes; nemini contigit ea explicare vel emendare. Praecipua difficultas est in verbis ὀργᾷ περιοργῶς ἐπιθυμεῖν θέμις. Frustra faciunt qui ὀργᾷ περιοργῶς defendere student comparando ex. gr. Homerico hocce: κεῖται μέγας μεγαλωστί, quod valde dissimile est. ὀργᾷ ἐπιθυμεῖν foret plane idem quod περιόργως ἐπιθυμεῖν, ideoque haec ambo copulari nequeunt. Nonnulli veteres pro ὀργᾷ legerunt αὐδᾷ, quod ipsum in Guelf. superscriptum, addito hoc scholio: αὐδᾷ, ὁ μάντις δηλονότι, quasi hoc nomen omitti potuisset. Recepit tamen hanc lectionem Hermannus. Latet vero sub hoc vera lectio ὀδμᾷς. Similiter Eum. vs. 254: ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων. Non minus vero offendit additum nomen θέμις; *fas* scilicet dici *virgineum sanguinem exposcere.* Nemo Graecorum tale quid θέμις esse duxit, non magis quam adulterari aut furari, quamquam diis talia concessa putarentur. Latet sub hoc vocabulo θεός, np. Ἄρτεμις: haec erat

quae crudele sacrificium poscebat. Denique pro εὖ γὰρ εἴη scribatur εὖ χαρείη, quod est concedentis. Particulae γὰρ hic non erat locus. Inde nascitur ea versuum illorum lectio, quam in textum recepi.

Vs. 197 sqq. Describitur puellae immolatio a proceribus facta. Locus vulgo sic legebatur:

λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους
παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρθένειόν τ'
ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.

τ' recte inseruit Porsonus; sed vocabulum αἰῶνα male copulatur cum λιτὰς καὶ κληδόνας, et valde dubito num αἰὼν pro certa *aetate*, ut *adolescentia*, dici possit; dicitur pro hoc ἡλικία, ὥρα. Scribendum censeo αἴαγμα παρθένειον, *virgineam lamentationem*, ab αἰάζω, unde et αἰακτός apud Aeschylum; αἴαγμα non semel usurpat Euripides et memorant grammatici. Eadem vocabula permutata esse vs. 715 (643 meae ed.) infra ostendam.

Vs. 203. Scribebatur sic: „Pater hortatus est popas,

παντὶ θυμῷ προνωπῆ
λαβεῖν ἀέρδην, στόματός τε καλλιπρώρου φυλακὰν κατασχεῖν
φθόγγον ἀραῖον οἴκοις.

Verba προνωπῆ λαβεῖν scholiastes interpretatur προνενευκυῖαν, h. e. *pronam, inclinato in terram vultu;* et sic ceteri interpretes. At victimae, quae diis superis immolarentur, non prono capite, sed supino jugulabantur, quod vocatur ἀὐερύειν. Il. α, 459. Pind. Ol. XIII, 114 (78). Praeterea προνωπὴς non significat *pronus* in humum, quod dicitur πρηνής s. πρανής, sed *proclivis* ad aliquid, *promptus, audax*, id. q. προπετής. Hinc efficitur scribendum esse: παντὶ θυμῷ προνωπεῖς, jussit eos *audacter et prompte incumbentes* puellam attollere.

In proximis molestiam facit verborum junctura. Sunt qui sic interpungunt: στόματός τε καλλ. φυλακὰν κατασχεῖν, φθόγγον ἀραῖον οἴκοις. Ita accusativus φθόγγον per epexegesin adjectus esset verbis στόματος φυλακὰν κατασχεῖν, sicut paullo ante: ἔτλα δ' οὖν θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς, γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγάν; id vero absurdum efficeret sensum, nempe hunc: *jussit eos virginis os cohibere, quo fieret* φθόγγος ἀραῖος οἴκοις. Alii φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγον dictum volunt pro φυλάττειν φθόγγον, quemadmodum ex. gr. infra vs. 814 sq. Ἰλίου φθορὰς —

ψήφους ἔθεντο, pro ἐψηφίσαντο. At praeterquam quod hoc ipsum vitiosum est, ita dici certe oportuerat φυλακὰν ἔχειν; nam φυλακὴν κατέχειν propria verbi potestate significat *custodiam* s. *stationem obtinere*, ut in versu hoc Euripidis Troad. 194: τὰν παρὰ πρεσβύροις φυλακὰν κατέχουσα. Recipienda ergo omnino est conjectura etiam Paleio probata, qua pro φυλακὰν scribatur φυλακᾶι (φυλακῇ): ambae terminationes sexcenties permutatae: itaque junguntur verba κατασχεῖν φθόγγον, *clamorem cohibere*.

Vs. 207. Pergebatur sic:

κρόκου βαφὰς δ' ἐς πέδον χέουσα
ἔβαλλ' ἕκαστον θυτήρων ἀπ' ὄμματος βέλει Φιλοίκτῳ,
πρέπουσά θ' ὡς ἐν γράφαις, προςεννέπειν
θέλουσ', ἐπεὶ πολλάκις
πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους
ἔμελψεν, ἁγνὰ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς
Φίλου τριτόσπονδον εὔποτμόν τ'
αἰῶνα φίλως ἐτίμα.

Hiatus χέουσα ἔβαλλε jure offendit Hermannum, qui scripsit χέουσ' ὧδ' ἔβαλλε; quod tamen parum placet. Potius scribatur ἐς πέδον χέουσα, βαλοῦσ' ἕκαστον. Participium etiam per se praeferendum, quia sic in priore membro aeque atque in altero πρέπουσά θ' — omittitur verbum, neglectum propter periodum ἀναπόδοτον, quum narratio abrumpatur his verbis τὰ δ' ἔνθεν οὔτ' εἶδον οὔτ' ἐννέπω. Etiam homoeoteleuta, χέουσα - βαλοῦσα - πρέπουσα - θέλουσα, valent ad augendam narrationis suavitatem. Compara ex. gr. hoc versus Aeschyli apud Platonem de Rep. II, extr. in fragm. Herm. nr. 184.

ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρών,
αὐτὸς τάδ' εἰπών, αὐτός ἐστιν ὁ κτανών.

In proximis pro προςεννέπειν scripsi παρεννέπειν, postulante sensu: parum erat *alloqui* duces; *flectere* eos et *abducere a proposito* voluit. Huic etiam congruum est quod sequitur ἐπεὶ πολλάκις — quo continetur argumentum, quo flectere eos studebat. Pro ἔμελψεν Hermannus e lectione Guelf. ἔμελθεν efficit ἔμιχθεν, np. οἱ ἀριστεῖς, quod interpretatur *convenerant*; dubito num ita μιχθῆναι sine casu poni possit. Rationes vero ejus conjecturae optime redarguit Hartungius. Litera θ in ἔμελθεν potius admonet scribendum ἐμέλπεθ' vel ἐμέλψαθ'. — μέλπειν significat *aliquem cantu celebrare*, ut μέλπειν θεόν; absolute pro *canere* dicitur μέλπεσθαι.

Pro ἀγνὰ recte Hermannus cum Schützio edidit ἀγνᾷ, jungendum cum αὐδᾷ: nam αὐδᾷ ita nude positum ferri vix potest. Similis emendatio adhibenda Pindari loco Ol. II, 5: Θήρωνα δὲ τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου γεγωνητέον ὀπί. leg. νικαφόρῳ. nam vocabulum τετραορία non eget epitheto, quo carere non potest ὀπί. cf. Nem. VII, 84: γαρύεμεν ἀμέρᾳ ὀπί. — In ultimo versu pro εὔποτμον τ' αἰῶνα palmaria est Hartungii emendatio εὔποτμον παιῶνα, quam docte illustrat ipse ad h. l. Scribendum tantum erat παιᾶνα, ut docet Blomf. ad Sept. 254, approbante Hermanno ad Choëph. 339.

Vs. 217. Hi versus mirifice corrupti sic edebantur:

δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσιν μαθεῖν ἐπιρρέπει τὸ μέλλον.
τὸ δὲ προκλύειν ἐπιγένοιτ' ἂν κλύοις προχαίρετω.

Ald. lectio ἀνηλύοις, quae nihil est nisi error operarum pro ἀνκλύοις, ἂν κλύοις, vanas etiam peperit conjecturas, ἥλυσις, ἡ λύσις, alias. Collatis codicum lectionibus apertum fit verba τὸ δὲ προκλύειν esse glossema vel variam lectionem e margine in textum illatam. His demtis, non dubium est quin pro κλύοις scribendum sit κλύειν, et versus sic legendus ut emendavit Franzius:

τὸ μέλλον δ'
ὅπα γένοιτ' ἂν, κλύειν προχαιρέτω,

vel potius divisim κλύειν πρὸ χαιρέτω, ut jam conjecit Ahrensius; hoc est ipsum illud προκλύειν, quod explicandi gratia a grammatico fuerat adscriptum. Cf. infra vs. 1008: καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων κτησίων γέμος βαλών κτἑ. ὅπα s. ὅπῃ facillime in ἐπεὶ vel ἐπὶ depravatum, cujus erroris et alibi exempla exstant.

Vs. 220. E discrepante codd. lectione συνορθὸν, σύναρθρον Schützius effecit ἥξει ξύναρθρον ἄταις. Hermannus, σύνορθρον αὐγαῖς. Quorum illud recepit Franzius, hoc Dindorfius. Prius significat: *manifestum eveniet* (nempe τὸ μέλλον) *cum damno junctum;* hoc: *veniet simul cum matutina luce.* Horum illud minus aptum: nam Chorus, quamquam praesagit aliquid mali, non tamen pro certo habet ita fore, quare statim addit vota pro felici eventu: πέλοιτο δ' εὖ. Itaque αὐγαῖς certe anteponendum est alteri ἄταις. Sed nec σύναρθρον nec σύνορθρον mihi probatur; prius extra artem grammaticam vix auditum est, et invenuste copulantur verba αὐγαῖς σύναρθρον, h. e. *radiis connexum;* alterum aeque displicet ob insolitam juncturam συνόρθρον αὐγαῖς, pro quo transpositis vocabulis

dicendum, ni fallor, *συναυγὲς ὄρθρῳ*. Illud significaret *cum diluculo radiorum;* hoc significat *cum radiis diluculi.* Hartungii conjecturam *σὺν ὄρθρου αὐγαῖς*, quamquam codicum scripturae propiorem, tamen aures ut ferant valde metuo. Ceterum nulla hic erat caussa cur *σὺν* mutaretur in *ξύν*; utrumque usu tritum est.

Vs. 221. *πέλοιτο δ' οὖν τἀπὶ τούτοισιν εὔπραξις —*

εὔπραξις ut vocabulum male conflatum damnavit Lobeck. Parerg. ad Phryn. p. 500 sqq. Hermannus defendi existimat exemplis his, quae in Stephani Thes. Paris. memorantur: *εὐθεράπευσις*, *εὐποίησις*, *εὐζωή*, *εὐροή*. Horum vero duo priora in sequioris graecitatis scriptoribus leguntur; reliqua duo paulum dissimilia sunt, at ipsa tamen parum certa. Pindarum pro *ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον* valde probabile arbitror scripsisse *εὐζώιας* (*εὐζῴας*) pro *εὐζωΐας*, praesertim quum etiam in *ζῷον* litera *ι* plerumque negligi soleat; et quis affirmet Aretaeum pro *εὐροὴν* non dixisse sua dialecto *εὐροίην*? Haec igitur non valent ad probandum *εὔπραξις* esse vocabulum bonae notae. Scribendum divisim, sicut Klausenus fecit, *εὖ πρᾶξις*, et verba sic jungenda: *τἀπὶ τούτοις*, *εὖ πέλοιτο πρᾶξις*. Similiter plane v. 500: *εὖ γὰρ πρὸς εὖ φανεῖσι προσθήκη πέλοι*. Suppl. vs. 454: *γένοιτο δ' εὖ*. — *τἀπὶ τούτοισι* adverbialiter dictum, ut recte monuit Klausen. Eurip. Iph. Aul. 435: *τἀπὶ τοισίδ' ἐξάρχου κανᾶ*. Ion. 266. Orest. 1453. cit. Blomf. Aesch. Suppl. 177: *τἀπὶ χέρσου νῦν προμηθίαν λαβών*. Soph. Ant. 876: *ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην*.

Vs. 227 sqq. Chorus e Clytaemnestra caussam sacrificii quaerit, ut vulgo legitur, his verbis:

σὺ δ' εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη
εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν θυηπολεῖς,
κλύοιμ' ἂν εὔφρων, οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος.

Interpretes hanc verba tacite praeterierunt; manifesta tamen insunt vitia. Primum *εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν* non quadrat praegressis *εἴτε κεδνὸν εἴτε μὴ πεπυσμένη*, quae non significant, ut accipit Franzius, „sive *verum* sive *falsum*, sed „sive *bonum* sive *malum*, sive *laetum* sive *triste* quid acceperis." Recte dixisset *εὐαγγέλοισιν ἐλπίσιν*, si praecessisset tantum *εἴ τι κεδνὸν πεπυσμένη*. Nunc sententia postulat ejus loco scribi *νεαγγέλοισιν ἐλπίσιν*. Vocabulum *ἐλπίς*, ut latine *spes*, tam bonae quam malae rei exspecta-

tionem significat. Sensus igitur est: „sive bona sive mala sperans e nuntio recens accepto sacra facias, audire aveo."

Gravius etiam vitiatus est proximus versus. Ineptum est quod Chorus addit: κλύοιμ' ἂν εὔφρων; significat enim non, ut Stanleius vult, *lubens audiam*, sed *benevolus audiam*. At qui ex altero aliquid audire cupiat, nunquam dixerit *benevolus audiam*, sed *benevolus dicas:* non enim in rogando, sed in respondendo cernitur benevolentia. Neque rectius dictum est quod sequitur, οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος: nam φθονεῖν est ejus qui rogatus aliquid dicere recusat, non ejus qui fert repulsam. Cf. Aesch. Sept. ad Th. 480 κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ μηδέ μοι φθόνει λέγειν. Soph. Oed. R. 305: σὺ δ' οὖν φθονήσας μήτ' ἀπ' οἰωνῶν φάτιν κτἑ. Eurip. Med. 63: τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι. Hinc usitatum illud in respondendo φθόνος οὐδείς, *non invideo*, i. e. *paratus sum dicere.* Ob has rationes versus necessario sic corrigendus:

λέγοις ἂν εὔφρων, οὐδὲ σιγῶσα φθονοῖς

np. λέγειν. Vitio ansam dedit librariorum oscitantia, qui scilicet vs. 224 sqq. ἥκω σεβίζων κτἑ. tribuerent *Nuntio*, hunc autem λέγοις ἂν *Clytaemnestrae:* praefixum hoc Κλυ. in libris, coalescens cum sq. verbo, peperit κλύοιμ', et quod pro σιγῶσα Flor. et Farn. habent σιγῶντι, arguit etiam in hoc verbo turbatum esse.

Vs. 236. Vulgo legitur

χαρὰ μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη.

Scholiastes ad Odyss. υ, 471, et Eustathius ad eundem locum p. 1872, 64, hunc versum ut Sophocleum citantes sic legunt: prior χάρμα ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλουμένη, alter ἐκκαλούμενον, quae indicio sunt versum non plane liquidum esse. Scribendum putavi:

χαρᾷ μ' ὑφέρπει δάκρυον ἐκκαλούμενον.

Non quod negem recte dici χαρά μ' ὑφέρπει, *gaudium me subrepit;* sed dicitur hoc de gaudio quod tacite et sensim oritur, sicut vs. 450 ἄλγος ὑφέρπειν dicitur de dolore qui quasi clam subrepit. Sed de gaudio repentino, quod subito lacrimam alicui exprimit non recte dici credo *gaudium me subrepit;* optime vero *prae gaudio lacrima mihi subrepit* sive *suboritur.* Non dissimile huic est quod Sophocles dicit Electr. 1222: γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἀπό. Comparandum quoque hoc in eadem fabula, vs. 894:

χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων. et quod Aeschylus infra vs. 541 sic dicit: ὥστ' ἐκδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο.

Vss. 238—241 sic edi solent:

ΧΟ. τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;
ΚΛ. ἔστιν, τί δ' οὐχί; μὴ δολώσαντος θεοῦ.
ΧΟ. πότερα δ' ὀνείρων φάσματ' εὐπιθῆ σέβεις;
ΚΛ. οὐ δόξαν ἣν λάβοιμι βριζούσης φρενός.
ΧΟ. ἀλλ' ἤ σ' ἐπίανέν τις ἄπτερος φάτις;

Primus versus non unam ob caussam viros doctos offendit. Schützius responsum Clytaemnestrae non satis congruere interrogationi arbitratus, sic interpungendum conjecit:

τί γάρ; τὸ πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;

Probant hoc Franzius et Hermannus, obloquitur Blomfieldius Doederlinum secutus; et jure. τί γὰρ enim sic positum habet vim *asseverandi* et semper ponitur post verba quibus affirmandis inservit. Res nondum ita in aperto, ut supervacuum sit eam nonnullis exemplis declarare. In Agam. vs. 1138 Cassandra haec dicit:

ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες;
οὐδέν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην· τί γάρ;

ibi τί γάρ; additur ad affirmandum proximum ξυνθανουμένην. *Nonne ita est?* Ibidem vs. 1239 dicit:

καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω· τί γάρ;
τὸ μέλλον ἥξει.

h. e. *perinde mihi est, si vobis non persuadeam: quid enim refert?* In Eum. 677 sq. Chori versus sic legendi videntur:

ΧΟ. ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος.
μένω δ' ἀκοῦσαι, πῶς ἀγὼν κριθήσεται.
ΑΘ. τί γὰρ πρὸς ὑμῶν, πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;

Quid enim vestra refert, quomodo inculpatus, h. e. *secundum jus et aequum, sententiam feram?* Proximi autem versus ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ' non *Choro*, sed *Apollini* tribuendi. In Euripidis Or. vs. 481 Tyndareo quaerenti:

Μενέλαε, προσφθέγγει νιν ἀνόσιον κάρα;

respondet hic:

τί γάρ; φίλου μοι πατρός ἐστιν ἔκγονος.

i. e. *profecto*, sive *quidni eum compellem?* Itaque nostro loco si legeretur τί γάρ; hoc referretur ad proxime antecedens Clytaemnestrae dictum: εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ, et significaret *quidni sim εὖφρων*? quod a sensu alienum. Ergo Schützziana illa interpunctio probari nequit.

Aliud quod in hoc versu offendit est articulus: τί γὰρ τὸ πιστόν ἐστι — Ostenderunt quidem viri docti, quod sane non opus erat probatu, articulum recte pronomini interrogativo addi, sed non probarunt, h. l. recte additum esse. Articulus enim additus significat rem definitam, sive ea jam prius memorata sit sive per se determinata. Ut exemplis utar a Blomfieldio allatis, in Euripidis Herc. Fur. 151: τί δῆ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει; ibi τὸ σεμνὸν est illud quo gloriari soles ὡς ἀρίστου φωτὸς δάμαρ, ut in praegresso versu dixit. In Sophoclis Oed. C. vs. 598: τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς; τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρ. est definita notio, quare articulus hic addi posset etiam si haec verba non referrentur ad rem prius indicatum; spectant vero ad antegressum Oedipi dictum: πέπονθα, Θησεῦ, δεινὰ πρὸς κακοῖς κακά. Plura exempla suppeditat Bernhardy, Wiss. Synt. p. 324 sq. Itaque h. l. τὸ πιστὸν recte se haberet, si vel prius dixisset Clytaemnestra certum sibi esse rei indicium, vel si τὸ πιστὸν τέκμαρ esset definita res. Neutrum obtinet. Quare mihi quidem vitiatum esse hunc versum non est dubium, partim quia articulus non congruit, partim quod interrogatio nec responso concinit nec cum sequentibus interrogationibus πότερα δ' ὀνείρων et ἀλλ' ἢ — φάτις; bene cohaeret. Naturalis ordo hic est, ut primum quaeratur, num certum aliquod sit rei indicium; deinde, quale vel quodnam illud sit. Ergo scribatur:

ἦ γάρ τι πιστόν ἐστι τῶνδέ σοι τέκμαρ;

ἦ γὰρ in interrogatione ita frequens est, ut exemplis non opus sit. TI et H facillime permutata. Huic plane quadrat responsum: ἔστιν· τί δ' οὐχί;

Quod deinceps sequitur Clytaemnestrae responsum οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι interpretantur *non recipiam* sive *probem dormitantis mentis visum*, vel, *nullam rationem habere soleo somniorum*. Neutrum vero verbi significationi convenit. λαμβάνειν δόξαν eodem modo accipiendum quo λαμβάνειν φόβον, ὀργήν, ἐλπίδα, h. e. *iram*, *spem*, *metum concipere*, sive *his motibus affici*: significat ergo *somniorum visis affici*. Negaret igitur Clytaemnestra somnia sibi solere obtin-

gere, quod ineptum est; immo hoc dicere et voluit et debuit, ea quae narrat non esse somniorum visa. Quare pro λάβοιμι scribendum erat οὐ δόξαν ἂν λάκοιμι, *non crepare, non jactare soleo dormitantis mentis visa.* Verbum λακεῖν Aeschylo haud infrequens, et crebra est permutatio literarum K et B. In praecedente versu εὐπιθῆ est Blomfieldii emendatio pro εὐπειθῆ, recepta Dindorfio et Hermanno.

Vs. 244. Pro ποίου χρόνου scripsi πόσου χρόνου, quod idem significat atque διὰ πόσου χρόνου, *quanto tempore interjecto, quamdudum*, idque Atticis dicitur pro *quando?* Eupolis in Plutarch. Nic. 4: πόσου χρόνου γὰρ ξυγγεγένησαι Νικίᾳ; Aristoph. Acharn. 83.

Vs. 247. Pro ἀγγέλων scripsi ἀγγέλλων, quia, si ἀγγέλων legatur, ambigua est structura, jungendumne sit τίς ἀγγέλων an τόδ' ἀγγέλων τάχος. Tolles hanc ambiguitatem et meliorem efficies constructionem legendo ἀγγέλλων, quod proposuit jam Stanleius. Simplex λ pro duplici est frequens in hoc verbo scripturae vitium. *Quis*, dicit, *tantam celeritatem perferendo nuntio exsequatur* sive *exaequet?* ἐξικέσθαι usitate cum participio construitur, ut in Herod. II, 34: ὅσον ἡμεῖς ἱστορέοντες ... οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι.

Pulcerrimae quae sequitur τῆς φρυκτωρίας descriptioni plures adhuc inhaerebant maculae, quas detergere sum conatus.

Vs. 252. Vulgo sic legitur:

> ὑπερτελής τε, πόντον ὥστε νωτίσαι,
> ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος πρὸς ἡδονὴν
> πεύκη, τὸ χρυσοφεγγὲς, ὥς τις ἥλιος,
> σέλας παραγγείλασα Μακίστου σκοπάς.

Dicit poëta, facem trajecto mari lumen pertulisse ad Macisti cacumina. Jam statim subobscurum illud ὑπερτελής τε πόντον ὥστε νωτίσαι. — Adjectivum ὑπερτελὴς notat secundum Hesychium ὑπὲρ τὸ τέλος ἀφικομένη, quam significationem tam etymologia quam usus probant: ergo lux ὑπερτελὴς dicitur *quae certum spatium emensa est, superavit.* Cum hoc autem languidius copulatur illud πόντον ὥστε νωτίσαι, h. e. *ut mare stringeret* sive *transfretaret*, quod aeque friget ac si quis diceret: „cursor stadium emensus ita ut spatium percurreret." In Flor. et Farn. pro ὑπερτελής τε legitur ὑπεὶρ ἕλης τε, addita glossa ὑπὲρ τὸν ἑλλήσποντον, unde

conjicere aliquem memini Ἕλλης ὑπέρ τε πόντου. Falso: descriptum enim iter quisquis attenderit, agnoscet *Hellesponto* hic non esse locum. Hoc igitur correctori relinquendum. Majorem etiam difficultatem facit quod nominativo ἰσχὺς λαμπάδος deest verbum, ad quod referri quoque oporteat illud πρὸς ἡδονήν, quod adverbii instar est et significat *laete, luxuriauter.* ἐξεδέξατο e praecedentibus hic tacite repeti, ut voluit Hermannus, nec sensus verborum nec junctura sinit. Sunt qui in vocibus πρὸς ἡδονὴν verbum latere opinati sunt; sed dictum hoc tam sensui quam hilari orationis colori conveniens est, quare aegre eo careamus. Certe quod ei substituendum conjecit Elmsleius προσήνυσεν, quamvis commendatum ab Hartungio, jure a Thierschio est improbatum. Hartungius fallitur primum in eo quod προσανύειν exstare dicit apud Xenophontem: in Xenophonte legitur προανύτω, Cyrop. IV, 5, 22. προσανύω, -τω frustra in Stephani Thes. quaesivi. Dein si ἀνύτω Atticis intransitive ponitur pro *proficere, properare*, non sequitur eandem significationem inesse in compositis; compositum autem προσανύτω pro simplici ἀνύτω poni non magis licet quam ex. gr. pro σπεύδω diceres προσπεύδω, vel pro χωρεῖν ὁδὸν poneres προσχωρεῖν.

Probabilius est verbum latere sub participio παραγγείλασα, quod ipsum manifesto vitiosum puto. Nam ut recte λαμπὰς dicitur παραγγέλλειν, *nuntium perferre* ad alterum, uti mox vs. 260, ita παραγγέλλειν σέλας, h. e. *fulgorem nuntiare* pro *fulgorem nuntii vice mittere*, hoc graece non magis quam latine ferendum puto. Dissimile huic est φῶς σημαίνειν vs. 259. Felicissime igitur Bergkius pro hoc conjecit παρηγγάρευσε, h. e. ἀγγάρου δίκην ἔπεμψε s. παρῆκεν. Etsi haec non est vulgaris significatio verbi ἀγγαρεύω, quod plerumque notat *ad ἀγγάρου ministerium aliquem cogo*, est tamen analogiae consentanea et, si quid video, antiquior putanda. Vocabulum autem πεύκη, ut appositio v. ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος, nimis languide additum est quam ut ferri queat; mutandum hoc necessario in πεύκης, ut junctura sit πεύκης τὸ σέλας παρηγγάρευσε Μακίστου σκοπαῖς. Ultimum hoc σκοπαῖς pro σκοπάς jure e Turn. et Vict. recepit Wellauerus et nuper Blomfieldius; Hermannus scripsit Μακίστου σκοπῷ; sed magis poëticum est ut ipsa specula dicatur flammam attollere quam custos speculae; accedit quod unus σκοπὸς ad hoc opus vix sufficiebat. Cf. vs. 275: Ἀραχναῖον αἶπος, ἀστυγείτονας σκοπάς. Jam nihil amplius requirebatur, nisi ut in priore sententiae membro pro ὥστε νωτίσαι legeretur ὡς ἐνώτισεν, quae vix potest mutatio dici, quum termi-

nationes -εν et -αι simili compendio scribi soleant. Inde talis nascitur lectio, in qua protasis et apodosis optime sibi respondent:

ὑπερτελὴς τε πόντου ὡς ἐνώτισεν
ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος, πρὸς ἡδονὴν
πεύκης τὸ χρυσοφεγγὲς ὥς τις ἥλιος
σέλας παρηγγάρευσε Μακίστου σκοπαῖς.

Optime copulantur ὑπερτελὴς πόντου ἐνώτισεν, *superando mare strinxit*, quemadmodum adjectiva saepe cum verbis conjunguntur. Iliad. γ, 313: ἄψορροι προτὶ Ἴλιον ἀπονέοντο. Sophocl. Oed. R. 193: νωτίσαι πάτρας ἄπουρον. Non perspecta significatio verbi νωτίσαι Musgravio ansam dedit conjiciendi φωτίσαι. Pro πρὸς ἡδονὴν speciosa est Schützii conjectura πρὸς ἐκδοχήν.

Vs. 256. Pro οὐδ' ἀφρασμόνως Turnebus οὐδ' ἀφράσμων ὥς. Est haec sane structura perusitata. Iliad. ο, 196: μή τι με πάγχυ κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι. υ, 244: μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα νηπύτιοι ὥς. Aeschyl. Agam. vs. 277: παιδὸς νεᾶς ὥς κάρτ' ἐμωμήσω φρένας. vs. 1194: θηρῶ τι τοξότης τις ὥς. Sed etiam adverbium recte se habet: ἀφρασμόνως est idem quod ἀφρασμοσύνῃ, *mentis socordia, negligentia.*

Vs. 266 sqq. sic vulgo legebantur:

φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
φρουρὰ πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων·
λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψεν φάος,
ὄρος τ' ἐπ' Αἰγίπλαγκτον ἐξικνούμενον
ὥτρυνε θεσμὸν μὴ χαρίζεσθαι πυρός.

Verba πλέον καίουσα τῶν εἰρημένων, sive interpretere *plus* (*lignorum*) *cremans quam supra dictae speculae*, sive *plus cremans quam jussum erat*, ita frigent ut ne pedestrem quidem sermonem deceant. Probabile mihi videbatur in codice ita scriptum fuisse:

φάος δὲ τηλέπομπον οὐκ ἠναίνετο
φρούρ' ἄγγελον δαίουσα τῶν εἰρημένων.

Mutato ΓΤ in Π ex ΦΡΟΥΤΡΑΓΓΕΛΟΝ facilime fieri potuit ΦΡΟΥΤΡΑΠΛΕΟΝ. Ita ἄγγελον τῶν εἰρημένων appositione additum esset vocabulo φάος, sicut paullo ante πομποῦ πυρός, et superius de eadem re ἀγγέλου μέρος dixit. Si verum esset ἄγγελος, necessario sequebatur ut pro καίουσα scribendum esset δαίουσα; flamma enim *accenditur*, non *crematur*. Sensus foret: *flammam longe splendentem non negavit* (*prompte suppeditavit*) *spe-*

culae praesidium, accendens eam *nuntiam dictorum*, h. e. eorum quae indicata erant. His dudum a me scriptis, novam video lectionem a Dindorfio prolatam hancce:

φρουρὰ προσαιθρίζουσα πόμπιμον φλόγα.

Sumsit hanc e glossa non nominati auctoris apud Hesychium s. v. quam ille Aeschylo tribuere et in locum verborum πλέον καίουσα κτἑ. reponere non dubitavit. Egregium sane inventum et admodum verisimile. Nam cum Hesychius plures habet glossas ex Aeschylo petitas, tum haec dictio Aeschyleum habet colorem atque huic loco plane convenit. Credibile igitur, poëtae manum obscuratam fuisse et deinde vacuum locum a grammatico qualicumque modo esse expletum. Sed etiam iteratum φάος (φάος δὲ τηλέπομπον — ἔσκηψεν φάος) nimis friget quam ut poëtae incuriae tribuatur; quare hoc quoque germanae lectioni substitutum credo, quam hanc fuisse conjicio:

λίμνην δ' ὑπὲρ Γοργῶπιν ἔσκηψιν θορόν.

Sic paullo ante ὑπερθοροῦσα πέδιον Ἀσώπου. Verbum ΘΟΡΟΝ sequente ΟΡΟΣ facile potuit obscurari.

In postremo versu μὴ χαρίζεσθαι contrarium dicit ei quod dici debuit; χαρίζεσθαι etiam per se inconveniens, quia non de officio gratuito, sed de re imperata sermo est. Nihil non excogitatum est ab interpretibus, quo vitium emendaretur. Musgravius conjecit μὴ παρίεσθαι, *ne ignis ordo intermitteretur;* Heathius μὴ χατίζεσθαι, *ne desideraretur* vel *ne deficeret;* Martinius μὴ χρονίζεσθαι, *ne moram pateretur;* Bergkius ἀγγαρίζεσθαι, factum ab ἄγγαρος, supra vs. 282. Omnia haec ingeniose; mirum vero neminem incidisse in id quod ante oculos erat, dudum ostensum a Wellauero in Lex. Aesch. nulla mutata litera legendum esse μηχαρίζεσθαι, quod verbum quamquam non alibi inventum, ut plura Aeschylea, est tamen optimae notae: derivatum a μῆχαρ, significabit vel μηχανᾶσθαι vel ἐπαρκεῖν, *commodare, subministrare.* Hesychius μῆχαρ, μηχάνημα, ὄφελος. Posteriore significatione non semel hoc vocabulo utitur Aeschylus. Praeterea vero pro θεσμὸν πυρός, quod significat non, ut plerique explicant, *jussum ignem*, sed *constitutam ignium (accendendorum) legem*, pro quo vs. 312, λαμπαδηφόρων νόμοι dicitur, sensus portulat ἕσμὸν πυρός, h. e. *longum ignis tractum, flammam alte emissam.* Cui optime respondet quod sequitur, πέμπουσι δ' ἀφθόνῳ μένει. Similiter Eurip. Bacch.

vs. 209 γάλακτος ἔσμους dicit, ubi cf. Porson. Convenit hoc cum eo quod mox sequitur φλογὸς πώγωνα. Itaque scripsi:

ὠτρύνεθ ἑσμὸν μηχαρίζεσθαι πυρός.

Rarior usus medii ὀτρύνεσθαι pro ὀτρύνειν fefellit librarium, quamquam Aeschylus saepe medias formas pro activis admittit, ut vs. 32 θήσομαι vel ἀθρήσομαι. vs. 39 λήθομαι. vs. 137 θύομαι. vs. 151 σπεύδομαι. vs. 370 ἀξιοῦμαι, alia.

Vs. 271. Libri sic:

πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει
φλογὸς μέγαν πώγωνα, καὶ Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ κάτοπτρον πρῶν' ὑπερβάλλειν πρόσω
φλέγουσαν· εἶτ' ἔσκηψεν, εἶτ' ἀφίκετο —

Legens haec statim quisque animadvertat, infinitivum ὑπερβάλλειν φλέγουσαν nihil habere unde pendeat. Wellauerus sic construit: πέμπουσι φλογὸς πώγωνα (ὥστε) ὑπερβάλλειν πρόσω φλέγουσαν (e constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον ad φλόγα relatum). Similiter Hermannus et Franzius, quorum tamen hic pro καὶ Σ. scripsit τοῦ Σαρωνικοῦ, ille καὶ explicat *adeo*. Constructio tamen haec probari nequit. Nam omisso ὥστε vel ὡς, infinitivus pendere debet vel a verbo πέμπουσι vel ab adjectivo μέγαν. Priore modo, πέμπουσι φλογὸς πώγωνα ὑπερβάλλειν Σ. πρῶνα significat *emittunt flammam ut superet Saronici freti promontorium;* altero modo, πέμπουσι φλογὸς πώγωνα μέγαν ὑπερβάλλειν est *emittunt flammam ita magnam ut possit superare.* Utraque constructio certe dura et insueta est. Intellectum illud ὡς addi debuisse censeo, idque restitui poterit sic legendo: πέμπουσι ... φλογὸς μέγαν πώγωνα χὡς ...ὑπερβάλλειν πρόσω φλέγουσαν. — χὡς, h. e. καὶ ὡς, per hyperbaton non insolitum particulae καὶ dictum pro ὡς καὶ... ὑπερβάλλειν, *ut superet adeo* etc. Particulae καὶ et ὡς ob similitudinem notarum facile altera alteram obscurare potuerunt. Hoc magis mihi placet quam Schützii emendatio:

—— καὶ Σαρωνικοῦ
πορθμοῦ κάτοπτον πρῶν' ὑπερβάλλει πρόσω
φλέγουσα· κᾆτ' ἔσκηψεν ἔς τ' ἀφίκετο —

In qua lectione languida certe est repetitio copulae: καὶ Σαρωνικοῦ πορθμοῦ — κᾆτ' ἔσκηψεν — κἄπειτ' Ἀτρειδῶν. Postremum vero ἔςτ' pro εἶτ', quae est emendatio Stanleji, merito a

pluribus receptum est. Quod objicit Wellauerus, ἔσκηψεν ἔς τ' ἀφίκετο ideo probari non posse, quia σκήπτειν idem fere sit quod ἀφικέσθαι, in eo fallitur; aeque haec differunt ac si latine diceres: „flamma *perrexit ire*, donec *perveniret* ad m. Arachnaeum."

Ceterum improbabile mihi videtur quod excogitavit Hartungius qui scribi vult: ὑπερβάλλων πρόσω φλέγουσαν αἶτ' ἔσκηψεν, ἔςτ' ἀφίκετο. Illud αἶτ(α)' eruit ex Hesychii glossa ἀΐτα, πνοήν, quam ductam vult a nominativo ἀΐς; pro quo probabilius, quod Fixius in Stephani Thesauro censet, ἀΐτα itacismi vitio factum esse ex ἀήταν, ab ἀήτης, h. e. πνοή. Valde dubito an quisquam Atticorum istud αἶτα intellexisset; praeterea σκήπτειν, ut plerumque, ita in toto hoc loco intransitive ponitur. — Ceterum quod libri habent κάτοπτρον pro κάτοπτον, defensum a Bernhardyo Synt. p. 50, jure explosit Hermannus ad h. l.

Vs. 277. Quod vulgo legitur οὐκ ἄπαπτον Ἰδαίου πυρός, me judice, valde friget. Vocabulo ἄπαπος ita demum sua vis erit, si legatur οὐκ ἄπαπτον Ἰδαίου πατρός. Significat, signi hujus revera principium et parentem esse Ἥφαιστον Idaeum (vs. 247), a quo tanquam avo tota illa ignium series esset propagata.

Vs. 278. τοιοίδ' ἕτοιμοι λαμπαδηφόρων νόμοι
ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι.

Miror criticos non haesisse in verbis ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχαῖς πληρούμενοι, quae nemo, quantum comperi, liquido explicuit. λαμπαδηφόρων νόμοι est *lex*, *ordo*, idem quod λαμπαδηφόρων ἀγών, ut qui certa lege et modo ordinatus esset; non vero significat, sicut multi acceperunt, diversas specularum vel cursorum *stationes*. Jam quo refertur ἄλλος παρ' ἄλλου πληρούμενοι? ἄλλος παρ' ἄλλου ad νόμοι referri nequit; nam certaminis *lex* s. *modus*, etiamsi plurali numero dicatur, est unum; illud ad plura spectat. Referendum igitur hoc ad primarium nomen λαμπαδηφόρων, cujusmodi constructio interdum obtinet. At huic rursus non quadrat verbum πληρούμενοι. νόμοι πληρούμενοι, *lex impleta*, *certamen impletum*, intelligitur; at *cursores vicibus impleti* difficile intellectu. Ob has rationes mendam subesse opinatus versum sic corrigendum putaveram:

ἄλλος παρ' ἄλλου διαδοχὰς κληρούμενοι,

cursores alius ab alio vices sortiti sive *sorte excipientes*. Lectio haec nihil habet quod reprehendas. Tamen errasse me agnovi, idque,

ne cui idem fortasse eveniat, monendum putavi. Nimirum subtilius verba distinguendo aberraveram a sensu. Poëta liberiore usus est constructione: ἄλλος παρ' ἄλλου jungendum cum διαδοχαῖς et verba sic explicanda: *vicibus alius ab alio exceptis completi* (οἱ λαμπαδηφόροι), quod idem alio modo sic dicatur: *completis vicibus quas alius ab alio excepit;* πληροῦντες τὰς διαδοχὰς ἄλλος παρ' ἄλλου (ἐκδεξάμενοι). — Ceterum pro τοιοίδ' ἕτοιμοι Porsonum aliosque dedisse τοιοίδε τοί μοι, cum Hermanno equidem miror.

Finita Clytaemnestrae narratione, Chorus respondet, ut vulgo legitur, his verbis:

Vs. 283: θεοῖς μὲν αὖθις, ὦ γύναι, προσεύξομαι·
λόγους δ' ἀκοῦσαι τούσδε κἀποθαυμάσαι
διηνεκῶς θέλοιμ' ἄν, ὡς λέγοις πάλιν.

Pro αὖθις Chorus, ni fallor, dixit αὐτίκ'. αὖθις dicitur quum rem differimus, *in aliud tempus* rejicimus, ut in noto Homeri dicto, Il. α, 140: ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις. Chorus vero, ut religiosus deorum cultor, statim se eos veneraturum dicit, quando admiratione satiatus erit, sicut etiam mox facit vs. 321: Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ κτέ. Permutatio eo facilior quia αὖθις in libris saepe scribebatur αὖτις.

In ultimo versu merito displicuit interpretibus illud ὡς λέγοις πάλιν: nam neque decens profecto erat reginam rogare, ut iteraret rei narrationem, neque apte h. l. ὡς positum pro *itaque*, quo λέγοις πάλιν cum praegresso θέλοιμ' ἄν ita copularetur, quasi alterum sponte ex altero sequeretur; quo sensu recte dictum est supra vs. 38: τὰ δ' ἄλλα σιγῶ ... ὡς ἐκὼν ἐγὼ μαθοῦσιν αὖδῶ κτέ. Hermannus et Dindorfius e Bothii conjectura scripserunt: — οὓς λέγεις, πάλιν. At quomodo πάλιν quadret praecedenti διηνεκῶς non video: *audire et admirari assidue* (vel *plane*) *cupio* — *iterum!* Corrigendum potius οὓς λέγεις πάλαι. Notum est πάλαι dici etiam de rebus paullo ante actis; intelligit autem et proximam narrationem et praegressa dicta, quae Choro lacrymam prae gaudio expresserant. Eodem plane sensu in Prom. 845 τῶν πάλαι λόγων ἴχνος dicitur de praegressa narratione.

Vs. 287. Pro βοὴν ἄμικτον Hartungius scripsit βόημα μικτόν, quia clamor qualis hic describitur, ovantium et lamentantium, est *permixtus* sonitus; contra ἄμικτος foret clamor *concors*, unum om-

nium efficiens concentum. Ob eandem rationem ipse aliquando conjeceram legendum βοὴν ἄμμικτον, h. e. ἀνάμικτον, sicut ἄμμιγα legitur in Sophoclis Trach. vs. 829 et Aeschyli Sept. ad Th. 239 (alii ἀνάμιγα). ἀνδαίοντες Agam. vs. 305. κατθανεῖν vel κακτανεῖν Choëph. 144. Sed servandum ἄμικτον, quod significat non modo *impermixtum*, sed etiam *qui misceri nequit*, *insociabilem*, h. e. clamorem *dissonum*, τῶν ἀλόντων καὶ κρατησάντων δίχα. Significationis, si qua est, ambiguitas ipso verborum sensu tollitur. Sequuntur deinceps haecce:

Vs. 288. ὄξος τ' ἄλειφά τ' ἐγχέας ταὐτῷ κύτει,
διχοστατοῦντ' ἂν οὐ φίλως προσεννέποις,
καὶ τῶν ἀλόντων κτέ.

Pro οὐ φίλως multi receperunt Stanleji emendationem διχοστατοῦντ(ε)' ἂν, οὐ φίλω, προσεννέποις, approbante Hermanno; mihi videtur haec verborum oppositio hic minus conveniens quam librorum lectio διχοστατοῦντ' οὐ φίλως, h. e. δυσφίλως, ἐχθρῶς, *inimice dissidentia*, *plane discordia*. Sed haereo in verbo προσεννέποις. προσεννέπειν significat aliquem *compellare* vel *appellare;* posteriore significatione est in hac fabula vs. 163 et vs. 1291; pro *dicere*, sicut hic accipiendum est, vix recte poni videtur. Quare conjicio v. προσεννέποις obliteratis literis βλ depravatum esse e προσεμβλέποις. Bicompositum hoc ideo recte dictum, quia ἐμβλέπειν sign. simpliciter *spectare;* hoc apte respondet sequenti ἀκούειν.

Vs. 292. Haec in libris sic leguntur:

οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες
ἀνδρῶν κασιγνήτων τε καὶ φυταλμίων,
παῖδες γερόντων —

Antitheta παῖδες γερόντων cum praegressis σώμασιν ἀνδρῶν, κασιγνήτων τε καὶ φυταλμίων non bene congruunt; nec tollitur difficultas jungendo φυταλμίων παῖδες γερόντων, ut φυτάλμιος pro adjectivo accipiatur. Ipsa quoque antithesis, qua *pueri senum* corpora amplecti dicuntur, quaesita potius quam apta est. Hermannus vitium tolli putavit legendo καὶ φυταλμίων παῖδες τεκόντων: „maritis fratribusque memoratis tertii adjici patres debebant, quibus si est παῖδες additum, sponte patet ad cetera nomina similiter uxores sororesque debere intelligi." Haec ille. Secundum hanc explicationem verba explenda forent hunc in modum: *pars strati super*

corpora (uxores) maritorum, (sorores) fratrum, liberi parentum. Sed vellem talem brachylogiam exemplis probasset, quae certe non probatur ex. gr. Hesiodeo hocce Opp. vs. 182:

οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος, οὐδέ τι παῖδες

supple πατρί. aut ejusmodi exemplis qualia affert Kühner Gr. Gr. § 852 (h). Ab accuratiore Aeschyli stilo hoc alienum puto. Accedit quod pleonasmus φυταλμίων τεκόντων in hac enumeratione non valde gratus est. Alia medicina requiritur. Poëta occisos enumerat tam propinquitate quam aetate dispares, maritos, fratres, parentes, pueros, senes. Quare sic legendum judico:

οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ σώμασιν πεπτωκότες
ἀνδρῶν, κασιγνήτων τε καὶ φυταλμίων,
παίδων, γερόντων

Copula inter duo postrema vocabula recte abest propter oppositam significationem. φυτάλμιος hic pro substantivo habendum esse satis ostendit junctura, etiamsi, ut in rariore vocabulo, exemplum non suppetat. Parum tamen distat hoc Sophoclis Oed. Col. vs. 150: ἀλαῶν ὀμμάτων ἄρα καὶ ἧσθα φυτάλμιος; quod idem est ac φύτωρ ἧσθα s. ἔφυσας αὐτά. Quod pro πεπτωκότες Stanleius conjecit πιπτωκότων, id librorum lectioni nequaquam est anteponendum.

Vs. 296. Vulgo sic:

τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος
νῆστις πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει πόλις
τάσσει.

νῆστις multo melius jungitur cum τοὺς δ' quam cum πόνος, sic latine dicas: *illos nocturnus belli labor jejunos traducit ad prandia:* quare jure a Dindorfio et Hermanno praelata est lectio Farn. νήστεις. Sed quid sibi vult additum ὧν ἔχει πόλις? Explicant: *prandia ex iis quae habet urbs;* quod sane frigide adjectum. Scribendum πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει κόνις. Victores vescuntur prandio eorum *quos pulvis* s. *humus habet.* Sophocl. apud Strabon. IX, p. 399: ἐδέξατο βαγεῖσα Θηβαίκ κόνις. Verbum ἔχειν hoc sensu frequens. Aeschyl. Choëph. 65: τοὺς δ' ἄκρατος ἔχει νύξ. ibid. 316: ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναί.

Vs. 302. Pro ὡς δυςδαίμονες ambigas praeferasne Stanleji emendationem ὡς δ' εὐδαίμονες, an quod Hermannus olim conjecit ὡς δὲ δαίμονες; nam quod idem nuper scripsit ὡς δ' ἀλήμονες, silentio praetereo. *Deorum vita* proverbio dicta pro secura et ju-

cunda. Notum est Hesiodi dictum de aureo seculo, Opp. vs. 112: ὥς τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες. Nec minus Terentianum illud e Graeco expressum Heaut. IV, 3, 15: „Deorum vitam apti sumus." cf. Aeschyl. Pers. vs. 697. Tamen hoc sensu haud scio an δαίμονες pro θεοὶ inusitatum sit; quare praefero ὡς δ' εὐδαίμονες, qui vocantur κατ' ἐξοχὴν *divites*, *reges*, ut infra vs. 1303. Emendatio haec eo probabilior quod δυς et εὖ admodum similia nec semel permutata sunt. Paleji explicationem jungentis ὡς — εὐδήσουσι, *quum miseri jam sine excubiis totam noctem dormituri sint*, non necesse puto redarguere.

Vss. 304—6. Pro εὐσεβοῦσι plures critici, Blomfieldius, Hermannus, Dindorfius, alii, scripserunt εὖ σέβουσι, auctorem secuti Valckenaerium ad Eurip. Phoen. vs. 1331, qui non tulit εὐσεβεῖν, h. e. *pie se gerere*, cum accusativo junctum, ejusque loco et in Aeschylo (h. l. et in Eum. 1020) et in Euripide scribi jussit εὖ σέβειν. Quod ut linguae legi consentaneum esse agnosco, an tamen usu firmetur dubito. Sunt certe versus qui hanc divisionem vix admittunt, ut hic Euripidis Troad. 85 sq.

ὡς ἂν τὸ λοιπὸν τἄμ' ἀνάκτορ' εὐσεβεῖν
εἰδῶσ' Ἀχαιοὶ θεούς τε τοὺς ἄλλους σέβειν.

ubi si scribatur εὖ σέβειν, quidquid contra dicit Seidlerus, admodum invenuste iteratum erit σέβειν. Aeschylo autem quominus εὐσεβεῖν τινα abjudicemus, facit quod idem etiam ἀσεβεῖν cum accusativo jungit Eum. vs. 270: ἢ θεὸν ἢ ξένον τιν' ἀσεβῶν. pro quo Hermannus, parum sibi constans, scripsit οὐκ εὐσεβῶν. Cui argumento quae objicit Ellendt in Lex. Soph. s. v. εὐσεβεῖν, nullius sunt momenti: nam si ἀσεβεῖν θεὸν significat, ut ille vult, *impio facto deum violare*, quid obstat quominus εὐσεβεῖν θεὸν significet *pie agendo deum colere* sive *honorare?* Et eadem ratione dicitur εὐλογεῖν, εὐφημεῖν, εὐεργετεῖν τινα. Ideo εὐσεβεῖν, quod codices praebent, non mutandum duxi.

In sequente versu certissima est Stanleji emendatio pro verbis — αὖθις αὖ θάνοιεν ἄν legentis:

οὐκ ἄν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἄν.

ἀντὶ in compositis non semel obliteratum. Ita in Aristophanis Plut. 980 pro ἐκείνῳ πάντα ταῦθ' ὑπηρέτουν recte Hemsterhusius scripsit πάντα γ' ἀνθυπηρέτουν. In Stobaei Floril. Tit. I, 85, pro

ἄνευ ἀνάγκης τοῦ τι ἂν δρᾶσαι recte Jacobsius Lectt. Stob. p. 22 correxit τοῦ ἀντιδρᾶσαι. Similiter loquitur Aeschylus Choëph. vs. 144: τοὺς κτανόντας ἀντικακτανεῖν (ἀντικατθανεῖν). ibid. vs. 499: εἴπερ κρατηθεὶς ἀντινικῆσαι θέλεις. Ceterum particulis ἄν γε nimis adversarium se praebuit Hermannus in Opusc. Acad. T. IV. p. 377 sq. et ad Sophoclis Ant. p. 743, aeque ac Dindorfius, qui h. l. pro οὐκ ἄν γ' scripserunt οὐτἂν sive οὔ τἂν, h. e. οὔτοι ἄν. Mihi Hermanni rationes non persuadent; simplex οὐκ hic aptius puto quam οὔτοι. Hartungius, qui bellum indixit geminatae particulae ἄν, infeliciter verba sic refinxit: οὐκ ἀνθελόντες αὖθις ἀνθάλοιεν ἄν.

Vs. 308. Pro πορθεῖν Victor. lectionem ποιεῖν perperam recepit Hermannus: quippe notio τοῦ πορθεῖν ἃ μὴ χρὴ inest jam in adjecto κέρδεσιν νικωμένους, unde frigida oriretur tautologia. Proximi autem versus vulgo sic leguntur:

Vs. 309. δεῖ γὰρ πρὸς οἴκους νοστίμου σωτηρίας
κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν·
θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος εἰ μόλοι στράτος,
ἐγρήγορον τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἄν, εἰ πρόςπαιτα μὴ τύχοι κακά.

In his versibus plura sunt quae offendunt, sive dictionem sive sensum spectantia. Primum male copulantur δεῖ ... σωτηρίας, κάμψαι κτέ. quod non potest explicari supplendo ὥστε, h. e. *opus est salvo reditu, ut iterent cursum:* pro hoc contrario dici oportuerat, *opus est iterare cursum, ut salvi redeant.* Neque infinitivus κάμψαι potest haberi pro appositione s. epexegesi genitivi σωτηρίας; nam ambo haec nequaquam sunt eadem. Quae sequuntur θεοῖς δ' ἀναμπλάκητος κτέ. ineptum habent sensum: „si exercitus non peccet in deos, occisorum ira in eos excitabitur." Pulcra vero pietatis merces! Multi, etiam Hermannus, pro hoc receperunt quod conjecit Stanlejus: θεοῖσι δ' ἀμπλάκητος. „si peccent adversus deos, occisorum ira in eos saeviet." Ne haec quidem congruunt. Dii impie facta ipsi ulciscuntur, nec egent ad hoc occisorum manibus. Denique mire his adjectum εἰ πρόςπαιτα μὴ τύχοι κακά. Frustra interpretes ex his probabilem sensum extorquere studuerunt, quo magis miror recentissimos editores tacite praeteriisse palmariam H. L. Ahrensii emendationem, approbatam a Franzio, qui versus sic transposuit ut in textu descripsi, mutato τύχοι in τεύχοι, quo omnia sunt liquida. Quod libri praebent ἐγρήγορον, adjectivum hoc quamquam notatum ab

Hesychio et usurpatum a recentioribus, tamen participio ἐγρήγορος cedere debere cum Porsono, Lobeckio, aliis, censuit Hermannus.

Vs. 315 sq. sic edi solent:

τὸ δ' εὖ κρατοίη, μὴ διχορρόπως ἰδεῖν·
πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ὄνησιν εἰλόμην.

In priore versu vulgo virgula ponitur post κρατοίη, quasi infinitivus ἰδεῖν per se positus sit; immo constr. κρατοίη ἰδεῖν, *valeat, ratum sit ut bona videamus haud ambigue!* ἰδεῖν est subjectum verbi κρατοίη, nominativi instar positum, ut quum dicitur γένοιτο ἰδεῖν, εἴη ἰδεῖν. Verbum κρατεῖν eodem sensu est in Aeschyli Suppl. 293: φάτις πολλὴ κρατεῖ. Sophocl. Oed. R. vs. 978: ἄνθρωπος ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ. Ceterum τὸ εὖ (h. e. *felicem sortem*) ὁρᾶν pro *adipisci* graecis aeque ac latinis usitata dictio est. Cf. Aesch. Pers. 712: θανόντα πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος. Sept. ad Th. 884. Sophocl. Ant. 6: οὔτ' αἴσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ' ὁπεῖον... οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

In proximo versu recte Hermannus scripsit τήνδ' ὄνησιν, quod multi receperunt; sed nec Blomfieldius verba recte interpretatur sic: *nactus sum hoc tempore multorum bonorum fruitionem;* nec ipse Hermannus ita: *hunc ego fructum multae prosperitati praefero.* Sensus postulat dici *praetulerim*, idque significat εἰλόμην, modo addatur ἄν, quod omitti nequit, ut vidit quoque Heathius: refertur enim ad illud quod optabat τὸ εὖ κρατοίη. Scripsi ergo: πολλῶν γ' ἂν ἐσθλῶν τήνδ' ὄνησιν εἰλόμην. cf. Demosth. Olynth. I, princ. ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω (τοῦτο) κτέ.

Vs. 323. Librorum lectio haec est:

— ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες
στεγανὸν δίκτυον, ὡς μήτε μέγαν
μήτ' οὖν νεαρῶν τιν' ὑπερτελέσαι
μέγα δουλείας
γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Primum haereas in verbis μήτε μέγαν μήτ' οὖν νεαρῶν τιν', in quibus μέγας oppositum νεαρῷ accipiendum pro γεραιὸς s. γέρων: parum recte. Quem autem attentius legentem non offendat quater deinceps repetitum μεγάλων — μέγαν — μέγα — μέγαν? Quare non dubitavi scribere:

ὡς μήτε γέρων
μήτ' οὖν νεαρῶν τις ὑπερτελέσαι —

ὡς ὑπερτελέσαι in optativo positum significat *eum in modum quo* sive *ut*. Similiter mox: τείναντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν — σκήψειεν. Forma optativi in -αι Aeschylo haud inusitata est. In hoc caussa vitii posita quod librarii ὑπερτελέσαι pro infinitivo habuerunt, quo sponte γέρων (prave lectum γέραν) in μέγαν mutatum est.

Deinde critici haeserunt in verbis δουλείας γάγγαμον ἄτης, in quibus duplex genitivus variis modis acceptus est. Alii utrumque suspensum faciunt a γάγγαμον, ut alter sit genitivus subjecti, alter objecti; alii ἄτης παναλώτου appositione junctum esse volunt cum δουλείας, ita distinguentes: δουλείας γάγγαμον, ἄτης παναλώτου; sic plerique. Hermannus denique poëticae dictioni maxime congruum putat, ut alter genitivus ex altero pendeat, sic: μέγα γάγγαμον ἄτης παναλώτου τῆς δουλείας, quo constrantur τῆς δουλείας ἄτη. Horum nihil venustum. In prima constructione obscuritas inest: aeque posset explicari δουλείας γάγγαμον *afferens* ἄτην, atque ἄτης γάγγαμον *afferens* δουλείαν. Alteram constructionem si attendas, fateare ἄτης παναλώτου minus apte explicationis caussa addi vocabulo δουλείας, quum illud gravius sit quam hoc; neque vero dubium est quin Aeschylus junxerit γάγγαμον ἄτης, quod etiam tanquam notum dictum laudatur a Polluce X, 132; et similiter dixit Prom. 1078 ἀπέραντον δίκτυον ἄτης. Minime vero omnium elegans mihi videtur Hermanni junctura, quam eo magis miror placere ei potuisse, quum ipse meliorem viderit, nempe eam qua δουλείας pro adjectivo habeatur; unde haec fit verborum constructio: μέγα γάγγαμον ἄτης δουλείας (δουλίας), cui additur grave hoc praedicatum παναλώτου, sicut Aeschylus amat geminare epitheta. Hac constructione nihil est liquidius: ἄτη δουλία est idem quod δουλεία ἀτηρά, *exitiosa servitus*, sicut ex. gr. Soph. Trach. 840 δολίαν ἄταν dicit pro δόλον ἀτηρόν, *exitiosam (Nessi) fraudem;* idem simili sensu dicitur infra vs. 1523. — δούλειος et δούλιος promiscue usurpat noster. Sic nulla est caussa cur verba μέγα δουλείας pro insititiis habeantur, ut visum Hartungio.

Vs. 328. Quae deinceps sequuntur, sic legebantur:

Δία τοι ξένιον μέγαν αἰδοῦμαι
τὸν τάδε πράξαντ', ἐπ' Αλεξάνδρῳ
τείνοντα πάλαι τόξον, ὅπως ἂν

μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.

Pro *μέγαν αἰδ.* legendum censui *μεγάλ' αἰδοῦμαι*, non modo ad evitandam ejusdem vocis repetitionem, sed propterea etiam, quod dicitur *Ζεὺς ξένιος*, *Ζεὺς μέγας*, non conjunctim *Ζεὺς ξένιος μέγας*; qua constructione praedicatum *μέγας* mirifice frigeret. Contrario errore paullo inferius vs. 384 codices *μεγάλα* habent pro *μέγαν*, quod approbantibus omnibus correxit Canterus. Ut usitate dicitur *μέγα τιμᾶν*, *σεβίζειν*, ita pro hoc etiam *μεγάλα* dici, ut *μεγάλ' αὐδᾶν*, *εὔχεσθαι*, *πνεῖν*, *μεγαλαυχεῖν*, tam apud Homerum quam apud Atticos poëtas, non opus est probatu. Quodsi codex aliquis pro *μεγάλ' αἰδοῦμαι* offerret *μεγάλ' αὐδῶμαι*, *Jovem magna voce praedico*, lubenter acciperem; foret enim hoc canentis Chori sensui plane congruum.

Dictum *ὑπὲρ ἄστρων* merito torsit Blomfieldium. *Supra sidera jaculari* per se audax hyperbole est, audacior etiam quam Virgilianum illud: *fama super sidera notus* (Aen. I, 379), pro quo modestius Homerus: *καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει* (Od. ι, 19). Sed nec sensui convenit: significaret enim *praealtum* s. *excellentem teli jactum;* at sensus contrarium postulat. Stanleius quidem, cum quo facit Hermannus, dictum explicari voluit e proverbio *εἰς οὐρανὸν τοξεύειν*, cujus tamen sensum neuter satis perspectum habuit: significat enim hoc non quod dicitur *aërem ferire*, *ἀέρα δέρειν* (Paulus Corinth. I, 9, 26), sed, ut recte explicat Suidas VI, 14, dicitur *ἐπὶ τῶν διακενῆς καθ' αὐθάδειάν τι ποιούντων*, h. e. in eos qui Gigantum modo ipsum coelum adoriuntur prae superbia. Id autem ab h. l. plane alienum. Verba *μήτε πρὸ καιροῦ* et *μήθ' ὑπὲρ ἄστρων* manifesto sibi sunt opposita: proprie igitur dicendum fuisset *μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ καιρόν* (posterius hoc dicit Xenoph. Mem. I, 3, 6), *nec citra nec ultra scopum* s. *lineam.* Jam Blomfieldio orta est suspicio, quam probavit Bothius, verba tali interpunctione explicari posse: *μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ (καιρὸν) ἄστρων βέλος ἠλίθιον σκήψειεν*, quo *ἄστρων βέλος* diceretur *fulmen*, ut in Eurip. Hipp. vs. 531. Sed ne dicam verba sic durius copulari vel potius divelli, Euripides quum *ἄστρων βέλος fulmen* vocat, hoc posuit pro *Διὸς βέλος*, ut saepe apud eundem *aether* pro *Jove;* ineptum vero foret dicere *Ζεὺς ἀπὸ τόξου σκήπτει ἄστρων βέλος*. Neque de *fulmine* hic cogitat poëta. Ob has rationes manifestum mihi est, locum emendatione

egere. Poëtam scripsisse credo *μήτε πρὸ καιροῦ μήθ' ὑπὲρ (καιρὸν) ᾶσσον βέλος*, h. e. *sagittam nec citra scopum nec ultra volantem.* Infelix litera ρ, quae toties vel omissa vel inserta turpissimas mendas peperit, etiam hic ex *ᾶσσον* fecit *ἄστρων*. Quod non potius scripsi *ᾶσσων*, ratio est quod et *ᾶσσειν* et *σκήπτειν* plerumque intransitive poni solent. Hartungius correxit *ὑπὲρ αἶσαν*, quod tamen minus juste opponi puto verbis *πρὸ καιροῦ*.

Pro *τείνοντα* Aratus *τείναντα*, quod miror non recepisse interpretes: nam et congruit proximis verbis *πράξαντα — σκήψειεν*, et unice convenit sensui: non enim nunc arcum tendit Jupiter, postquam cecidit Ilium, sed prius tetenderat.

Vs. 333 sqq. Strophe haec in libris sic legitur:

Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν·
πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι.
ὡς ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις — —
πέφανται δ' ἐγγόνους
ἀτολμήτων Ἄρη
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ,
ὑπὲρ τὸ βέλτιστον. ἔστω δ' ἀπήμαντον, ὥστε κἀπαρκεῖν
εὖ πραπίδων λαχόντα.

Jam statim primi versus multum exercuerunt criticos. Verba, sicut leguntur, duplicem explicationem admittunt, prout *ἔχουσιν* habeas vel pro tertia persona vel pro dativo suspenso a *πάρεστι*. Posterior constructio, *Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν εἰπεῖν πάρεστι τοῦτό γ' ἐξιχνεῦσαι*, talem efficeret sensum: *qui Jovis plagam dicere habent* (pro *experti sunt*), *iis facile est hoc rimari* sive *agnoscere*, nempe quod praecessit: „deum non irrito arcum tendere," vel quod sequitur: „quale sit inceptum, talem esse exitum." At hoc agnoscere aeque facile iis qui divinam vindictam non suo damno, sed aliorum exemplo norant, sicut Chorus Trojanorum clade edoctus Jovis manum in hoc agnoscit. Praeterea constructio haec valde coacta est. Altera, quae certe est facilior, hunc praebet sensum: *Jovis ictum dicere habent: in promptu est hoc investigare.* Ita *ἔχουσιν* ad *Trojanos* referendum, quod tamen non sinit sensus: nam in toto hoc loco, tam in praegressis quam sequentibus, Chorus *suam* sententiam, *suas* animadversiones de Trojae casu effert. Neutra igitur explicatio probabilis est, neque alia melior e verbis elici

potest. Praeterea γε post τοῦτο plane abundat. Blomfieldii correctio: Διὸς πλαγὰν ἔχουσιν· εἰπεῖν πάρεστι τοῦτο κἀξιχνεῦσαι, vel (ut Boissonadius) τοῦτό τ' ἐξιχνεῦσαι, non meliorem efficit lectionem: nam εἰπεῖν καὶ ἐξιχνεῦσαι languide copulantur. E Flor. affertur lectio, quamquam obscurius notata, ἔχουσαν, et in altero versu τοῦτ' ἐξιχνεῦσαι, claudicante metro; inde hanc elicio lectionem:

Διὸς πλαγὰν ἔχοις ἂν εἰπεῖν·
πάρεστί τοι τόδ' ἐξιχνεῦσαι κτἑ.

„*Jovis plagam hanc jure dixeris; licet hoc quod dico ex ipsa re sciscitari:* videlicet ut incepit, ita desiit."

Postremum hoc, ὡς ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν, interpretes in metrum redegerunt delendo priore ὡς. At ὡς — ὡς non tam tritum est, ut pro grammaticorum additamento possit haberi. Scribendum potius erat: ὡς ἦρξεν, ὡς ἔκρανεν. Verbi ἦρξεν, quod grammaticus pro ἔρξεν habuerit, interpretamentum est ἔπραξεν. Hesychius: ἔρξεν, ἔπραξεν. Est autem ab ἄρχω. Simili emendatione Hermannus correxit versum Sophoclis Ai. 889. Usus particularum ὡς — ὡς notus ex Homero Il. ξ, 294: ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Il υ, 424: ὡς εἶδ', ὥς ἀνέπαλτο. Vulgata lectio ὡς ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν ne probabilem quidem sensum praebet.

Vs. 339. πέφανται δ' ἐγγόνους κτἑ. Corrupta haec esse agnoscunt omnes, sanavit, quod sciam, nemo. Verbum πέφανται caret nominativo et ἐγγόνους caret verbo unde pendeat. Ut aliorum conjecturas omittam, Franzius Stanleji vestigia secutus sic edidit, et similiter fere Hermannus: πέφανται δ' ἐγγόνοις (Herm. ἐκγόνοις) ἀτολμήτως Ἄρη πνέοντων μείζον (Herm. μείζον') ἢ δικαίως — quae germanice sic vertit:

„Noch sichtbar wird ein Gott
den Enklen dess, der frech
in Kriegsmuth über Fug daherschnaubt" etc.

h. e. *deus ultor apparet etiam natis* s. *nepotibus eorum qui insolenter Martem spirant supra quam fas est.* Ad πέφανται supplet igitur θεὸς (np. *deus ultor*), quod tamen graece haud magis quam germanice vel latine hic desiderari potuit. πέφανται, *apparet*, accipit pro *praesens instat*, quo sensu dubito an ullus spectatorum id intellexisset. ἐγγόνοις sign. *posteris* sceleratorum; atqui non posteris

Paridis, sed ipsi adultero ejusque familiae et aequalibus ultio erat parata: atque hoc est quod Chorus dicit. Franzius autem addenda vocula *noch* callide difficultatem subterfugit: nam istud „*noch* — *den Enkeln*" significat et ipsis sceleris auctoribus et posteris eorum. Denique istud ἀτολμήτως Ἄρη πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως tam ineleganter dictum est ut vix graecum credas. Verbo Ἄρη πνεῖν, *spirare Martem*, languide additum ἀτολμήτως; languidius etiam huic adjectum μεῖζον ἢ δικαίως. Sed concedamus recte hoc dictum esse, non tamen aptum est sensui. Troja poenas luit non ob bellicam audaciam, sed propter fastum et luxuriem: haec causa mali, quam Chorus animadvertit. Ostendunt haec, quam parum Franzii explicatio vel cum ipsius lectione vel cum poëtae sensu conspiret. Eadem fere valent de lectione Hermanni. Sensus potius postulat versus exigua mutatione sic scribi:

πέφανται δ' ἐγγενὴς
ἀτολμήτων Ἄρης,
πνέοντων μείζον' ἢ δικαίως
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ —

Statim apparet sceleri adhaerens vindex Mars, quando ultra fas se attollit domus nimia felicitate affluens. Ἄρης apud poëtas interdum easdem habet partes quas Δίκη vel Ἐρινύς. Vid. infra vs. 1510 sq. Sic Choëph. 939 Ἄρης tropice vocatur ultor caedis: ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ, . . . ἔμολε δ' ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης. — ἐγγενὴς ἀτολμήτων, *scelerum* quasi *cognatus*, qui ea semper comitatur. Usitatius hoc sensu dicuntur συγγενής, σύγγονος, συμφυής, σύμφυτος, ut in hac fabula vs. 107. 1190. quare si h. l. scribi aliquis malit πέφανται συγγενὴς ἀτολμήτων, equidem non obsto. Ceterum vocabula haec tam genitivum quam dativum adsciscunt. πνεόντων δωμάτων est genitivus consequentiae. — μεγάλα πνεῖν de superbientibus dicitur. Eurip. Troad. 1277: ὦ μεγάλα δή ποτε πνέουσα ἐν βαρβάροις Τροία. ὑπέρφευ non mutare debuissem in ὑπὲρ φεῦ. Cf. Pers. 820: ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.

Vs. 343. ἔστω δ' ἀπήμαντον κτέ. Hanc sententiam male sollicitarunt critici; tollenda tantum virgula post ἀπήμαντον et verba hoc ordine jungenda: ἔστω δ' ὥστ' ἐπαρκεῖν ἀπήμαντον καὶ εὖ πραπίδων λαχόντα. Est hyperbaton particulae καὶ, etiam latinis poëtis, Horatio praesertim, haud infrequens: *contingat ut sospes et valeam sanae mentis compos;* pro *ut valeam sospes et sanae m. compos.*

ἔστιν ὥστε nota est constructio. cf. infra vs. 1395: εἰ δ' ἦν πρέπον τόδ', ὥστε ἐπισπένδειν νεκρῷ. Sophocl. Phil. 652: ἆρ' ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν; Eurip. Hipp. 705: ἀλλ' ἔστι κἀκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. Verbum ἐπαρκεῖν exquisitiore sensu positum pro *valere*, ut in Soph. Ant. 608 ἐπαρκέσει νόμος ὅδε.

Vs. 349 sq. Quod libri habent προβουλόπαις pro πρόβουλος παῖς jure explosit Hartungius. Interdum quidem adjectiva et substantiva sic componuntur, si scilicet ambo ita conjuncta sint ut quasi unam efficiant notionem, ut αἰνοπατήρ, *infelix* quatenus est *pater*. Similia quaedam in Comment. ad vs. 427 afferam. Sed πρόβουλος et παῖς sunt disjuncta: πειθὼ est πρόβουλος eorum quos decipit, παῖς vero τῆς Ἄτης. Scribendum ergo cum Hartungio divisim πρόβουλος παῖς. Quod sequitur ἄκος δὲ πᾶν μάταιον pro πάμμάταιον est emendatio Musgravii.

Vs. 350. Quod vulgo legitur

οὐκ ἐκρύφθη,
πρέπει δὲ φῶς αἰνολαμπὲς σίνος,

non concinit cum proximis κακοῦ δε χαλκοῦ τρόπον μαλαμπαγὴς πέλει δικαιωθείς. Volunt hoc κατὰ σύνεσιν explicari ita ut e vocabulo σίνος ad sqq. suppleatur ὁ κακοῦργος, vel sic ut σίνος accipiatur pro *homine pernicioso*, uti interdum abstracta pro concretis ponuntur, ut scholiasta ad Eurip. Or. vs. 1087 dicit: συνηθὲς τὸ τίθεναι ἀντὶ προσώπων τὰ πράγματα; cujus generis exempla non pauca collegit Blomf. ad Sept. adv. Th. vs. 599. Hic vero tale quid non admittit, opinor, verborum junctura. Et linguae legi et sensui consultum erit, si pro σίνος scribatur σίνις, h. e. κακοῦργος, unde nominatus famosus ille Σίνις a Theseo occisus. Cf. infra vs. 717: ἔθρεψεν δὲ λέοντα σίνιν δόμοις. Aeolicam formam σίννις memorat Aristot. Rhet. III, 3, citans hoc Lycophronis: Σκίρων σίννις ἀνήρ. Ita cum his plane concinit alterum membrum: οἷος καὶ Πάρις — *talis (improbus) fuit Paris* cet.

Mox pro τρίβῳ καὶ προσβολαῖς quod Farn. habet τρίβῳ τε καὶ προσβολαῖς est correctio metrici, pro quo probabilius me scripsisse puto τρίβοισι καὶ προσβολαῖς.

Vs. 358. In verbis τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε difficultas inest. Usitate enim ἐπίστροφός τινος significat ἐπιστροφήν τινος ποιούμενος, *qui inspicit, visit, curat*. Quare cogitavi num transpositis vocabulis τῶνδ' et τὸν δ' sic scribendum sit:

λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔ τις θεῶν
τῶνδ' ἐπίστροφος, τὸν δὲ
φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ.

„Scelerati preces exaudit nullus deorum *has animadvertens* sive *respiciens*." Nota est Graecorum sententia, daemones esse οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα, ut dicit Hesiodus Opp. et D. vs. 124 sq. et 250 sq., vel ut Homerus Od. ρ, 485:

(θεοὶ) ἐπιστρωφῶσι πολῆας,
ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Sed haec mera est conjectura. Si tamen Aeschylus ἐπίστροφον usurpavit eo sensu quo in annot. dixi, potius legendum τὸν δ' ἐπίστροφον τούτων, quod etiam metro commendatur. Mox pro ἐς δόμον τὸν Ἀτρ. Farn. legit εἰς οἶκον, nimirum ut antistrophicorum versuum pes pedi exaequaretur. Sed nec in proxime praecedentibus pes pedi respondet nec in vss. (hujus edit.) 345 et 360 sqq. οὐ γὰρ ἔστιν ἔπαλξις — οἷος καὶ Πάρις ἐλών. 377 et 392: ὀμμάτων τ' ἐν ἀχ. — τεύχη καὶ σποδός. 404 et 416, alibi.

Vs. 363. Initio hujus strophae, quae non respondet antistrophae, scribendum censui

ἀσπίστορας
κλόνους τε καὶ λογχίμους ναυβάτας ὁπλισμούς,

pro κλόνους λογχίμους τε καὶ ναυβ. Nam λογχίμους aeque quadrat verbis ναυβάτας ὁπλισμούς atque verbis ἀσπίστορας κλόνους; est idem quod ὁπλισμοὺς ναυβατῶν λογχοφόρων Quare nequaquam necesse est inseri θ', sicut Ahrensius conjecit legens ἀσπ. κλόνους τε καὶ λογχίμους ναυβάτας θ' ὁπλισμούς. Quodsi codicum lectio teneatur, in antistrophico pro πάρεισι δόξαι cum Hermanno scribendum πάρεισιν δόκαι, quod tamen ideo non praefero, quia δόκη et δόξα non plane gemina esse videntur: vid. Blomf.

Vs. 366 Lectio Farn. βέβακεν ῥίμφα pro βέβακε ut auribus ingrata, ita non necessaria est, quum postrema syllaba verbi βέβακε ante sequens ῥ produci possit. Vid. supra Comment. p. 148. Sed majorem medicinam postulabant versus sequentes:

Vs. 367. πολλὰ δ' ἔστενον
τόδ' ἐννέποντες δόμων προφῆται·
ἰὼ ἰὼ δῶμα δῶμα καὶ πρόμοι,
ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες,

πάρεστι σιγᾶς ἄτιμος ἀλοίδορος
ἄδιστος ἀφεμένων ἰδεῖν.

Quod Flor. habet πολὺ δ' ἀνέστενον a plerisque postpositum est lectioni Farn. πολλὰ δ' ἔστενον; quod idem semel habet ἰὼ δῶμα, praetulit Blomfieldius: optio pendet a lectione versus antistrophici 427 (384), de quo mox. τάδ' pro τόδ' Blomf. approbante Herm. Ad reliqua priusquam accedamus, universe videndum ad quemnam haec spectent. δόμων προφήτας intelligendos esse non, ut Stanleius, Klausenus, Blomfieldius putant, vates Trojanos, sed vates domûs Menelai, apertum est. Menelai enim moerorem sequentibus versibus pingi ostendit tam argumentum quam verba quae subjicit vs. 427: τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη κτἑ. ubi doloribus domesticis opponit dolores communes, hoc est, Menelai luctui luctum universae Graeciae. Ergo exclamatio ἰὼ δῶμα καὶ πρόμοι ad Menelaum, ἰὼ λέχος καὶ στίβοι ad Helenam spectat. Jam quid sunt στίβοι φιλάνορες? *gressus mulieris maritum amantis:* scilicet quae olim amaverat, nunc deseruit; at talis mulieris στίβοι non sunt φιλάνορες, sed pro hoc procul dubio scripsit poëta φυγάνορες vel λιπάνορες. Similia sunt φυγαίχμης, φυγόδεμνος, φυγόλεκτρος, λιπόγαμος, λιποπάτωρ, λιπόπολις, alia.

Quae sequuntur πάρεστιν — ἰδεῖν nullum habent sensum. Aperte corrupta sunt ἄδιστος et ἀφεμένων; pugnant metro, carent sensu, et praeterea ἄδιστος non potest copulari cum ἄτιμος ἀλοίδορος, quae significatione prorsus diversa sunt; etiam σιγᾶς manifesto vitiosum. Verissima est emendatio Hermanni recepta Franzio: πάρεστι σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους — ἰδεῖν. Minus vero feliciter idem ἄδιστος ἀφεμένων mutavit in αἴσχιστ' ἀφειμένων, *silentia turpissime desertorum*, nempe tori, mariti, domûs, quae missa fecit Helena. Melius et facilius corriges sic scribendo: σιγὰς ἀτίμους ἀλοιδόρους αἴστους ἐφημένων —. ἄϊστος s. αἴστος (unde αἰστόω, ἤστωσα Sophocl.) legitur Eum. 565: ὤλετ' ἄκλαυστος, αἴστος. Cf. Steph. Thes. Paris. s. v. Significat *evanidum, perditum;* h. l. *silentium letale* s. *luctum letiferum.* οἱ ἐφημένοι sunt *habitatores domûs*, iidem qui modo πρόμοι dicti, h. e. familia regia quae propter luctum attonita silet.

Vs. 375. Quod libri habent εὐμόρφων δὲ κολοσσῶν κτἑ. quid significet difficile extricatu. Plerique intelligi volunt Helenae statuas in domo positas, quarum adspectus viro ingratus esset. Ergo jam tum mos fuit, sicut hodie, viventium dominorum dominarumque

imagines in aedibus exponi? Lubenter hoc me doceri cupiam. Hermanno judice, κολοσσοὶ sunt „columnae in domo et fortasse etiam statuae, sed non Helenae." Ne hoc quidem probabile. Primum animadvertendum κολοσσοὺς vocari *statuas ingentes* quales erant Aegyptiorum, quas Herodotus memorat, non quasvis imagines, ut Klausenus falsis vel potius nullis indiciis contendit; deinde memorabile, vocabulum hoc apud Atticos scriptores nusquam praeterea reperiri. Accedit quod adj. εὔμορφος de inanimatis rebus a bonis scriptoribus non dicitur. His si addas, quod modo dixi, imaginum mentionem sensui incongruam esse, vix cuiquam dubium esse poterit quin vocabulum illud sit corruptum. Pro eo scribas εὐμόρφων δὲ νεοσσῶν. — νεοσσοί, *pulli*, poëtice interdum dicuntur liberi, ut Choëph. 501: ἄκουσον ... πάτερ, ἰδὲν νεοσσοὺς τούςδ' ἐφημένους τάφῳ, intellig. Electram et Orestem. Eodem sensu μόσχος et πῶλος poëtice usurpantur, ut Choëph. 794 ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὔνιν poëta appellat Agamemnonis filium Orestem. Hoc igitur dicit: „etiam formosorum liberorum gratia viro invisa." Cui plane congruum est quod adjicitur: ἔρρει πᾶσ' Ἀφροδίτη. De Menelai liberis ex Helena susceptis quae poëtae memorarunt, congessit Heynius ad Apollod. III, 11, 1. Obss. p. 389.

Vs. 378. Vulgo hi versus sic leguntur:

ὀνειρόφαντοι δὲ πενθήμονες
πάρεισι δόξαι φέρουσαι χάριν ματαίαν·
μάταν γὰρ, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν,
παραλλάξασα διὰ χερῶν
βέβακεν ὄψις οὐ μεθύστερον
πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθοις.

ὀνειρόφαντοι δόξαι, *somniorum visa*, dicuntur „conjugis species per somnum dormienti oblata, quae falso eum gaudio ludit." Quomodo tales δόξαι dici possunt πενθήμονες, *lugubres?* Si dicerentur πειθήμονες, intelligerem; nunc recte Hartungius emendavit πενθήμονι, *lugenti*, np. Menelao. In proximis εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν, participium, suspensum quippe ab εὖτ' ἂν, pro δοκῶν ᾖ sive δοκῇ positum putant. Ad quod probandum in libris grammaticis plura citantur exempla, quae tamen attentius consideranti apparebit pleraque vel per anacoluthiam vel per brachylogiam esse explicanda, quarum rationum neutra in hunc locum quadrat. Duo vel tria tantum afferuntur exempla huic similia, sed manifesto corrupta: Pindari Ol. II, vs. 56: εἰ δέ μιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον. Sed

hunc locum, qui fuit crux interpretum, sanaveris pro ϵΙΔϵ legendo ΟΙΔϵ: οἶδε μιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον. Verbum hoc, ut et alibi fit, cum emphasi iteratum est. Alter locus est in Eurip. El. vs. 538: οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολών — sed ibi vere Canterus, approbantibus Matthiaeo et Fixio, correxit — εἰ πατρῆν κασίγνητος μολών. Tertius est locus Platonis in Phaedon. p. 87 B: ὥςπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου . . . λέγοι τοῦτον τὸν λόγον, . . . καὶ εἴ τις ἀπιστῶν αὐτῷ, ἀνερωτῴη κτέ. Hic jure interpretes rescripserunt ἀπιστοίη; participium ἀπιστῶν repudiat ipsa orationis perspicuitas, natum illud e prava constructione qua ἀπιστῶν jungeretur cum ἀνερωτῴη, quum contra utrique verbo suum propriumque sit subjectum. Verum etiamsi εἰ tali constructione ferri posset, nondum ferri potest quod hic legitur εὖτ' ἄν. Heathius explicare illud tentavit verbis sic interpungendis: μάταν γάρ (ἐστι), εὖτ' ἂν, ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν, βέβακεν ὄψις. Hoc autem dictum non uno modo peccat: primum ἐστιν omitti hic non licuit; deinde scribendum erat βεβάκῃ (ut scripsit Hartungius); denique ad sensum hoc idem est ac si diceret: μάταν ἐστὶν, εὖτ' ἄν μάταν ᾖ, *vanum est, quum vana effugiat species*, quod absonum. Aptissima est conjectura Schützii δοκῇ 'νορᾶν (ἐνορᾶν); ω et η saepissime permutantur et elisio non semel errori locum dedit. Similiter peccatum in Aristoph. Ran. 523, ubi pro Ἡρακλέα γ' ἐσκεύασα recte Elmslejus scripsit Ἡρακλέα 'νεσκεύασα.

In ultimo versu homoeoteleuta et auribus officiunt et vero perspicuitati. Non displicet Franzii correctela ὀπαδοῦσ(α)'; potius tamen poëtam scripsisse credo πτεροῖς ὀπαδοῖς ὕπνου κελεύθων.

Vs. 384. τὰ μὲν κατ' οἴκους ἐφ' ἑστίας ἄχη
τάδ' ἐστὶ καὶ τῶνδ' ὑπερβατώτερα·
τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας ξυνορμένοις
πένθεια τλησικάρδιος
δόμων ἑκάστου πρέπει.

Ita libri. In primo versu verbis κατ' οἴκους — ἐφ' ἑστίας tautologia inesse nonnullis visa est. Quare Blomfieldius cum Aurato ἐφ' ἑστίας ut glossema delendum censuit ideoque in versu antithetico 369 pro ἰὼ ἰὼ δῶμα δῶμα semel ἰὼ δῶμα legi voluit. Attamen ambo vocabula, si proprie accipiantur, non idem significant. Stanlejus scribi vult οἴκους ἐφεστίους, quod legitur etiam infra vs. 851 et Sept. adv. Th. vs. 73; idque recipiendum censui, non tam ob exempla laudata, quam quod ἐφ' ἑστίας significat non

apud focum, hoc est παρ' ἑστίᾳ, sed *super foco*, *in foco*, quo sensu recte dicitur infra vs. 1435 ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς. ab hoc autem loco id alienum est.

Ceterum post ἄχῃ ex Halmii sententia interpungendum censuit Hermannus, et deinceps pro τάδε scribendum τὰ δὲ; cui assentior: opponuntur sibi τὰ μὲν — τὰ δὲ: *haec sunt regiae domus mala; alia vero sunt his etiam graviora*, nempe *publica*, quae deinceps memorat. Huic consequens est ut in sq. vs initio τὸ πᾶν δ' ἀφ' Ἑλλάδος αἴας deleatur δ'. Sed τὸ πᾶν, quomodocumque accipias, ineptum est. Nec jungi potest τὸ πᾶν ξυνορμένοις nec τὸ πᾶν πένθεια πρέπει neque absolute accipi pro *universe*, quia non opponuntur h. l. inter se pars et totum. Legendum τόπων, unde τὸ πᾶν factum simili errore quo supra vs. 175 τορᾶν in τὸ πᾶν mutatum est. Ἑλλάδος τόποι est periphrasis Aeschylo non infrequens. Cf. Pers. 782: ὁ μείνας νῦν ἐν Ἑλλάδος τόποις στρατός. Suppl. 237: (γυναῖκες) ἀφ' Ἑλλάδος τόπων. Pro Ἑλλάδος αἴας metro cogente recte Franzius Ἕλλανος αἴας. Sic infra 1254 Ἕλλην' ἐπίσταμαι φάτιν. et ita non semel Euripides, ut Med. 1331 Ἕλλην' ἐς οἶκον. Iphig. T. vs. 341 Ἕλληνος ἐκ γῆς. Postremo genitivus δόμων nihil habet unde pendeat: πένθεια δόμων ἑκάστου inepta est verborum junctura, praesertim quum πένθεια hic personae instar posita sit. Corrigendum ergo duxi

πένθεια τηξικάρδιος
δόμων ἕκατι πρέπει.

„E Graja terra ad Ilium profectis miserabilis luctus ob domos, h. e. ob conjuges et liberos domi relictos adest." Exprimitur his luctus ille quem describit Homerus Il. β, vs. 134 sqq. τηξικάρδιος pro τλησικάρδιος est elegans emendatio Aurati, cum qua concinit glossa Farn. τὴν καρδίαν τήκουσα. τλησικάρδιος sign. *patiens*, *durus* (Prom. vs. 159), aeque ac Homericum τλαλασίφρων, quod respuit sensus. Hermannus tamen hoc tuetur, putans etiam pro *aerumnoso*, *misero* hoc dici posse, exemplo vocabuli τλαλαίφρων. Ambo tamen haec non sunt similia, quum alterum a τλῆναι, alterum a τάλας derivatum sit. Cur autem ambiguae certe significationis proprio et venusto, cui nec codicum auctoritas deest, anteponamus? τήκειν hoc sensu dixit jam Homerus Od. τ, 264: μηδέ τι θυμὸν τῆκε πόσιν γοόωσα. Similiter Euripides apud Clem. Strom. III, p. 520: τήκω, τάλαινα, καρδίαν ὀρρωδίᾳ.

Vs. 389. *πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ κτέ.*

Hic versus transitum facit ad sequentia, quibus Chorus suam animi sollicitudinem ob militum caedem enunciat. Itaque particula *γοῦν*, *saltem*, *certe quidem*, qua supra dicta restringuntur, minus apta, otiosa certe mihi videtur; contra deest *μου*, quod suppleri debet: quare hoc pro illo reponendum puto.

Vs. 396. Recte Blomfieldius *βραχὺ ψῆγμα — γεμίζων λέβητας εὐθέτους* edidit pro *βαρὺ — εὐθέτου*, alterum ex emendatione Schützii, alterum auctore Aurato. *βαρὺς* et *βραχὺς* tam crebro in codicibus permutantur, ut vix sit dubitandi locus. Vocabuli autem *εὐθέτους* litera finalis initiali sequentis vocabuli obscurata est.

Vs. 398 sq. in libris sic leguntur:

στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄνδρα τὸν μὲν, ὡς
μάχης ἴδρις, τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ' —

Male Dindorfius scripsit *ἄνδρε, τὸν μὲν* — quasi hic de duobus tantum sermo sit. Aliud est quod me male habet. Nempe laudant occisos, hunc, ut *pugnandi peritum*, illum, quod *pulcre dimicans cecidit*. Quid inter haec ambo interest? Qui in proelio *pulcre occumbit* non est certe *pugnandi rudis*, et qui *cadit pugnae sciens*, nequaquam *indecore occumbit*. Haec aut plane similia sunt aut certe tam parum differunt, ut opponi alterum alteri nequeat. Ergo in alterutro horum vitium latere debet idque subesse tantum potest vocabulo *μάχης*. Pro hoc reposui *τέχνης*, h. e. *doli*, *fraudis*. *Astutus* opponitur *forti*: utrumque heroïca aetate aeque in honore; *δολομῆτις Ὀδυσσεὺς* non minus clarus quam *βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης*. In proximo versu pro *τάδε σῖγά τις* Hermannus *τὰ δὲ* —

Vs. 402. Libri sic:

οἱ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος
θήκας Ἰλιάδος γᾶς
εὔμορφοι κατέχουσιν· ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν.

Illud *εὔμορφοι*, quod nihil aliud significat nisi *formosos*, jure nonnullos offendit; nam nec omnes qui apud Ilium occubuerant, *formosi*, et quatenus sepulti, certe non erant *εὔμορφοι*, quod tamen dicunt verba *θήκας εὔμορφοι κατέχουσιν*. Frustra faciunt Palejus et Hermannus, quorum hic *εὐμόρφους* interpretatur *decoros* s. *laudabiles*, ille *integro corpore valentes*. Boissonadius comparat illud Tyrtaei dictum: *καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών*. Sed differt

aliquid, credo, utrum pulcer dicatur juvenis modo caesus in proelio, an combustus et tumulo conditus. Probabile est quod pro hoc Bothius legendum conjecit ἄμομφοι. A librorum lectione id parum distat, quum ἄμομφος et ἄμορφος, κατάμομφος et -μορφος non semel permutata sint, ut supra vs. 145. Eum. 413. εὖ et ἀ autem tam similia sunt, ut optio fere a legentis judicio pendeat. Vid. Cobet. Var. Lectt. p. 120. Significatio conveniens est: ἄμορφος *vituperio carens*, est idem quod *laudabilis*, ut ἀμύμων aliaque ejusmodi. Metrum denique non obstat, praesertim quum α ante μ produci queat quasi sit ἄμμομφοι, ut vidimus supra p. 148. Antepono igitur hanc emendationem ei quod mihi in mentem venerat εὔνομφοι (ab ὀμφή), *bona fama florentes*. Hesychius: εὔνομφα, ὀνόματα (l. ὀνομαστά).

Quod sequitur ἐχθρὰ δ' ἔχοντας ἔκρυψεν significat *hostilis (terra) tegit qui habent eam*, h. e. *tegit quos tegit*. Quis tam inficete loquatur? Hermannus mollire studet, ἔχοντα interpretando *eum qui terra potitus est*. At hoc sensu mortui non dici possunt ἔχειν, et praeterea sermo est de iis qui occubuissent antequam Troja expugnata esset. Ideo nec Aurati emendatio ἑλόντας, *victores*, conveniens est. Feliciter vitium emendavit Hartungius legens ἐχθρὰ δὲ χθὼν κατέκρυψεν. Θ saepe ante Ο obliterata est, unde ΔΕΧΘΩΝ- facile in ΔΕΧΟΝ- depravatum. Metri differentia versus antithetici — βίον κατέδοιμι, non obstat. Nam in his versibus, ut non semel in hoc ipso carmine, spondeus et iambus, spondeus et trochaeus subinde permutantur. Cf. supra p. 175.

Vs. 406. Vulgo sic legitur:

δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος.

Quae verba quem sensum habere possint, expiscari frustra studui. Quodnam est subjectum verbi τίνει? unde pendet genitivus ἀρᾶς? quae est significatio v. χρέος? Horum nihil liquet. Multi ad τίνει supplent τὶς, nempe is qui populari odio premitur. Hoc vero omitti non sinebat junctura. Non alius nominativus intelligi potest nisi praecedens ἀστῶν φάτις, unde hic oriatur sensus: *iratus populi rumor persolvit debitam populi imprecationem*; quod αἰνιγματωδᾶς dictum sic, puto, intelligendum esset: „infestorum civium indignatio debitam popularis imprecationis poenam exigit a noxiis." Huic vero explicationi vel illud obstat, quod τίνειν non significat *exigere*, *sumere*, sed *pendere* sive *luere poenam*. Ergo populus ipse

diceretur suae imprecationis poenam luere. Praeterea χρέος ἀρᾶς, *imprecationis debitum* vel *necessitas*, an dici possit pro *poena* quam quis alteri imprecatur, valde dubito; nusquam hoc sensu χρέος usurpatum reperi: significaret potius *debita* vel *necessaria imprecatio*. Praetereo alias explicationes, quarum nulla quidquam affert lucis. Non Aeschylo imputanda haec caligo, sed imperitis potius librariis, qui scripturae compendio vel negligentia decepti poëtam inepte loquentem fecerunt. Germanam scripturam hanc fuisse censeo:

δημοκράντους ἀρὰς τελεῖ χρόνος,

populares exsecrationes perficit tempus, h. e. tempore eae ad maturitatem perveniunt. χρέος et χρόνος, aeque ac χρεία, χρεών, eodem fere compendio notabantur: simili errore in Parmenidis vs. 95 (meae ed. p. 105) χρόνος pro χρεών illatum olim correxi. Aeque proclivis est permutatio verborum τίνει et τελεῖ; pravus accentus huic confusioni, ut saepe, ansam dedit.

Vs. 407. In verbis μένει δ' ἀκοῦσαί τι μου μέριμνα nescio an, pro usitato loquendi more, loco μου scribendum sit μοι.

Vs. 429. Ἐρινύες χρόνῳ
τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας παλιντυχεῖ
τριβᾷ βίου τιθεῖσ' ἀμαυρόν

παλιντυχεῖ recte critici Scaligeri exemplo receperunt pro codd. lectione παλιντυχῇ; nam nec junctura accusativum fert ob sequens ἀμαυρόν, nec παλιντυχὴς recte de persona dicitur, sed de re, de fortuna. Quid tamen verba παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου significent, a nullo interpretum liquido explicitum vidi. τριβὴ βίου bifariam accipitur, vel de vita *attrita* (infortunio), quo sensu τριβαὶ κτεάνων Choëph. 943, vel pro *vitae actione;* posterius tantum admittit verborum junctura, quemadmodum dicitur χρόνου τριβὴ et διατριβή, χρόνον vel βίον τρίβειν et διατρίβειν; atque hoc sensu recte additum παλιντυχής, quod priore significatione otiosum esset. Quis est igitur sensus? „Erinnys, dicit, potentem reddit humilem;" quomodo? παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου, *adversa* s. *infelici vitae actione.* Hoc non recte dictum esse quisque agnoscat: nam *infelix vitae sors* non est modus quo aliquis ex beato fit miser, sed potius effectus. Schützius vertit: *mutata (in contrarium) vitae conditione.* Hoc recte dictum esset et dicere poëta voluit, sed in vocabulo τριβὴ non est *mutationis* significatio. Requiritur, ni fallor, τροπᾷ βίου, *Erinnys potentem reddit humilem, in contrarium conversa vitae*

sorte. τροπὴ βίου pulcre dictum, sicut ἡλίου τροπή, Εὐρίπου τροπαί, τύχης τροπή, similia. Quam facile in tachygraphica scriptura pro τρο- legi τρι- potuerit, nemini obscurum.

Vs. 412. Vulgo sic legitur:

τὸ δ' ὑπερκόπως κλύειν εὖ
βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄσσοις
Διόθεν κεραυνός.

Illud ὄσσοις quomodo concoquere potuerint interpretes, vix assequor. Sive interpretere *Jovis oculis emittitur fulmen*, sive *in oculos injicitur fulmen*, neutrum probari potest. Priore sensu pro ὄσσοις scribendum potius fuisset ὄσσων, h. e. ἀπ' ὄσσων, ἐξ ὄσσων; at quis unquam dixit: „Jupiter ex oculis emittit fulmen." Figurate quidem ignis, flamma, tela oculis emitti dicuntur, ut Agam. vs. 240. Prom. vs. 356:

ἐξ ὀμμάτων δ' ἥστραπτε γοργωπὸν σέλας.

sed proprio sensu, ubi de fulmine agitur, sic dici nequit: non oculis, sed dextra fulmen jaculatur Jupiter. Neque melius dicatur fulmen *in oculos* jaci pro *in caput, in pectus;* illud quippe significaret aliquem fulminis ictu *occaecare*, non vero *occidere*. Egregia est emendatio ab Hauptio memorata: βάλλεται περισσοῖς Διόθεν κεραυνός; quam si novisset Hartungius, non scripsisset, credo, quod edidit, βάλλεται γὰρ ὄγκοις Δ. Vocabulum περισσοῖς nec a librorum scriptura multum distat et sensui unice est congruum: περισσοὶ sunt οἱ ἄγαν ὑπερέχοντες. Idem sic dicit Herodotus VII, 10: ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῷα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεός.

In praecedente versu pro codicum lectione ὑπερκότως, quam frustra defendebat Wellauerus, magno consensu receptum ὑπερκόπως; eadem permutatio facta infra vs. 822, quo effectum est ut vocabulum ὑπέρκοτος, etsi per se non absurdum, jam e graeco sermone sublatum videatur, quamvis contra dicat Hermannus ad h. l. Vid. Steph. Thes. ed. Paris. s. v. Aliis locis permutantur ὑπέρκοπος et ὑπέρκομπος, quae Blomfieldius putabat esse duas formas ejusdem vocabuli, interposito μ, improbantibus id Heathio et Lobeckio ad Sophoclis Aj. 127. Et jure. Nam alterum ductum est a κομπεῖν, *gloriari*, alterum a κόπτειν, *ferire*, unde ὑπερκόπτειν (quod nonnumquam in ὑπερκύπτειν depravatum), sicut ὑπερβάλλειν, ὑπερπίπτειν, ὑπερακοντίζειν, in quibus omnibus *exsuperandi* significatio inest. Itaque ὑπέρκομπος est *jactabundus*, ὑπέρ-

κοπος *eminens, superbus;* posterius latius patet, unde recte Lobeckius: ὑπέρκομπα quae sunt, eadem ὑπέρκοπα dici possunt, non contra. Quare pro ἔπος ὑπέρκομπον dici potest, si metrum poscat, ὑπέρκοπον, ut in Sophoclis Ajace l. l. at non recte in Aeschyli Pers. vs. 342 νῆες dicuntur ὑπέρκομποι τάχει, sed ὑπέρκοποι; contra ὑπερκόμπῳ θράσει ibidem vs. 831 aeque rectum atque ὑπερκόπῳ. In talibus locis, ubi dubia est optio, pondus addit codicum auctoritas vel euphonia.

Vs. 416. Quod vulgo legitur βίον κατίδοιμι probare non potui. Dicitur quidem graece sicut aliis linguis *videre bona, mala, laeta, tristia* pro hanc illamve sortem *adipisci;* sed βίον καθορᾶν ita simpliciter pro *vitam degere* dici non credo; addi oportuisset praedicatum, ut δούλιον βίον ὁρᾶν. Forsitan id abesse possit, si pro ὑπ' ἄλλων scribatur ὑπ' ἄλλῳ, quod praedicati locum teneat: βίον ὑπ' ἄλλῳ κατίδοιμι, *vitam meam alteri subjectam videam.* Sed praestat conjectura Valckenaerii βίον κατέδοιμι, h. e. *victum consumam,* quod pro *vivere* positum egregie convenit in viliorem turbam, ut in servos. Sic Horatius Ep. I, 2:

Nos numerus sumus et fruges consumere nati.

cf. infra vs. 1041 (938 hujus ed.) τλῆναι δουλίας μάζης βίον.

Vs. 419. Librorum lectionem

εἰ δ' ἐτητύμως,
τίς οἶδεν, ἥ τοι θεῖόν ἐστι μὴ ψύθος

corrigendam putavi. Pro ἐτητύμως scripsi ἐτήτυμος ex emendatione Blomfieldii: refertur enim hoc ad praecedens βάξις; in altero membro dedi εἴτε — δή: opponuntur enim haec duo, *verusne* sit rumor *an mendax.* Similiter vs. 491: εἴτ' οὖν ἀληθεῖς (παραλλαγαὶ) — εἴτ' ὀνειράτων δίκην τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς.

Vs. 425 sqq. γυναικὸς αἰχμᾷ. Hoc similiter dictum volunt ut Choëph. vs. 629 τίω . . . γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν. At haec similia non sunt, ut vere animadvertit Hartungius: ibi ἄτολμος αἰχμὴ significat *muliebrem vim* (spiritum) *innoxiam* (a caede alienam); hic γυναικὸς αἰχμὰ est periphrasis pro *muliere,* quemadmodum βία, ἰς poëtice usurpantur. Multis hoc displicuit. Vossius conjecit γυναικὸς ἀκμᾷ, quod sane non absonum: ἀκμὴ interdum periphrasi inservit idque non semel a grammaticis in αἰχμὴ mutatum esse ostendit Boeckhius ad Pind. Nott. crit. p. 531 et 554. Hic tamen γυναικὸς αἰχμὴν defendi posse puto respectu

regiae potestatis, ut significet: *mulieri sceptrum tenenti concedatur ante rem actam diis gratias agere.* Sic Pindarus Nem. X, 13: θρέψε δ' αἰχμᾶν Ἀμφιτρύωνος. Hartungii conjectura γυναικὸς αὐχῇ πρέπει nec ob vocabuli sensum nec ob juncturam mihi placet.

Verior est ejusdem emendatio in versu sequente

πιθανὸς ἄγαν ὁ θῆλυς ὅρος ἐπινέμεται —

legentis ὁ θῆλυς θροῦς, cum quo concinit quod ipse jam pridem conjeceram ὁ θηλύθροος. Certe vocabulum ὅρος, *finis*, tum ineptum est, ut mirareris criticos id tamdiu tulisse, nisi multa talia aeque patienter tulissent. Satis est audire scholiastae explicationem: ὁ θῆλυς ὅρος ἤγουν περιφραστικῶς ἡ γυνή, ὡς ταὐτὸν ὂν γυναῖκα εἶπειν καὶ ὅρον αὐτῆς *(definitionem ejus)* ἐκθεῖναι. Haud meliora sunt quae alii protulerunt. Quod attinet ad formam θηλύθροος pro θῆλυς θρόος, ejusmodi composita talia sunt ut ambo vocabula unam efficiant notionem: respondet nostro *vrouwenpraat.* Similia sunt ex. gr. ἀλυκτοπέδη (ἄλυκτος πέδη) apud Hesiodum, ἀμβροτόπωλος apud Euripidem, αἰνοπάτηρ et plura cum αἰνὸς composita apud Aeschylum aliosque, σεμνόμαντις apud Sophoclem, χαυνοπολίτης apud Aristophanem, ut omittam exempla seriorum poëtarum, qui in hoc genere plus sibi indulserunt: talia sunt μονόλυκος Arati, πλαγίαυλος Bionis, ὁμηραπάτη Timonis, de quibus cf. Lobeck. ad Phryn. p. 599 sqq. Praetuli tamen, ut minus quaesitum, quod Hartungius scripsit, nisi quod pro θροῦς auribus gratius putavi θρόος. Vitium peperit similitudo literarum Θ et Ο, quae multarum mendarum causa fuit, quorum haec ipsa fabula non pauca praebet exempla, in his insigne illud vs. 1655 ὁ ἔρως pro θέρος, correctum a Schützio. Eodem peccato laborabat vs. 1154 (1049), quod correxi.

Vs. 430. τάχ' εἰσόμεσθα κτλ. Scaligeri exemplo Wellauerus, quem Franzius, Hermannus, alii sunt secuti, versus hos usque ad προσβήκη πέλοι conjunctim cum duobus sequentibus ὅστις τάδ' ἄλλως κτἑ. non *Clytaemnestrae*, sed *Choro* tribuerunt. Wellauerus pro sua sententia has affert rationes: quod Clytaemnestra per totam hanc scenam nihil loquitur; quod pronomen σοι vs. 437 ad neminem nisi ad Clytaemnestram dici potuit; quod Chori sit peregre venientes primum conspicere, propter eum ipsum quem in theatro tenebat locum. Quibus argumentis haec oppono: pronomen σοι aeque recte, si non rectius, a Clytaemnestra ad Chorum

atque a Choro ad Clytaemnestram dici potuisse; quod Clytaemnestra in sequente scenae parte non loquitur, inde effici non posse, eam haec non locutam esse: quid enim obstat quominus post dicta illa statim abierit? quod denique Nuntium e longinquo advenientem Regina non potuerit prius conspicere de scena quam Chorus ex Orchestra, unde compertum reginam illum de scena animadvertisse? immo de tecto aedium procul advenientem prospexerat, eoque viso propere accurrit rem nunciatura, qua nuntiata, statim rursus abit. Hoc rei plane conveniens. Ipsa porro oratio multo est Clytaemnestrae quam Choro convenientior: refert quippe jactabundum mulieris ingenium, et simul iracundiam prodit in senes quod prius a se dictis parum credidissent. Denique duo ultimi versus *ὅστις τάδ' ἄλλως* — aperte responsum continent ad proxime praegressa, quare cum his copulari apte nequeunt. Ob has rationes nominum sigla, quae libri his versibus praefixa habent, restituenda censui.

Vs. 435 sqq. Libri sic legunt:

μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
πηλοῦ ξύνουρος δισσία κόνις τάδε,
ὡς οὔτ' ἄναυδος οὔτε σοι δαίων φλόγα κτέ.

Recte animadvertit Schützius inepte jungi: *μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις, ὡς οὔτ' ἄναυδος κτέ.* h. e. „pulvis mihi indicio est, nuntium non mutis signis, sicut faces, rem tibi declaraturum." Hoc enim cum per se facile esset intellectu, tum pulveris indicio declarari non potuit. Ideo pro *ὡς* scripsit *ὃς*, ad *κήρυκα* referendum, et *μαρτυρεῖ δέ μοι — τάδε* pro parenthesi habuit, relata ad praecedentia *κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὁρῶ.* Emendatio haec tam sensui conveniens est, ut recipere eam non dubitaverim. Illud *ὃς οὔτ' ἄναυδος* additum est a Clytaemnestra ad increpandum Chorum, quod taedarum signis non credidisset. Sed *ξύνουρος*, quod dictum foret pro *ξύναρος*, *conterminus*, *affinis*, est epitheton parum conveniens, sive cum *κόνις* sive cum *κάσις* jungatur; praeterea forma verbi est Ionica, non Attica: quare scribatur *ξύνωρος*, h. e. *συνάορος*, sicut *συνωρίς* et *τιμωρὸς* (subst.) factum ex *τιμάορος*. Hesychius: *σύνωρον, σύμφωνον... ἢ συγγενῆ.* — *κάσις σύνωρος* est *frater geminus*. Simile est *πέδωρος*. cf. Comment. ad vs. 808. Pronomen *σοι* ab Hermanno, qui verba illa Choro tribuebat, in *του* mutatum, jam sensui aptissimum esse apparebit.

Vs. 440. Quod vulgo legitur ἀποστέργω, id sensus hic postulabat accipi pro *aversor*, contra veram verbi significationem: notat enim *amorem exuo* s. *amare desino*, quo sensu legitur apud Theocritum et alibi: cf. Blomf. Eadem potestas inest in similibus compositis, ἀπαγορεύω, ἀποκάμνω, ἀποβιόω, ἀποζέω, ἀποδειπνῶ, quae significant *desistere a laborando, dicendo, vivendo*, cet. Itaque verbum hoc, ut sensui non conveniens, mutavi in ἀποστυγῶ.

Vs. 452 sq. Hos versus plerique interpretes sic legunt:

ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἦσθ' ἀνάρσιος,
νῦν δ' αὖτε σωτὴρ ἴσθι καὶ παιώνιος.

Codices pro ἦσθ' contra metrum ἦλθες, et pro καὶ παιώνιος habent κἀπαγώνιος; ἦσθ' e margine Askew. emendatum dedit Blomfieldius; παιώνιος debetur Dobraeo et Ahrensio, quod pulcre oppositum est praegresso ἀνάρσιος. Hermannus vero pro ἦσθ' edidit ἦσθ', h. e. ἧεισθα (e solita Atticorum contractione: vid. Schneid. ad Plat. de Rep. Vol. II, p. 259), cujus verbi interpretatione nasci potuerit librorum lectio ἦλθες. Hoc adeo probabile mihi visum, ut alteri ἦσθα anteponere non dubitaverim: *antea inimicus veniebas, nunc propitius esto!* Quod objicit Hartungius, ἰέναι pro *venire* non poni, falsum est. Cf. modo Sept. ad Th. vs. 699: μελαναιγὶς οὐκ εἶσι δόμους Ἐρινύς. Soph. El. vs. 467: εἶσιν ἃ πρόμαντις Δίκα δίκαια φερομένα. ne plura addam. Nolo tamen reticere, quod mihi olim in mentem venerat legendum, ἦλθ' ἀνάρσιος. A secunda persona ad tertiam, aeque ac contra, saepe transitur; et h. l. tertia persona fortasse non minus apta habenda.

Vs. 461. Vulgo sic:

εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι
δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.

φαιδροῖσι τοισίδ' ὄμμασι multis displicuit, jure. Nam praeterquam quod forma τοισίδε suspecta est (in Aeschylo excepto hoc loco nusquam, in Sophocle semel legitur Phil. 956, plus semel apud Euripidem), hic incommodum habet sensum. Significaret quippe *hilari hoc quo estis vultu;* diceret ergo eos jam esse laeto vultu, quod ipsum eos esse jubet. Hauptio videbatur festivi quid in hoc dicto inesse a militis persona non alienum, id vero quale sit non assequor. Invenusta est etiam verborum junctura τοισίδ' ὄμμασι κόσμῳ, qua duplex dativus uni verbo jungitur. Legendum igitur,

quod dudum conjecerunt Auratus et Vossius, φαιδροῖς ἰδόντες ὄμμασιν. Sic apta est verborum junctura. βασιλέα referendum tam ad verbum quam ad participium; qua constructione, non satis animadversa ab interpretibus, poëtis nihil est frequentius. Recepit hanc emendationem Hartungius; Hermannus et Blomfieldius vulgatam servant.

In proximo versu, in verbis κόσμῳ β. πολλῷ χρόνῳ ingratus est sonus, ambigua constructio v. πολλῷ, atque ipsum illud χρόνῳ vel πολλῷ χρόνῳ frigide additum, quasi cives moneri opus esset regem post longum demum temporis spatium reverti. In mentem mihi venerat forsitan legendum esse:

δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χορῶν.

Vocabula χορὸς et χρόνος scriptura vix differunt; chori autem erant solennis gaudii et gratiarum testificatio. Sic supra vs. 23: ὦ χαῖρε λαμπτὴρ — φάος πιφαύσκων καὶ χορῶν κατάστασιν. Attamen non satis congruum *diis Penatibus* hoc dici. Poëtae manum restituisse me puto pro χρόνῳ scribendo θρόνοις. Ambo haec vocabula etiam vs. 1563 (1440 huj. ed.) in libris permutata sunt.

Vs. 466. Pro τοῦ δικηφόρου praestare forsitan τῇ δικηφόρῳ Διὸς μακέλλῃ putat Hermannus: per se id non invenustum, hic vero minus gratum, quia statim iterum τῇ sequitur. Verisimilitudine non caret, quod idem memorat, Salzmanni judicium, versum βωμοὶ δ' — ἱδρύματα huc illatum esse e Pers. vs. 811, quippe eo exemto venustius copulari versus hoc modo:

Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου
Διὸς μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον
καὶ σπέρμα πάσης ἐξαπόλλυται χθονός.

Itaque exsulare hunc versum jussit Hartungius; prudentius tamen, credo, Hermannus judicavit, non eam versimilitudinem habere hanc conjecturam ut sine librorum fide versum delere liceat. Nam si exemto eo verba arctius cohaerent, tamen, eo inserto, versus nequaquam male copulantur; quid quod templorum direptorum mentio hic perquam est conveniens? Cf. annot. ad vs. 304. Quamobrem versu hoc aegre caream.

Vs. 477. Verbum αὐτόχθονον ut suspectum notavit Porsonus; Blomfieldius divisim scripsit αὐτόχθον' ὄν, in quo duplex vitium, judice Hermanno, „alterum languide inserti pronominis, alterum

vocis consulto a poëta declinatae (np. ὗς pro ἑός)". αὐτόχθονος, quod ad formam attinet, non potest comparari cum similis significationis compositis αὐτόπρεμνος αὐτόκωπος, αὐτόκλαδος, quum sic oportuisset dici αὐτόχθων, sicut αὐτογλώχιν. Sed dicendum cum Hermanno, poëtam pro αὐτόχθων fecisse αὐτόχθονος, ut ambiguitatem vitaret, si quidem illud significat *e terra natus*, hoc autem dictum est pro *una cum terra (patria)*, sicut supra vs. 137 αὐτότοκος. Erat haec satis justa novandi causa; quare vocabulum hoc sollicitare temerarium puto, etsi haud deessent probabiles conjecturae, velut αὐτόθρονον, vel αὐτοκτόνος, nempe ὁ Πάρις.

Vs. 478. Libri sic legunt:

διπλᾶ δ' ἔτισαν Πριαμίδαι ἀμάρτια.

Quamquam inauditum ἀμάρτιον pro -ία defendi possit simili exemplo Pindari Pyth. XI, 26 (41), ubi ἀμπλάκιον pro -ία, tamen praestat, Hermanno judice, mutato accentu scribere θἀμαρτία duali numero; quae conjectura eo probabilior fit quod etiam Pers. vs. 676 perperam illatum δίδυμα ἀμάρτια pro διδύμᾳ ἁμαρτίᾳ. Dualis plane conveniens, quia de duobus peccatis conjunctis mentio est, nempe κλοπῇ et ἁρπαγῇ. Quid autem sibi vult illud διπλᾶ, h. e. *duplicia* (sive *duo*) *peccata luerunt Priamidae?* Languidum est hoc epiphonema, pro quo sensus aperte postulat διπλῇ δ' ἔτισαν, *duplâ* (h. e. *duplo majore*) *multâ commissa luerunt Priamidae:* hoc et cum facto consentiens et glorianti congruum.

In colloquio quod sequitur Praeconem inter et Chorum quaedam adhuc maculae inhaerebant.

Vs. 480. Libri τεθνᾶναι pro τεθνάναι, quod est unicum hujus formae exemplum quod apud classicos scriptores exstet. Defenditur a Thoma Magistro, Favorino aliisque grammaticis; sed Hermanni judicio commenta haec sunt, e perversa sequioris aevi pronuntiatione nata: hinc quod etiam a librariis plerumque τεθνᾶναι scribitur. Haec ratio magis me movet ut τεθνᾶναι corruptam putem, quam quod Hartungius addit τεθνάναι significare *mortuum esse* ideoque non convenire sensui, qui postulet θανεῖν, *mori;* nam τεθνάναι interdum pro θανεῖν poni, dudum docuerunt grammatici exemplo hoc Platonis e Critone princ. τὸ πλοῖον ἀφῖκται ἐκ Δήλου, οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με, cui plura addi possunt. Hermannus et Hartungius verba audacius mutant; ille legit:

χαίρω, θεοῖσι τεθνάναι δ' οὐκ ἀντερῶ;

hic vero:

χαίρω, θανεῖν ἂν δ' οὐκ ἔτ' ἀντερῶ θεοῖς.

Lenior medicina foret pro τεθνᾶναι reponere τεθνήξειν, quod legitur infra vs. 1279: οὐ μὴν ἄτιμοί γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν. Futurum hac constructione recte poni posse ostendunt exempla Lobeckii ad Phrynich. p. 747 sq. Sed facillimum et veri simillimum est scribere τὸ τεθνάναι: articulus τό initiali syllaba verbi τεθνάναι absorptus esse videtur.

Vs. 482. Pro ἐνδακρύειν recepi Hermanni emendationem ἐκδακρύειν. Ambo verba etiam confusa sunt in Euripidis Or. 1122, ubi sensus aperte ἐκδακρῦσαι postulat. ἐκδακρύειν est *effundere lacrimas;* ἐνδακρύειν ὄμμασιν significaret *in oculis lacrimare*, quod dictum esset de lacrimis furtim obortis. Sed hoc, nisi ineptum, minus certe conveniens est calidi juvenis ingenio, qualem hic nuntius se prodit.

Vs. 483—85. τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆςδ' ἐπήβολοι νόσου. —
τῶν ἀντερώντων ἰμέρῳ πέπληγμένος.

Pro ἦτε Flor. ἴστε, itacismi, opinor, errore pro ἧστε, quod praetuli. Bergkius conjecerat ἧστε — ἐπήβολοι (ὄντες), *sciebatis vos compotes esse;* Hermannus edidit ἴστε, *scitote vos compotes esse.* Cf. Comment. ad vs. 997. Utrumque a recta via abduxit amor rarioris constructionis, quae num justis probari exemplis possit, valde dubito. ἦτε s. ἧστε plane congruit sensui. Chorus a singulari numero ad pluralem transit, conjiciens nimirum eundem animi sensum fuisse ceteris Graecis qui Ilium obsiderent; et recte viderunt Tyrwhittus et Schützius, huic convenienter mox etiam legendum esse τῶν ἀντερώντων ἰμέρῳ πεπληγμένοι, non πεπληγμένος, ut legitur in codicibus, quasi τῶν ἀντερώντων amor ad unum illum, non vero ad omnes pertineret. Plurali congruit quoque proximus versus qui est hujus interpretatio: ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις. ubi ἥδε γῆ spectat ad τοὺς ἀντερῶντας, στρατὸς ad ἰμέρῳ πεπληγμένους.

Vs. 488. πόθεν τὸ δύςφρον τοῦτ' ἐπῆν στύγος στρατῷ;

Sic vulgo. At haec Praeconis interrogatio non congruit praegressis dictis. Chorus de suo animi moerore locutus erat; ad haec alter sic interrogat quasi de exercitus moerore locutus sit. Apertum

est, vocabulum στρατῷ vitiosum esse. Hermannus et Emperius correxerunt: πόθεν τὸ δύςφρον τοῦτ' ἐπῆν στύγος φρενῶν; Hoc sane non improbabile; probabilius tamen putavi ita scribere: πόθεν τὸ δύςφρον τοῦτ' ἐπῆν στύγος; φράσον. Additum φρενῶν abundat; φράσον vim addit interrogationi, atque huic optime congruit responsum Chori: πάλαι τὸ σιγᾶν κτέ. Cf. Pers. 350: ἀρχὴ δὲ ναυσὶ ξυμβολῆς τίς ἦν; φράσον. Similiter alibi: Pers. 717. Sophocl. Oed. R. 1037: — πρὸς μητρὸς ἢ πατρός; φράσον.

Vs. 492. In Praeconis responso pro ταῦτα δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ sensus scribi postulabat ταὐτὰ. *Eadem res* (dicit) *per longi temporis spatium modo laeta, modo tristia habet:* cum quo concinit hoc quod addit: „nemo, exceptis diis, stabili felicitate fruitur." Generalis haec est sententia, qua orditur narrationem miseriarum quibus conflictati erant. Auratus conjecerat τἄλλα, receptum Hartungio.

Vs. 496 sqq. vulgo sic leguntur:

> μόχθους γὰρ εἰ λέγοιμι καὶ δυςκυλίας,
> σπαρνὰς παρήξεις καὶ κακοστρώτους — τί δ' οὐ
> στένοντες, οὐ λαχόντες ἥματος μέρος;

παρήξεις schol. explicat παραδρομὰς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τῶν νεῶν, h. e. *discursus in navium tabulatis;* recentiores interpretantur *accessus ad terram.* Neutrum vel sententiae vel verbo conveniens videtur: nam rari discursus per naves vel rari accessus ad terram non erant res tantis querelis digna. Verbum autem παρήκειν, unde παρῆξις, rarum est apud poëtas; in Aeschylo nunquam, in Sophocle semel legitur, idque sensu *transgrediendi, excedendi:* Ai. vs. 729 στέγης μὴ ἔξω παρήκειν; vulgaris autem significatio est *pertingere, porrigi:* utraque cum vi praepositionis παρὰ convenit. Cum neutra vero harum significationum congruunt modo memoratae interpretationes, quare poëta obscure certe esset locutus. Adde quod παρῆξις nusquam alibi legitur. Sed etiamsi explicationes hae probari possent, neutri earum convenit epitheton κακόστρωτος; dicitur hoc de *lecto, cubili, pavimento,* non de *discursu* per navem vel de *accessu* ad terram. Interpretantur quidem *raros appulsus ad terram et dura cubilia;* hoc vero non est interpretari verba, sed interpolare. Miror criticos non attendisse ad Emperii conjecturam, in quam ipse quoque incideram, σπαρνὰς τ' ἀρήξεις, h. e. *parca auxilia recreandis viribus,* sive parcum cibum; cui emendationi nihil

deerit, si pro κακοστρώτους legeris κακόβρωτους, cibos *male esculentos;* quo ducit lectio Flor. κακοτρώτους. βρωτὰ καὶ ποτὰ vocantur *cibus* et *potus.*

In proximo versu οὐ λαχόντες manifesto corruptum. Variae sunt conjecturae, οὐ καμόντες (κάμνοντες), οὐ κλαίοντες, οὐκ ἀχοῦντες; sed verisimillimum, me judice, verbum λαχόντες natum esse e λακόντες, quod scriptum fortasse erat pro λάσκοντες, quamquam etiam aoristum poni licuit ut vs. 614. Emendationem hanc praeceptam video a Franzio. λάσκειν, *clamare*, *vociferari*, optime cum στένειν copulatur. Vid. Prom. vs. 406: πρόπασα δ' ἤδη στονόεν λέλακε χώρα. Superest difficultas in verborum constructione τί δ' οὐ στένοντες — ἥματος μέρος; ad quod supplendum ἦμεν. Ellipsis valde dura, cujus simile exemplum legere me non memini. Accedit quod ipsa sententia non valde probabilis est: milites scilicet sedisse per totum diem assidue gementes. Hoc sane nimium. Conjicio poëtam scripsisse: τί δ' οὐ στένοντες — ἦμεν δύςμοροι; enumerat varias expeditionis miserias: incommodam habitationem, parcum victum, malos cibos; addit *et quid non desiderantes querebamur — miseri?* Prava syllabarum distinctione facile δύςμορος in ·τος μέρος mutari potuit. — Quae deinceps addit, vulgo sic leguntur:

Vs. 499. τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προςῆν πλέον στύγος·
εὐναὶ γὰρ ἦσαν δηΐων πρὸς τείχεσιν·
ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμώνιαι
δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων τιθέντες ἔνθηρον τρίχα.

Quid facias duplici γὰρ in εὐναὶ γὰρ ἦσαν et ἐξ οὐρανοῦ γὰρ —? Non continet alterum horum rationem vel explicationem alterius; sed prior versus pro parenthesi habendus erit qua explicetur praegressum illud χέρσῳ, hoc sensu: „a terra autem, nam castra erant sub moenibus hostium, graviora his accedebant mala:" hoc vero additamentum tam frigidum est ut grammaticum potius quam poëtam referat. Porsonus aliique pro altero γὰρ posuere δέ, quo ambo membra copulentur; quod paullo quidem meliorem, nec tamen aptam facit sententiam: non enim belli pericula enumerat, sed castrensis vitae incommoda et taedia. Pro λειμώνιαι multi Schützium secuti scripserunt λειμωνίας ad γῆς relatum, quia δρόσοι λειμώνιαι non possint dici stillare ἐξ οὐρανοῦ. Wellauerus animadvertit in poëta id non premendum esse: eodem quippe jure quaeri

posse, quomodo δρόσοι dici possint ἐκ γῆς καταψακάζειν, quod verbum conveniat tantum adjecto ἐξ οὐρανοῦ. Sed ne opus quidem est tali defensione: nam δρόσοι, sive ex aëre sive e terra oriantur, semper sunt λειμώνιαι, vapore et humore prata tegentes. Inconcinna autem erit verborum oppositio si scribatur ἐξ οὐρανοῦ et ἀπὸ γῆς λειμωνίας.

Plus difficultatis est in proximis verbis, quae bifariam explicant, vel sic interpungentes: δρόσοι, ἔμπεδον σίνος ἐσθημάτων, τιθέντες ἔνθηρον τρίχα, *ros, assidua vestium pernicies, crines efferatos reddens;* vel ita: δρόσοι, ἔμπεδον σίνος, ἐσθημάτων τιθέντες ἔνθ. τρίχα, *ros, assidua pernicies, vestium villos efferos reddens.* Utrovis modo verba durius junguntur vel potius dirimuntur. Quid autem est illud quod ros dicitur crines vel villos facere ἐνθήρους? interpretantur *feris* s. *ferarum villis similes*, quasi hi natura soleant esse squalidi ac putres. Contrarium, credo, obtinet. Praeterea ἔνθηρος ex analogia significat non *ferarum speciem referens*, sed *ferinam indolem habens*, sicut ἔνθεος, ἔνδικος, ἔνδροσος, ἔννδρος: hoc sensu semel legitur, alibi nusquam, in Sophoclis Phil. 691: αἱμάδα κηκιομένην ἑλκέων ἐνθήρου ποδός, h. e. *vulnere velut efferati pedis.* Quod dictum quamquam defendi potest, tamen vix dubium quin Sophocles scripserit ἀνθηροῦ ποδός, *pedis morbo flagrantis*, quo sensu ἄνθος, ἀνθηρός, ἀνθεῖν eleganter usurpantur, ut Choëph. vs. 1009 πάθος ἀνθεῖ. Sophocl. Trach. vs. 995 ἀκήλητον μανίας ἄνθος. Ant. vs. 945 μανίας ἀνθηρὸν μένος. Idem hic reponendum esse jam dudum viderunt Auratus et Stanlejus; e recentissimis interpretibus unus recepit Hartungius. Jam, sublata virgula, versus sic legatur:

δρόσοι κατεψάκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων τιθέντες ἀνθηρὰν τρίχα.

ἔμπεδον (adject.) σίνος de vestibus dictum, sicut apud Theocritum *vellera* vocantur ἄπαν ῥύπον, *merae sordes*, quod illustrat Valcken. ad Adon. p. 413. Ne quis autem putet, quod nonnullis scrupulum fecit, parum recte dici ἐσθημάτων τρίχα, id optime dictum est: θρὶξ enim non tantum de crine, sed etiam de pilis, setis, villis animalium usurpatur; ἐσθήματα autem hic intelligendae potissimum χλαῖναι, e vellere confici solitae, quibus tam pro amictu quam pro stragulo uti solebant, ut ex Homero notum. Erant hae villosae, οὖλαι, ut vocantur Il. ω, 646: χλαίνας τ' ἐνθέμενοι οὔλας. Il. κ, 134: οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη, cum quo plane concinit quod hic dicitur ἀνθηρὰ θρίξ. In verbis δρόσοι — τιθέντες

masculina forma pro τιθεῖσαι, quae multis difficultatem fecit, non est cur jure suspecta habeatur. „Indulserunt sibi talia poëtae, dicit Hermannus, vel metri vel suavioris soni caussa." Simile est supra vs. 119 λαγίναν — γένναν βλαβέντα. Choeph. vs. 592 ἀνεμωκέντων αἰγίδων. Pind. Ol. VI, 15 (23) ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων, quae non sic jungenda, ut Boeckhio placet, inverso ordine, νεκρῶν ἑπτὰ πυρᾶν τελεσθέντων, sed πυρᾶν νεκρῶν, sicut Homerus quoque dicit πυραὶ νεκύων, Il α, 52. Veterum exempla imitati sunt seriores, ut Nicander, alii. Enallage haec eo minus mirationem facere debet, quod in participiis dualis numeris forma masculina femininam fere obscuravit. Pro κατεψέκαζον Dindorfius ex Atticistarum praecepto κατεψάκαξον, quod recepi, quum etim ψακάς in Aeschylo legatur idque interdum quoque in ψεκάς mutatum sit. Vid. Blomf. ad vs. 1512.

Ceterum Hartungius hos versus sic refinxit:

δρόσῳ κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων τιθέντε κἀνθηροῦ τριχός.

quae mutatio quomodo a temeritate defendi possit, ipse viderit. Sufficiat animadvertisse, praeter incuriae mendam κἀνθηροῦ pro κἀνθηρᾶς, dualem δρόσῳ (pro quo in textu errore exaratum δρόσῳ), mire dictum esse, et quod *rore* (capitis) *crines tabefieri* dicuntur, id vix cuiquam, credo, probabile videbitur.

Vs. 510. τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν,
τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου;

In his et sqq. versibus parum diligens interpretatio multas peperit inanes difficultates et conjecturas inutiles. Primum critici haerent in τύχη παλίγκοτος; frustra. Vocabulum hoc aeque significat *fortunam inimicam* atque *infortunium recrudescens;* prius h. l. conveniens: intelligitur praeteriti temporis adversa fortuna. ἀλγεῖν autem cum genitivo constructum etiamsi alibi non exstaret, damnare tamen non auderem: interest aliquid utrum dicas ἀλγεῖν τι an τινός. Sed exstat exemplum Eurip. Hec. 1256: ἀλγεῖς, τί δ' ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς; pro quo non licuisset dicere παῖδα vel παῖδας; significat enim *propter filium*, estque idem quod usitate dicitur ὑπεραλγεῖν τινός. Eadem est constructio verbi ἄχνυμαι et similium. cf. Matth. Gr. Gr. § 368. Itaque nulla est causa cur cum Ahrensio verba sic mutemus:

τὸν ζῶντα δ' ἄλγους χρὴ τυχεῖν παλιγκότου.

Si medicina opus esset, magis in promptu foret pro ἀλγεῖν scribere ἀλέγειν, curare, ut in Suppl. vs. 751, βωμῶν ἀλέγοντες οὐδέν. Sed nihil muto. In proximo versu:

Vs. 512. καὶ πολλὰ χαίρειν ξυμφοραῖς καταξιῶ,

Blomfieldius, multis approbantibus, pro ξυμφοραῖς scribendum conjecit ξυμφοράς, putans eodem sensu hoc dictum esse quo dici solet πολλὰ χαίρειν λέγω vel κελεύω ταῦτα, *multum haec valere jubeo;* quum contra et sensus et verbum καταξιῶ ostendant hoc dici: *aequum censeo* s. *par est magnopere me laetari eventu.* Vidit hoc Palejus.

Vs. 513 sq. Versus ἡμῖν δὲ — οὐκ ἀντιρρέπει Hartungius, auctore Elberlingio, collocavit ante praegressos τί τοὺς ἀναλωθέντας, quod non fecisset, credo, si naturalem cogitationum ordinem et junctu-ram diligentius attendissent.

Vs. 515. ὡς κομπάσαι — ποτωμένοις. Pro dativo hoc Stanlejus legi jussit ποτωμένους, quod sane grammaticae rationi conveniens: dicitur enim εἰκός ἐστιν ἐμὲ κομπάσαι, non ἐμοί. Loci, quales sunt hic Euripidis Hipp. vs. 1434: ἀνθρώποισι δὲ θεῶν διδόντων εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν, aut hic Platonis Phaed. p. 59 A: οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντι πένθει, nihil contra probant. Nam in altero ἀνθρώποισι construendum est cum διδόντων, tanquam si dictum esset: θεῶν ἀνθρώποις διδόντων, εἰκὸς αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν. In altero aperte supplendum ὡς εἰ-κὸς ἂν δόξειεν εἶναι (ἔλεον εἰςιέναι) παρόντι πένθει. Itaque h. l. da-tivum ita defendi oporteret, ut diceremus poëtam casum hunc accommodasse praegresso ἡμῖν δὲ — quod tamen coactum. Mani-festum, me judice, est quod Blomfieldius vidit, legendum esse ποτώμενοι, hac interpunctione:

ὡς κομπάσαι τῷδ' εἰκὸς ἡλίου φάει·
„ὑπὲρ θαλάσσης καὶ χθονὸς ποτώμενοι
„Τροίαν ἑλόντες δή ποτ' Ἀργείων στόλος κτέ.

Eo enim non parum augetur spoliorum pretium, quod longinquo e bello trans terras et maria domum portentur. Quod idem pro τῷδ' scribi voluit τάδ', id quamquam non malum, tamen non necessarium puto; quod autem ante ἑλόντας inserit τε (δ') reji-ciendum est: nam asyndeton hic plane aptum. „Trans terras et maria volantes, expugnata Troja, haec dona Achivi templis defixe-

runt." Participium praesens pro praeterito saepe ponitur, ut jam supra animadverti in Comment. ad vs. 152. Unum e multis addam hoc exemplum Soph. Ant. vs. 165 sqq. (ὑμᾶς) ἔστειλ' ἱκέσθαι, τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη κτέ. ubi σέβοντας aeque ac sequens μένοντας ad tempora praeterita spectat. Aoristus cum praesente participii jungitur et infra vs. 670: καμόντος καὶ σποδουμένου. vs. 1191: ὑμνοῦσι — ἀπέπτυσαν. alibi.

Vs. 518. θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
δόμοις ἐπασσάλευσαν ἀρχαῖον γάνος.

Pro ἀρχαῖον Blomfieldius e Porsoni conjectura scripsit ἀρχαίοις (δόμοις), quod nempe spolia recens defixa templis non possint dici ἀρχαῖον γάνος. Longius processit Hartungius scribens δόμων ἐπασσάλευσαν ἀρχαίων γάνος. Codicum vero lectio defenditur a Bothio, qui Schützium secutus spolia illa ἀρχαῖον γάνος vocari vult vel quod multa in his essent antiqua, vel quod olim ea antiqua futura essent, h. e. inviolata, sancta. Posterior Hermanni quoque explicatio est, quam firmat dicto Sophoclis Oed. Col. 1632: δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις, quod interpretatur „fidem quae olim antiqua futura sit," h. e. quae firma manebit; sed nihil obstat quominus proprie interpretemur *fidem tuam antiquam*, eam qua semper usus es, diu cognitam et spectatam. Nec prior explicatio mihi satisfacit. Potius ideo spolia ἀρχαῖον γάνος dici credo, quia antiquus erat ille mos spolia templis defigendi. Simili sensu apud Aeschylum in fragm. Sphingis 249 Herm. corona in Promethei sacris usitata appellatur ἀρχαῖον στέφος, et in Sophoclis Oed. Col. v. 683 narcissus appellatur μεγάλαιν θεαῖν ἀρχαῖον στεφάνωμα. Duplex dativus θεοῖς et δόμοις nihil habet quod offendat.

Vs. 534. καὶ γυναικείῳ νόμῳ
ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν
ἔλασκον εὐφημοῦντες, ἐν θεῶν ἕδραις
θυηφάγον κοιμῶντες εὐώδη φλόγα.

Nonnulli illud γυναικείῳ νόμῳ, *femineo more*, parum congruere crediderunt cum subjecto masc. ἄλλος ἄλλοθεν, ideoque interpretati sunt *(meo) mulieris jussu*, quod parum probabile; Hartungium haec difficultas movit ut verba suo arbitrio mutaret, sine caussa. Nam etiamsi ἄλλος ἄλλοθεν ad feminas tantum spectaret, posset tamen generatim masculinum poni; sed quis affirmet feminarum

gratulantium turbae nullos viros immixtos fuisse. γυναικείῳ νόμῳ cum ironia dictum, quo significat non se solum sed cunctos cives fecisse id, quod Chorus modo tanquam muliebrem levitatem risisset. Quod libri habent κοιμῶντες φλόγα, i. e. *sopientes* s. *exstinguentes flammam*, merito offendit interpretes, quia sensus contrarium poscit, np. *adolentes flammam*. Plerique tamen acquieverunt Butleri explicatione, qui virgula post ἔλασκον posita, ἀσυνδέτως jungit εὐφημοῦντες — κοιμῶντες, *acclamantes dum flammas exstinguebant*: quo significetur acclamatio in fine sacrificii facta. Sed primum coacta est haec verborum junctura: cohaerent enim verba ὀλολυγμὸν ἔλασκον εὐφημοῦντες, quo sensu v. 28 dicitur ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα ἐπορθιάζειν. Tum sensus inconveniens. Dicit Clytaemnestra, suo jussu per totam urbem odores in aris crematos esse; hoc autem ita scilicet enuntiet: suo jussu flammas in aris exstinctas esse? Praeterea ὀλολυγμός sive ὀλολυγή, *fausta acclamatio*, non in fine sacrificii, sed inter sacrificandum, simulac victima percussa vel flamma accensa esset, fieri solebat. Exemplum est in Homero Od. γ, 450. Hinc satis liquet κοιμῶντες esse corruptum. E variis criticorum conjecturis una non improbabilis Casauboni κτίοντες; mihi probabilius visum erat κινοῦντες, quod male inserta litera ο, quae saepe ex inani scripturae ductu nata est, facile in κοιμῶντες depravari potuit. cf. Bast. Comm. Palaeogr. p. 729. κινεῖν φλόγα est idem quod ἐγείρειν, *ciere flammam*, h. e. suffitionem instituere. Simili sensu Pindarus fr. 259 ed. Boeckh. dicit: ἐκίνησ' ἐρατὸν μέλος αὐλῶν. Sophocles El. vs. 18: (*aurora*) ἐῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων. Euripides Andr. vs. 607: κινεῖν δόρυ. Et sic vulgo dicitur κινεῖν πόλεμον, λόγον, pro quo aeque frequentatum ἐγείρειν. His dudum scriptis, video Hermannum conjecisse κοιῶντες, quod ut verisimillimum recepi. Verbum κοιᾶν servavit Hesychius: κοιᾶται, ἱερᾶται. κοιώσατο, ἀφιερώσατο. κοίης, ἱερεὺς Καβείρων. Hinc etiam factum θυόσκος, θυοσκεῖν supra vs. 87. Similis notae est vox ἄοζος vs. 231.

Vs. 551. οὐκ οἶδα τέρψιν — μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς.

Ultima verba, quidquid ad ea explicanda attulerunt interpretes, merae sunt tenebrae. χαλκοῦ βαφὴ significat *aeris tincturam*, nempe qua aes tinguitur. Jam talem tincturam sive noverint veteres sive non noverint, ineptum certe est dictu: „non magis polluta sum illicita consuetudine quam tincturâ aeris." Sunt qui χαλκοῦ βαφὰς tropice de ferro sanguine tincto, h. e. de caede, accipi volunt, ut Clytaemnestra dicat, se aeque ab incesto amore alienam

esse atque a caede; vel magis proprie, se non magis adulterium passam esse quam belli vulnera. Sed ut χαλκοῦ βαφαὶ hoc sensu obscure et insolenter dictum esset, ita enuntiatum ipsum valde friget. Quare miror, viros doctos hanc lectionem defendere maluisse quam recipere emendationem facilem aeque atque claram Aurati et Pauwii — μᾶλλον ἢ χαλκὸς βαφές, quod idem est ac si dicatur ἄτεγκτός εἰμι ἡδονῇ ὡς χαλκὸς βαφῇ: ut aes non imbibit colorem vel humorem, sed intemeratum manet, ita se praedicat omni incestu puram. Idem recepit Hartungius.

Vs. 553. ΚΗ. τοιόσδ' ὁ κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων
οὐκ αἰσχρὸς ὡς γυναικὶ γενναίᾳ λακεῖν.

Sic vulgo. Hermannus hoc versus *Praeconi* ademit, *Clytaemnestrae* attribuit, his argumentis: „nec decet (inquit) Praeconem respondere, nec potuit ille τοιόσδ' ὁ κόμπος dicere sed dicere debuit τοιόσδε κόμπος, nec justus finis factus erat orationi Clytaemnestrae." Sunt in his vera falsis mixta. Postremum nemo, opinor, facile Hermanno assentietur; quod ad primum attinet, non decere Praeconem respondere, non respondet Praeco his verbis Reginae, quippe quae statim postquam locuta est, discessit, sed vel ipse pro se vel ad Chorum haec dicit, unde etiam sequentia Chori verba his Praeconis dictis respondent. Pro τοιόσδ' ὁ κόμπος autem requiritur sane τοιόσδε κόμπος κτέ. sive Praeconi sive Clytaemnestrae hoc dictum tribuatur. Nempe τοιόσδ' ὁ κόμπος significat *talis (est) gloriatio*, in quo τοιόσδε est praedicatum vocis κόμπος; hic vero τοιόσδε κόμπος conjunctim efficit subjectum, cui additur praedicatum οὐκ αἰσχρός (ἐστιν), *talis gloriatio non est inhonesta*.

Vs. 558. Libri

εἰ νόστιμός γε καὶ σεσωσμένος πάλιν
ἥξει ξὺν ὑμῖν —

Pro γε Hermannus recte scripsit τε; particula enim γε addita voci νόστιμος caret sensu. Dici poterat εἰ σεσωσμένος γε ἥκει, *redeatne, et incolumis quidem*, non vero εἰ νόστιμός γε, *veniatne, et quidem redux*. νόστιμός τε καὶ σεσωσμένος artissime copulata sunt. Pro ἥξει autem sensus postulat, opinor, ἥκει. Aderat jam rex una cum classe, ut diserte dixit Nuntius vs. 522; quaerit ergo, num una cum ipsis redux et salvus adsit Menelaus.

Vs. 560. οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλὰ
ἐς τὸν πολὺν φίλοισι καρποῦσθαι χρόνον.

V. καρπoῦσθαι hic vel activo vel passivo sensu accipiendum: „falsa bona non diuturnum *fructum afferunt*" vel „non diu *percipiuntur*." Neutra significatio in usu est, usitatum est medium καρπoῦσθαι pro *percipere*, *frui*. Sed hanc veniam poëtae concederem; verum sensus parum conveniens: nam falsus ejusmodi nuntius non modo non diuturnum, sed ne ullum quidem affert fructum. Quare conjicio poëtam potius scripsisse φίλοισι κρύπτεσθαι, idque eo probabilius mihi videtnr quia huic respondet quod statim sequitur οὐκ ἔνυπνα γίγνεται τάδε.

Vs. 566. Ad Nuntii dictum ἀνὴρ ἄφαντος — quaerit Chorus:

πότερον ἀναχθεὶς ἐμφανῶς ἐξ Ἰλίου,
ἢ χεῖμα, κοινὸν ἄχθος ἥρπασε στρατοῦ;

Versus hi quomodo probabiliter explicari possint, in annotatione monui. Habent tamen aliquid difficultatis. Proprie verba hoc dicunt: *utrum manifesto ex Ilio profectus (evanuit), an tempestas, communis calamitas, eum ab exercitu abripuit?* Hoc non recte dictum puto. Nam in bipartita hujusmodi interrogatione *utrum — an*, πότερον — ἤ, opponuntur sibi duo enuntiata, quorum alterum excludat alterum; at illa ambo non sibi sunt opposita. Quid enim obstabat quominus et manifesto, conspicientibus omnibus, ab Ilio vela fecisset Menelaus et deinde tempestate deprehensus a ceteris separatus esset? Priorem vero versum πότερον ἀναχθεὶς etiam sic vetere licet: *utrum revectus ab Ilio* evanuit, h. e. postquam ab Ilio jam reversus est in patriam? cui recte opponitur hocce: an tempestate in itinere a reliqua classe est avulsus? Ita vero ἐμφανῶς satis otiose additum est. In altero versu offendit me istud κοινὸν ἄχθος. Rectum quidem est ἄχθος, quippe quod non solum de assiduo onere molestiarum, sed etiam de subita calamitate dici potest, ut in Soph. Ant. 1140, quare temere Casaubonus pro hoc conjicit ἔχθος; sed displicet additum κοινόν, quia non de communi Graecorum clade, sed de unius Menelai casu sermo est. Quare vide num poëta sic scripserit:

πότερον ἀναχθεὶς ἀσφαλὴς ἐξ Ἰλίου,
ἢ χεῖμα, καινὸν ἄχθος, ἥρπασε στρατοῦ;

utrum (evanuit) incolumis ab Ilio reversus, an nova calamitate, procella, a classe avulsus?

Vs. 594. Libri πότερα γὰρ αὐτοῦ. Vim particulae γὰρ intelligo

m versu qui statim sequitur, πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα —; dicit cum admiratione: *ergo procellam dicis ortam esse ira deorum?* Hoc loco γὰρ, si quid video, caret sensu. Stanleius conjiciebat πότερα δ' ἄρ' cui assentior, nisi quod praefero πότερον ἄρ' — Litera ν cum ἄρ' facillime in γὰρ coaluit.

Vs. 580. πόλει μὲν ἕλκος ἓν τὸ δήμιον τυχεῖν,
πολλοὺς δὲ πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων —

Illud τυχεῖν difficile est explicatu. Hermannus sic interpretatur: „Quum afflictus nuntiatur exercitus, *unum civitati vulnus est, quod ea res communis est* (ad omnes pertinet cives)." Verba igitur sic construit: πόλει μὲν ἕλκος ἓν, τὸ τυχεῖν αὐτὸ δήμιον ὄν. Quae explicatio et coacta est et frigidum parit sensum, hunc scilicet: exercitus clades civitati vulnus est, eo quod commune est, h. e. eo quod civitatis est. Blomfieldius scribi vult τυχόν, quod et Hartungio placet: h. e. „unum civitati vulnus, nempe publicum." Hoc melius quidem, attamen τυχὸν frigide additum. Poëtam scripsisse conjicio:

πόλει μὲν ἕλκος ἕν, τὸ δήμιον πονεῖν, —

τὸ δήμιον πονεῖν est explicatio verborum ἕλκος ἕν. Exercitus cladem duplex dicit esse civitati vulnus: ἓν μὲν, τὸ δήμιον πονεῖν, *unum, quod cuncta respublica laboret;* ἕτερον δὲ, πολλοὺς πολλῶν ἐξαγισθέντας δόμων, *alterum, privatam familiarum calamitatem.* Accusativi ἕλκος — πολλοὺς appositione juncti sunt praegressis: ὅταν δ' ἀπευκτὰ πήματ' ἄγγελος ... φέρῃ.

Verbum ἐξαγισθέντας haud parum difficultatis fecit interpretibus; nonnulli corruptum crediderunt, nemo, quod sciam, clare explicuit. Emperius conjecit ἐκραπισθέντας, Hartungius ἐξαϊστώτους. Perperam. Verbum ἁγίζειν, aeque ac ἁγνίζειν et composita καθαγίζειν et καθαγνίζειν, significat *consecrare, sacrificare,* tum quod huic vicinum, *adolere, cremare;* et primum quidem proprie de sacris dicitur, quo sensu frequentat Herodotus, ut II, 130: θυμιήματα δὲ παρ' αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι. VII, 167: ἐπὶ πυρῆς μεγάλης σώματα ὅλα καταγίζων. Eodem sensu et alii scriptores: vid. Wessel. ad Diod. Sic. IV, 23; T. I, p. 269. Deinde et de rebus non sacris usurpatur, ut apud Herod. I, 202: ὑσφραινομένους δὲ καταγιζομένου τοῦ καρποῦ — μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ. Utroque sensu ἁγνίζειν et καθαγνίζειν ponit Euripides; praecipue eo utitur de cremandis cadaveribus, ut Suppl. 1211: τεμένη δ', ἵν' αὐτῶν σώματ' ἡγνίσθη

πυρί. Or. 40: ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξ ὅτου — μήτηρ πυρὶ καθήγνισται δέμας. Hinc derivatus exquisitior verbi usus, quo apud Atticos interdum occurrit, pro *absumere, perdere*, non sine amara quadam ironia. Ita Sophocles Ant. 1068 *cadavera* dicit, ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν ἢ θῆρες κτέ. h. e. *quorum lacera membra canes vel ferae devorarunt.* Variat ibi lectio καθαγίζω et καθαγνίζω. Idem in Amphiarai versu ἀγνίσαι pro διαφθεῖραι posuisse traditur a Gramm. Bekk. p. 339, 8. Jocose Aristophanes Plut. vs. 680 de sacrificulo: εἴ που πόπανον εἴη τι, — ἤγιζεν εἰς σάκταν τινά. Quodsi dicere licuit ἀγίζειν εἰς σάκταν pro *absumere et in sacculo abdere*, non minus recte dici potuit ἐξαγίζειν δόμων, h. e. ἀγίζειν ἐκ δόμων pro *rapere e domo et rogo tradere.* Quod compositum ἐξαγίζειν non alibi legatur, neminem morabitur; similiter ἐφαγνίζειν et ἐφαγιστεύειν, *parentalia facere*, semel tantum exstant in Sophoclis Antigona. Interpretes fefellit verbi hujus sensus, quum eandem ei significationem subesse crederent atque adjectivo ἐξάγιστος, *detestandus, exsecrandus;* haec vero significatio ducta est ab altera notione verbi ἀγίζειν, qua notat *expiare, lustrare.* Verum sensum odoratus est Blomfieldius quum dicit: „ἐξαγισθέντας δόμων hoc loco nihil aliud valere puto quam ἐκ δόμων ἀγισθέντας, i. e. *combustos* vel *ad parentalia elatos.*"

Vs. 584. τοιῶνδε μέντοι πημάτων σεσαγμένων
πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐρινύων·
σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον
ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν,
πῶς κεδνὰ τοῖς κακοῖσι συμμίξω; —

Plerisque recepta est Schützii emendatio σεσαγμένον pro codd. lectione σεσαγμένων, quia σάττειν non significat *congerere, cumulare*, sed *onerare*, idque cum genitivo vel dativo rei construitur. Hermannus tamen dubitat, num potius scribendum sit σεσαγμένῳ, quum πρέπει etiam cum dativo construatur, ut vs. 483. Per se nihil interest; sed accusativum praefero, quia proximum τόνδ' non ad παιᾶνα sed ad ἄγγελον referendum arbitror.

In proximis versibus anacoluthiam tollendam censuit Stanlejus accusativum εὐάγγελον ἥκοντα in nominativum mutando, sic:

σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελος
ἥκων τε —

Equidem tangere hoc vereor. Accusativus natus ex oppositione duorum membrorum: τοιῶνδε μέντοι πημάτων σεσαγμένον πρέπει —

σωτηρίων δὲ πραγμάτων εὐάγγελον κτέ. Transitus autem ab accusativo ad nominativum hic tam facilis est ut vix offendat. Plena oratio haec foret: σωτηρίων δὲ πραγμ. εὐάγγελον ἥκοντα, ὡς ἐγὼ ἥκω, πῶς ἂν πρέπον εἴη ἐμὲ κεδνὰ κακοῖς συμμίξαι; Pro hoc mutata oratione breviter dixit: πῶς κεδνὰ κακοῖσι συμμίξω;

Vs. 589. Libri legunt

χειμῶν' Ἀχαιῶν οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς.

pro quo e Blomfieldii conjectura Franzius et Hermannus rescripsere

χειμῶν' Ἀχαιοῖς οὐκ ἀμήνιτον θεῶν,

tempestatem non sine deorum in Argivos ira excitatam. Idem placuit Dobraeo et Paleio; contra codicum lectionem defendit Hartungius, cui equidem assentior, ἀμήνιτον θεοῖς recte dictum esse ita ut adjectivum vim habeat participii passivi. Sic infra vs. 1211: πῶς δῆτ' ἄνατος ἦσθα Λοξίου κότῳ; ubi ne aures quidem ferant quod conjecit Blomfieldius κότου. Il. δ, 540: ὅςτις ἔτ' ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὀξέϊ χαλκῷ. Et sic dicitur ἀβούλητον ἐμοί. Sed quid facias genitivo Ἀχαιῶν? Ἀχαιῶν χειμὼν jungi nequit. Ἀχαίων οὐκ ἀμήνιτος pro Ἀχαιοῖς, *Achaeis iratus* sive *infestus* non admittit linguae ratio. Neque Blomfieldii conjectura, si juncturam verborum spectes, valde se commendat. Equidem vitium latere puto in Ἀχαιῶν, quod vocabulum inutiliter additum est. Mutato χ in δ, pro ΧΕΙΜΩΝΑΧΑΙΩΝ habes ΧΕΙΜΩΝΑΔΑΙΟΝ, h. e. χειμῶνα δᾶϊον, οὐκ ἀμήνιτον θεοῖς, *tempestatem horrendam, deorum ira immissam.* Forma δᾶϊος etiam alibi utitur Aeschylus: in Pers. vs. 282 metri gratia id restituit Blomfield. in Choëph. vs. 628 (618) Hermannus.

Vs. 595. αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι τυφῶ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ
ᾤχοντ' ἄφαντοι ποιμένος κακοῦ στρόβῳ.

Sic libri. Inter interpretes autem lis est scribendumne sit τυφῶ (h. e. τυφῶνος) an τυφῷ, et utrum jungendum hoc sit cum praegresso vocabulo an cum subsequente. Merito Hermannus improbavit Vossii et Wallaueri sententiam jungentium χειμῶνι τυφῶ, tanquam si hoc idem esset quod in Aesch. Suppl. vs. 559 dicitur Τυφῶ μένος. Sed non magis, opinor, probari potest ipsius Hermanni ratio jungentis genitivum τυφῶ cum ζάλῃ; nam τυφώς et ζάλη ὀμβρόκτυπος sunt res diversae. Ergo genitivo τυφῶ substituendum τυφῷ, non vero verba sic copulanda, ut facit Blomfiel-

dius, *χειμῶνι τυφῷ*, jure ob id reprehensus ab Hermanno; sed vel sic jungenda sunt: *χειμῶνι ξὺν τυφῷ ζάλῃ τε, tempestate cum turbine et imbre juncta;* vel sic: *χειμῶνι, τυφῷ, ξὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ*, ut *ξὺν* adverbii loco habeatur, ut saepius fit, velut vs. 586: *ξὺν δὲ πλουτίζειν ἐμέ: vexati tempestate, turbine, simulque imbre.* Prior ratio probata Schützio, Dobraeo, Hartungio, aliis, ideo praestat, quia trium illorum nominum generale est *χειμών*, cui junguntur specialia *τυφὼς* et *ζάλη*. Saepe autem Aeschylus ita vocabula jungit per praepositionem *σύν*, ut in hac tragoedia vs. 1221 et alibi. Cf. supra p. 126.

Verba *ποιμένος κακοῦ στρόβῳ* perperam a nonnullis sollicitata sunt, qui imaginis elegantiam et audaciam parum senserunt. Auratus et Stanlejus scribi voluerunt *ποιμένων κακῷ στρόβῳ*, quod recepit Hartungius, explicans *gubernatoribus vertice abreptis;* sed pro hoc dicere *gubernatorum vertigine*, esset saltem ambiguum. Hermannus servat quidem *ποιμένος*, ceterum verba sic mutat:

αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι, τυφῷ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ,
ᾤχοντ' ἄφαντοι, ποιμένος κακοστρόβου,

ut *ποιμένος κακοστρόβου* appositione jungatur cum praegresso *τυφῷ*. Quae verborum junctura quam contorta sit nemo non videat.

Vs. 600 sqq. Pro *ναυτικῶν τ' ἐρετῶν* Hermannus, ut ante Schützius, scripsit quod structura verborum flagitat, *ναυτικοῖς τ' ἐρετῶις*. Casuum permutatione nihil in Aeschyli libris frequentius. Gravius depravati sunt proximi versus qui in codd. sic leguntur:

ὑμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ' ἀκήρατον σκάφος
ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξῃτήσατο
θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἷακος θιγών.
τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ' ἐφέζετο,
ὡς μήτ' ἐν ὅρμῳ κύματος ζάλην ἔχειν κτἑ.

Primum *ναῦν ἀκήρατον σκάφος*, quomodocumque jungas, non magis ferri graece, opinor, potest quam si latine diceres *navem incolumem alveum* vel *carinam;* atque, si ferri posset junctura, pleonasmus est tamen parum gratus. Auratus et Casaubonus conjecerunt, quod recepit Hartungius, *νεώς τ' ἀκήρατον σκάφος*. Non inusitata periphrasis est *νεὼς σκάφος* pro *ναῦς*, Euripidi tamen frequentior quam Aeschylo aut Sophocli: nam, ut exemplo utar, in Pers. 419 *ὑπτιοῦτο δὲ σκάφη νεῶν* proprie *carinae* significantur.

Sed plus scrupuli mihi facit νεώς monosyllabum, quae synizesis exemplo vocabuli θεὸς vel terminationis -εως non ita comprobatur, ut illud contra codices in poëtam inferre audeam. Facilius foret legere ναῦν τ' ἀκηρατόσκαφον; sed compositum hoc non placet; potius in σκάφος vitium latere probabile est.

In vs. sq. ἐξῆτήσατο θεός τις sive vertas *sibi expoposcit*, sive *precibus e periculo liberavit*, inepte dictum est. Quod Schützius conjecit ἢ 'ξηγήσατο male copulatur cum praegresso ναῦν ἐξέκλεψεν; non enim licet hoc interpretari sic ut ille facit: „navem vel clam subduxit vel *palam eduxit;*" ἐξηγήσατο significat *itineris dux fuit.* Hermannus scripsit ἐξῃρήσατο, quae est forma malae notae pro ἐξείλετο, quam miror ipsum non respuisse lectis iis quae scripsit Lobeckius Parerg. ad Phryn. p. 715 sqq. Sed remedii ἀπορία, ut fit, viro acutissimo fraudi fuit. Alia praeterea difficultas est. Ambo verba ἢ ἐξέκλεψεν ἢ ἐξῆτήσατο, vel quidquid pro hoc legas, non congruunt eidem subjecto θεός τις. Vertas licet cum Schützio: „deus aliquis vel furtim nos eripuit periculo vel aperte eduxit;" ineptae hae sunt argutiae. Non idem deus, quisquis est, vel furtim agit vel aperte. Quid quod duplex τις (ἤτοι τις — ἢ θεός τις) haud obscure ad duo nomina spectat, quorum alterum ad ἐξέκλεψεν, alterum ad ἐξῆτήσατο pertineat. Prius vel sub σκάφος vel sub ἤτοι lateat necesse est. Conjicio poëtam scripsisse:

ἡμᾶς γε μὲν δὴ ναῦν τ' ἀκήρατον σαφῶς
ἤτοι (vel ἤ τις) τύχη 'ξέκλεψεν ἢ 'ξερύσατο
θεός τις —

ἐξερύσατο (vel potius ἐξερρύσατο) cum ἐξῆτήσατο facillime permutari potuit confusione literarum υ et η, quas recentiores Graeci simili sono pronuntiabant. Potuit etiam scribi ἐξελύσατο. Ambo haec permutantur in Prom. 235: ἐξελύσαμην (vel ἐξερύσαμην) βρότους τοῦ μὴ διαρραισθέντες εἰς Ἅιδου μολεῖν. — σαφῶς pro σκάφος perquam verisimile ob solennem permutationem literarum ο et ω. Vocabuli τύχη quum H in augmentum E abiisset, TTX facile in TIΣ mutatum; nomen certe deesse in hac sententia vix potest: τύχη autem, vulgo rerum humanarum moderatrix habita, in tali rerum vicissitudine praecipuas agit partes. Unum obstet, quod mox rursus memoratur τύχη σωτήρ; sed, nisi forte insititius est hic versus, prior τύχη est *fors*, altera *deam sospitam* significat.

In proximo versu pro ναῦν θέλουσ' Blomfieldius recepit Casauboni et Stanleji emendationem ναυστολοῦσ'. Placet Hartungio;

Hermanno valde quidem probabilis visa est, altera tamen lectio non reprehendenda. Sane grammatica ratione haec potest defendi, ut defensa est ab Abreschio, sed sensui haud accommodata est. Nam θέλουσαν h. e. *lubenter* id fecisse Fortunam, intelligitur satis ex epitheto σωτήρ; requiritur vero verbum, quo significetur Fortunae actio qua cursum adjuverit; hoc indicatur verbo ναυστολοῦσα. Vitii originem ostendit Blomfieldius: „scripserat aliquis ναυσθολοῦσα pro ναυσθλοῦσα, cujus verbi eadem est fere significatio; hoc in ναῦν θέλουσα facile mutatum est." Ceterum non reticenda Schützii animadversio, versiculum hunc videri posse ex alia Aeschyli tragoedia huc translatum esse, fortasse ad explicandum quis esset ille θεός τις οἴακος θιγών. Si retineatur, aptius certe mihi videtur, transponi hunc versum post duos sequentes: nam verba ὡς μήτε ζάλην ἔχειν μήτ' ἐξοκεῖλαι arcte cohaerent cum ἐξερρύσατο θεός τις οἴακος θιγών. Gubernatoris enim est facere, ut navis nec aestu abripiatur nec scopulis illidatur. Itaque melius fluant versus hoc ordine:

ἐξερρύσατο
θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἴακος θιγών,
ὡς μήτ' ἄνορμον κύματος ζάλην ἔχειν
μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς κραταίλεων χθόνα.
Τύχη δὲ σωτὴρ ναυστολοῦσ' ἐφέζετο.

Probabilius tamen, versum illum aliunde esse insertum. Pro ἐν ὅρμῳ scripsi ἄνορμον, quae est conjectura Bothii, me judice, verissima, quamquam plerique et postea ipse Bothius in codicum lectione acquieverunt. Scilicet ἐν ὅρμῳ interpretati sunt alii *in scopulis* vel *vadis* prope littus. At ὅρμος semper significat *portum*, *tutam navium stationem*, ubi non metuenda sunt saxa vel vada. Hermannus ἐν ὅρμῳ sic explicat: „*ut neque in portu fluctibus jactaretur navis*, quo impediretur exscensio in terram cet." At si semel ἐν ὅρμῳ esset navis, res, opinor, in tuto erat, nec de exscensione magnopere laborandum. Poëta aperte haec duo sibi opponit: ὡς μήτε ζάλην ἔχειν, μήτ' ἐξοκεῖλαι πρὸς χθόνα, *ut neque undarum impetu absorberetur, neque scopuloso littori allideretur*. Fluctus in medio mari vocatur ἄνορμος κύματος ζάλη. Sic supra vs. 194 δύσορμοι βορεῶν ἄλαι. Sophocl. Oed. R. vs. 423 ὑμέναιον — ἄνορμον εἰσέπλευσας. In eadem vero fabula vs. 196 quum Sophocles Θρῄκιον κλύδωνα vocat ἀπόξενον ὅρμον, ne quis putet ὅρμον ibi medium mare vocari, epitheton ἀπό-

ξενος plane mutat significationem: est enim idem ac si diceret ὄρμον ἄνορμον.

Vs. 608. Quod vulgo legitur, οὐ πεποιθότες τύχῃ, absonum esse recte vidit Hartungius. Quidni enim fortuna confiderent servati e tempestate, postquam depulsa nox et lux reddita? Correxit ille αὖ; potius vero scribendum duxi εὖ πεποιθότες.

Vs. 611. Post ἐκείνων Hartungius inseruit τ', non male, quia ambo haec membra ἐκείνων τ' — ἡμεῖς τε sibi respondent, et καὶ νῦν aeque ad utrumque pertinet. ταῦτ' ἔχειν pro ταῦτ' est emendatio Stanleji a multis recepta, excepto tamen Hermanno.

Vs. 614. γένοιτο δ' ὡς ἄριστα. Μενέλεων γὰρ οὖν
πρῶτόν τε καὶ μάλιστα προςδόκα μολεῖν·
εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα, μηχαναῖς
Διὸς οὔπω θέλοντος ἐξαναλῶσαι γένος,
ἐλπίς τις αὐτὸν πρὸς δόμους ἐλθεῖν πάλιν.

Locum descripsi sicut in libris legitur, quo clarius difficultas quae inest agnoscatur. Dicta haec non apte cohaerere, quisquis attentius legerit, sentiet. „Primum et praecipue (dicit) Menelaum venturum exspecta; quodsi *igitur* adhuc in vivis sit, spes aliqua est eum reversurum." Alterum enuntiatum εἰ δ' οὖν — non consequens est, quod esse debebat, prioris, sed utroque idem dicitur, primum asseveranter, προςδόκα μολεῖν, deinde dubitanter, ἐλπίς τις αὐτὸν ἐλθεῖν. Sunt qui remedium afferre studuerunt mutandis particulis. Stanlejus cum Aurato sic corrigit: Μενέλεων δ' ἄρ' οὖν — προςδόκα μολεῖν· εἴγ' οὖν τις ἀκτὶς κτἑ. Blomfieldius: εἰ γάρ τις ἀκτὶς — Sed ne haec quidem satis apta sunt: „Crede illum venturum: *certe* (vel *nam*) si adhuc vivit, fortasse rediturus est." Boissonadius mutat interpunctionem ita ut εἴ γ' οὖν τις ἀκτὶς connectatur cum praecedente membro, non cum sequente; scribit ita: Μενέλεων γὰρ οὖν — προςδόκα μολεῖν, εἰ γ' οὖν τις ἀκτὶς . . . γένος. ἐλπίς τις αὐτὸν κτἑ. Sed tali junctura non tollitur vitium, verum aliam in sedem transfertur. Fortiorem medicinam adhibet Hartungius qui ita scribit: Μενέλεων μὲν οὖν — προςδόκα θανεῖν (pro μολεῖν), quod remedium vide ne morbo pejus sit. Primum ambo enuntiata male copulantur: „puta illum mortuum esse; quodsi *igitur* adhuc alicubi in vivis est, spes est eum reversurum." Pro *igitur* potius *contra* dicendum fuerat.

Deinde illud προςδόκα θανεῖν non concinit cum praegressis Nuntii dictis: „tempestas (dixit) disjecit classem; ceteri, qui superstites sunt, nos periisse credent, sicut illos periisse nos credimus. Dii vero bene vortant!" Quid his consequens? Nimirum hoc: „ut nos vivimus, ita illos quoque vivere credas." Quibus apte deinceps annectuntur haecce: „quodsi igitur adhuc luce fruatur Menelaus, spes est eum reversurum." Itaque si pro verbo μολεῖν legeretur non θανεῖν, sed contrarium ζόειν (ζῆν), dicta optime cohaererent. Atque hoc scripsisse Aeschylum paene credo. ζόειν obscurari facile potuit ob insolitam verbi formam, quam servavit Hesychius: ζόε, ζῇ. idem verbum legitur in versu Simonidis Amorg. apud Stob. Floril. Tit. 98, 16. vs. 42. Huic affinia sunt ζοὸς et ζοή. Cogitavi tamen, num vulgata lectio defendi fortasse possit e persona loquentis. Loquitur nempe ut miles, parum considerate: primum, ut senum Choro animum addat, confidenter dicit: „Menelaum venturum esse crede;" deinde fortius locutum se sentiens quasi contrahit vela: „si quidem adhuc certe iu vivis sit, spes sane aliqua est eum reversurum." Hanc ob causam a correctione quamvis probabili abstinui et rem aliorum judicio relinquo.

Pro καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα Hermannus Toupium secutus hanc recepit Hesychii glossam: χλωρόν τε καὶ βλέποντα, addita explicatione ἀντὶ τοῦ ζῶντα. Etsi potuit haec glossa, ut animadvertit Blomfieldius, ad alium poëtam pertinere, tamen huic loco tam apta est, ut recipere non dubitaverim, quum praesertim Hesychius plures ex Agamemnone glossas servaverit. Non pertinet certe, quod putabat Blomfieldius, ad Menandrum citatum a Suida: χλωρόν, τὸ ἄκμαζον. Μένανδρος. Hoc enim in neutro genere positum.

Vs. 621 sqq. In hoc Chori carmine plura vitia feliciter a criticis sunt sanata; nonnulla tamen erant relicta quae medicinam exspectabant.

Vs. 626. Libri sic legunt:

ἐκ τῶν ἀβροτίμων
προκαλυμμάτων ἔπλευσεν
ζεφύρου γίγαντος αὔρᾳ.

Pro ἀβροτίμων verissima est emendatio Salmasii ἀβροπήνων, etiam Porsono et Blomfieldio probata. Utitur hac voce, qui passim Aeschylea imitatur, Lycophron vs. 863, et similis vox εὔπηνος legitur in Euripide, cit. Blomfieldio. Idem recepit Dindorfius;

Hermannus contra ἀβρότιμος non spernendum judicat, quum simili composito ἀβρόπλουτος utatur Euripides Iph. Taur. vs. 1147. Haec tamen non plane similia sunt. ἀβρόπλουτος recte compositum est, quum *mollities* et *opulentia* natura solent esse conjunctae; at ἀβρότιμος, *molliter honoratus*, num apte dictum sit jure dubites. Vocabulum ἀβρόπηνος de vestibus, aulaeis, opere textili proprie dictum est.

Ζεφύρου γίγαντος semper mihi displicuit, sive γίγαντος habeas pro epitheto ornante ex Hesiodea Theogonia derivato, *terrigenae Zephyri*, sive interpretere secundum Hesychium, γίγαντος, μεγάλου, ἰσχυροῦ, ὑπερφυοῦς. Posterius hoc loco sensui inconveniens, quum manifesto non procellosus ventus, sed lenis et secundus flatus significetur. Hartungius ideo correxit ζαέντος, ex Hesychii glossa ζαέντες, πνέοντες; sed immemor fuit hoc vocabulum, compositum ex ζα- ἄημι, primam producere aeque ac ζαής, μεγαλῶς πνέων, apud eundem. Sententiae et metri ratione habita, non video quid h. l. aptius scriptum esse potuerit quam Ζεφύρου καλοῦντος αὔρᾳ, „domo enavigavit, *Zephyro vocante* s. *invitante aura;*" sicut Virgilius Aen. III, 70: *lenis crepitans vocat Auster in altum.* Simili sensu καλεῖν Sophocles Phil. 466: ἤδη, τέκνον, στέλλεσθε, — καιρὸς γὰρ καλεῖ.

Vs. 628—631. πολύανδροί τε — ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλους. Hos versus critici jam inde a Cantero et Aurato variis modis tentarunt, parum tamen felici successu; quare conjecturis illis recensendis supersedeo. Equidem, consideratis identidem poëtae verbis et collatis interpretum judiciis, Hermanni accedo sententiae, verba nulla emendatione egere judicantis. Explicat ea sic ut praecepit Wellauerus, cui assentitur etiam Paleius. Nempe verbum, ad quod κυναγοὶ referatur, e praecedente ἔπλευσεν repetendum est, scil. ἔβαν vel ἧξαν. Verbi omissio actionis celeritatem exprimit. Pluralis κελσάντων πλάταν, sive pro genitivo absoluto habeatur sive suspendatur a verbis κατ' ἴχνος, ad Helenam et Paridem eorumque comites pertinet. Ultima tantum, ἀκτὰς ἐπ' ἀξιφύλλους, levi vitio laborabant, quod arguit tam metrum versus antistrophici quam lectionis varietas. Farn. lectio ἀκτὰς εἰς (ἐπ'?) ἀεξιφύλλους, etiamsi correctori debeatur, manifesto tamen praeponenda alteri ἀξιφύλλους, pro quo poëta dixisset certe αὐξιφύλλους. Ambo versus antithetici sibi respondebunt, si alter una syllaba augeatur sic:

στρ. κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς εἰς ἀεξιφύλλους.
ἀντ. παμπενθὲς πολυθρῆνον αἴαγμ' ἀμφὶ, φεῦ, πολιτᾶν.

Inserui φεῦ, quod saepius sic interponitur, hic autem praegressa syllaba -φὶ facile absorberi potuit. Ad posteriorem hunc versum mox revertar. In priore vero, ne quis pro εἰς (ἀκτὰς) scribi jubeat πρός, animadvertendum κέλλειν εἰς ἀκτὰς significare *naves appulsas subducere in litus*. Sic Iliad. σ, 68: ἀκτὴν εἰςαναβαίνειν.

Vs. 636 sqq. vulgo sic leguntur:

πρασσομένα τὸ νυμφότιμον μέλος ἐκφάτως τίοντας
ὑμέναιον, ὃς τότ' ἐπέρρεπεν
γαμβροῖσιν ἀείδειν.

Pro praesente πρασσομένα ob additum ὑστέρῳ χρόνῳ aptius erit futurum πραξομένα. Pro ἐκφάτως autem, quod commodam explicationem non admittit, scripsi εὐφάτως, quod idem est atque εὐφήμως; contrarium δύςφατος pro δύςφημος legitur vs. 1152: δυςφάτῳ κλαγγῇ μελοτυποῦσα. Itaque εὐφάτως τίειν significat *fausta verbis honorare* s. *fausta acclamatione prosequi*. Prava verborum interpretatio nonnullos criticos a recta via abduxit.

Pro Flor. lectione ἐπέρρεπεν solam veram puto Farn. ἐπέπρεπεν. Nam ἐπιρρέπειν dicitur de re molesta quae in aliquem incumbit, quod minime quadrat in carmen nuptiale; praeterea ἐπιρρέπειν cum infinitivo inaudita constructio est; contra ἐπιπρέπω aeque ac πρέπω saepius cum infinitivo construitur; significat ad verbum: *qui (hymenaeus) propinquis decorus erat ad canendum*, h. e. quem laeti canebant. Cf. Odyss. ω, 252: οὐδέ τι τοι (σοι) δούλειον ἐπιπρέπει ἐιςοράασθαι εἶδος, pro quo etiam dici potuit εἰςορᾶν, ut dicitur in Sophocl. El. 654: πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰςορᾶν. cf. Aesch. Pers. 247. Homericae constructioni plane similis est haec Aeschylea, ὑμέναιος ἐπέπρεπε γαμβροῖς ἀείδειν; tantum interest quod priore loco πρέπει proprie de adspectu et habitu, hic de auditu et cantu positum est, qua significatione verbnm hoc saepius usurpatur, ut supra vs. 312: οἶμαι βοὴν ἄμικτον ἐν πόλει πρέπειν.

Vs. 642. In codd. hi versus graviter depravati sunt. Postquam Chorus dixit: „Lugubre carmen canit vetus Priami urbs," adduntur nempe haecce:

παμπρόσθη πολύθρηνον
αἰῶν' ἀμφὶ πολιτᾶν
μέλεον αἶμ' ἀνατλᾶσα.

παμπρόσθη est vox nihili. Quid autem significat πολύθρηνον αἰῶν'

ἀνατλᾶσα? Putes hoc dici: Priami urbem quasi *triste aevum ducere* miseria et moerore confectam. Atqui hoc sensu ἀνατλῆναι parum aptum est et pro aoristo certe praesens requirebatur, convenienter praegressis μέγα που στένει κικλήσκουσα Πάριν. Et qualis est ista verborum junctura, αἰῶν' ἀμφὶ πολιτᾶν αἶμ' ἀνατλᾶσα? Emendandi conatus parum cesserunt criticis. Hermannus nempe sic legit: (στένει) πολύθρηνον αἰῶνα, φίλον πολιτᾶν μέλεον αἶμ' ἀνατλᾶσα. Atqui αἶμ' ἀνατλᾶσα minus etiam ferri potest quam αἰῶν' ἀνατλᾶσα; aliud requirit et sententia et lingua. Praegressis verbis μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον — πολύθρηνον μέγα που στένει consentaneum erit, opinor, hocce: πολύθρηνον αἴαγμ' ἀμφὶ πολιτᾶν μέλεον αἶσαν ἀνεῖσα. Verba πολύθρηνον αἴαγμα sunt repetitio praecedentis πολύθρηνον ὕμνον. Verisimilitudinem huic conjecturae addit quod etiam supra vs. 229 αἴαγμα in αἰῶνα depravatum vidimus; quo recepto, cetera sponte sequuntur. αἶσαν ἀνεῖσα et αἶμ' ἀνατλᾶσα, si uncialibus literis scribantur, tam parum differunt, ut facillimum fuerit confundere. Forma μέλεον pro μελέαν librarium fortasse in istum errorem induxit. Cf. Comment. ad vs. 160, p. 144. Adde vs. 287 πορευτοῦ λαμπάδος. vs. 1278 θερμῷ κοπείσῃ. Pro παμπεύσθη Schützius παμπήδην, Seidlerus παμπορθῆ. Mea emendatio postulabat παμπενθὲς scribi, quod vocabulo πολύθρηνον additum vim auget.

Vs. 650. Codicum lectio est πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις, quam defenderunt cum alii tum Blomfieldius et Hermannus, poëtae concessum arbitrati sic dicere pro πολλὰ (πολλάκις) δ' ἦν ἐν ἀγκάλαις. Plus, credo, poëtae concesserunt quam ipsi acceptum fuisset: πολέα pro πολλὰ nusquam invenitur ne in Homero quidem, nec ἔχειν ita nude pro εἶναι poni licere supra p. 145 sq. satis a me demonstratum arbitror. Casaubonus ἔσχε mutavit in ἔσκε, quod saltem ferendum, non tamen contra librorum fidem inferendum; praeterea jejune dictum ἔσκ' ἐν ἀγκάλαις. Verissimam duco Hartungii emendationem πολὺ δ' ἐνέσχετ' ἀγκάλαις, *multum inhaerebat brachiis.*

Vs. 645. Versus hi, qui secundum Flor. sic leguntur,

ἔθρεψεν δὲ λέοντα
σίνιν δόμοις ἀγάλακτον οὕτως ἀνὴρ φιλόμαστον,
ἐν βίοτου προτελείοις κτέ.

metro non respondent antistrophicis his:

vs. 653. χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν
ἔθος τὸ πρὸς τοκήων· χάριν γὰρ τροφᾶς ἀμείβων,
μηλοφόνοισιν ἄταις κτέ.

Liber Farn. secundum antistrophae versum antithetico exaequat legendo χάριν γὰρ τροφεῦσιν ἀμείβων, et in quarto versu praebet μηλοφόνοισιν ἄταισιν, quod metro adaptavit Hermannus scribendo μηλοφόνοισιν ἄγαισιν. Lectio tamen haec, quae manifesto metrico correctori debetur, quamquam primo intuitu facile arrideat, accuratius tamen spectata vix vera videbitur. Certe pro χάριν γὰρ τροφεῦσιν ἀμείβων numerosior eademque verisimilior est Heathii emendatio χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων. Quod autem pro ἄταισι substituit Hermannus ἄγαισιν, nimis facile a multis receptum, merito explosit Hartungius, ut quod hac significatione (pro *sacrificio*) prorsus inauditum sit. Ipse tamen Hartungius non felicior fuit, quum hujus loco scribat μηλοφόνοισι μάχαισι: nam leonum cum ovibus *pugnae* haud scio an aeque inaudita res sit. Cur autem nova sectati sunt viri docti, quum versus hic jam pridem sanatus sit ab Ahrensio et Bothio, quorum hic scribit μηλοφόνοισιν ἐν ἄταις, ille μηλοφόνοισι σὺν ἄταις; utrumque aeque rectum, ut dubia sit optio. Praecedenti versui χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων antistrophicum accommodavit Hermannus, οὕτως ἀνὴρ mutando in ὧδ' ἀνήρ.

Vs. 661. παρ' αὐτὰ δ' ἐλθεῖν ἐς Ἰλίου πόλιν
λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας,
ἀκασκαῖον ἄγαλμα πλούτου κτέ.

Ita libri. At ἀκασκαῖον ἄγαλμα non congruit metro versus antistrophici, quod Porsonus sanare studuit post ἀκασκαῖον inserendo δ', Hermannus τ'; sed neutram copulam admitti junctura, quisque, credo, agnoscet haec legens: φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας, ἀκασκαῖον ἄγαλμα πλούτου, μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος, δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος. Particula μὲν oppositum habet in altero membro ἐπέκρανεν δὲ κτέ. Mihi epitheton ἀκασκαῖον, *tranquillum*, non valde quadrare videtur vocabulo ἄγαλμα: quare non dubito quin poëta scripserit ἀκασκαῖον γέλασμα πλούτου. γελᾶν et *ridere* saepe tropice ponuntur pro *renidere*, *splendere*, de coelo, mari, aliis rebus: sic Aeschylus Prom. vs. 90 dixit ποντίων τε κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα de sereno mari; atque h. l. ἀκασκαῖον γέλασμα optime concinit praegresso νηνέμου γαλάνας: significat *lenem*, *simplicem*, non ventosam et superbam, *opulentiam*. Spectat hoc tam ad comptum et ornatum Helenae quam ad divitias quas secum apportasse ferebatur. Hartungius jungit φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας ἀκασκαῖον, putans φρόνημα aliquod epitheton requirere. Perperam: genitivus locum tenet epitheti. φρόνημα νηνέμου γαλάνας est *spi-*

ritus instar sereni coeli, similiter dictum ut Pindarus dixit δόξαν ἀκόνας λιγυρᾶς Ol. VI, 82 (140). Sophocles λευκῆς χιόνος πτερύγι Ant. 114. Talia non admittunt epitheton.

Vs. 675 sqq. sic legi solent:

τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.
οἴκων γὰρ εὐθυδίκων
καλλίπαις πότμος αἰεί.

Duplex illud γὰρ, vel alterum potius, dudum offendit interpretes; quae contra ad defendendum illud dixerunt Wellauerus et Hermannus, mihi quidem non persuadent. Particulam γὰρ interdum recte geminari tam ratio quam usus docet. Id autem plerumque ita fit, ut posterius enuntiatum sit explicatio praecedentis; interdum etiam sic, ut alterutrum, et potissimum quidem prius, velut parenthesis interpositum sit. Prioris rationis exemplum est hoc Choëph. vs. 989 sq. Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον· ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην. Posterioris illud Suppl. 485 sq. κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς· καὶ γὰρ τάχ' ἄν τις οἰκτίσας ἰδὼν τάδε κτἑ. Cf. Comment. supra ad vs. 499, p. 192. Neutra ratio in hunc locum convenire mihi videtur. Non enim, ut Hermannus olim ad Viger. p. 846 et nuper in Annot. ad h. l. putabat, alterum hoc οἴκων γὰρ — pro parenthesi accipi potest, tali sensu: „nam illud quidem dubium non est, justae domus prosperam sortem esse." Sunt haec duo membra opposita unius enuntiati, quod praegresso respondet. Praecedens sententia haec erat: „Vetus est effatum, e magna felicitate magnum infortunium nasci." Cui deinceps haec opponitur: „Ego contra statuo, ex impietate miseriam, e justitia felicitatem nasci." Postrema haec sententia manifesto est bipartita, cujus membra copulari debent particulis μὲν — δέ, vel simplici δέ, non vero particula γάρ. Auratus aliique pro hoc scripserunt οἴκων δ' ἄρ' εὐθυδίκων; sed qui vim et usum particularum δὲ ἄρα attenderit, agnoscet cum Hermanno illud δ' ἄρ' hic non congruere. Potius scribatur οἴκων δέ γ' εὐθυδίκων, quod est idem atque οἴκων δ' εὐθυδίκων γε. cf. Choëph. vs. 490: δὸς δέ γ' εὔμορφον κράτος. (cf. Herm. vs. 484). Ibid. vs. 908: τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω. — γε saepius cum γὰρ confusum esse nemini ignotum. Sed aliud etiam mihi molestum erat. Quid sibi vult istud μετὰ μὲν — τίκτει? prolem edi *post* non *ante*

matrem quae peperit, non opus est dictu; contra aegre careas substantivo ad quod πλείονα . . . εἰκότα referatur. Pro μετὰ igitur scribatur τέκνα sive τέκεα (disyllabum), ut in simili plane sententia Eum. vs. 534: δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος. Idem conjecisse video Auratum, improbante tamen Hermanno.

Vs. 679 sqq. in codicibus sic leguntur:

φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις μὲν παλαιὰ νέα-
ζοῦσαν ἐν κάκοις βροτῶν ὕβριν
τότ' ἢ τόθ' ὅταν τὸ κύριον μόλῃ
νεαρὰ φάους κότον,
δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον
θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας
εἰδομέναν τοκεῦσιν.

Lectionis varietas nulla nisi quod Farn., omisso ἄμαχον, ad ἀπόλεμον adscriptam habet glossam τὸν ἄμαχον, ἀντὶ μιᾶς; pro μελάθροισιν Flor. μελάθροις. Locus manifesto corruptus, neque adhuc emendatio est prolata, quae nec a codicibus nimium distet et sensui conveniat. Infelicissima paene omnium est Hermanni conjectura, nuper in Edit. recepta. Maxime mendosa sunt verba ὅταν τὸ κύριον μόλῃ νεαρὰ φάους κότον, quae comparata cum versu antistrophico facillime et optime putavi sic corrigi posse: ὅτε τὸ κύριον μόλεν νεαροφάους τόκου, *quando destinatum tempus recentis partûs advenit.* τὸ κύριον τοῦ τόκου simili sensu quo Herodotus dixit V, 50, ἡ κυρίη ἡμέρη τῆς ἀποκρίσιος. Similiter Pindarus Ol. XIII, 10 ὕβριν κόρου ματέρα dixit, Herodotus VIII, 77 κόρον ὕβριος υἱόν. Metrum respondet versui antistrophico ita ut permutentur inter se iambus et tribrachys. *Juvenili* huic ὕβρει comitem adjungit θράσος; cui quae addit epitheta δαίμονά τε τὸν ἄμαχον, metro accommodavi ἄμαχον mutando in ἀμάχετον. Pro τὸν autem scripsi τιν', quae ambo saepissime permutantur, quia non de certa et nota persona sermo est; τις adjectivo junctum (ἄμαχός τις) emphasin addit.

Ambo, ὕβριν et θράσος, vocat μελαίνας μελάθροισιν ἄτας; ideo virgula ponenda post θράσος et pro εἰδομέναν scribendum εἰδομένας τοκεῦσιν, ut jam praecepit Casaubonus, cui tamen non obsecuti sunt recentiores interpretes, qui maluerunt cum Hermanno verba sic construere: θράσος μελαίνας μελάθροισιν ἄτας (ἄτης), εἰδομέναν τοκεῦσιν, ut θράσος ἄτης sit periphrasis pro ἄτη. Quod equidem viris doctis placuisse valde miror. Nam primum θράσος ἄτης est periphrasis valde insolita eademque parum apta. Usitatum hoc sensu

μένος. Deinde ut recte dicitur ἄτη μελάθροις, *pernicies domui*, ita μένος sive θράσος ἄτης cum dativo jungi vix concessum. Adde quod, si sensum spectes, melius hic junguntur ὕβρις (sive κόρος) et θράσος quam ὕβρις et ἄτη.

Vs. 688. τὰ χρυσόπαστα δ' ἐσθλὰ σὺν πίνῳ
χερῶν παλιντρόποις
ὄμμασι λιποῦσ' ὅσια προςέβα —

Sic libri. Pro ἐσθλὰ conjeceram χρυσόπαστα ἔσθεα, *vestes auro intextas;* Auratus vero emendavit ἔδεθλα, h. e. *palatia inaurata.* Utrumque metro aequale, si ἔσθεα pro disyllabo, ἔδεθλα pro tribracho habeatur. Optio dubia; ἔσθεα magis congruere videtur cum adjecto σὺν πίνῳ χερῶν, at ἔδεθλα melius opponitur praegresso δώμασιν. Hoc praetuli, quod item receperunt Schützius et Hermannus. Pro λιποῦσ' autem sententia flagitat βλέπουσ', quod apte jungitur cum παλιντρόποις ὄμμασι. Sic Prom. 678: πυκνοῖς ὄσσοις δεδορκώς. Recte huic additum ὅσια, h. e. ὅσιον, quo *castus intuitus* significatur. Pers. 81: κυανοῦν δ' ὄμμασι λεύσσων δέργμα. Denique pro προςέβα sensus manifesto requirit quod et Hartungius vidit παρέβα, *praeterit*, pro quo metri gratia posui synonymum παρῆλθε. Verbis ita emendatis, nascitur haec sententia: „Justitia divitum scelere pollutorum aedes praeterit aversis oculis, casto intuitu (in quo nullum cupiditatis indicium)." Quod admonet dicti Horatiani, quamquam sensu dissimili, Od. II, 2: *quisquis ingentes oculo irretorto spectat acervos.*

Vs. 698 sqq. sic plerumque leguntur:

πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι
προτίουσι, δίκην παραβάντες·
τῷ δυςπραγοῦντι δ' ἐπιστενάχειν
πᾶς τις ἕτοιμος, δῆγμα δὲ λύπης
οὐδὲν πρὸς ἧπαρ προςικνεῖται·
καὶ ξυγχαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
ἀγέλαστα πρόςωπα βιαζόμενοι.

Difficultas est in τὸ δοκεῖν εἶναι προτίουσι, quod bifariam explicant, vel sic: τὸ δοκεῖν προτίουσι τοῦ εἶναι, vel ita ut δοκεῖν εἶναι accipiatur pro simplici δοκεῖν. Priorem rationem improbat Hermannus, recte: in tali enim junctura articulum omitti haud licuit; alteram vero probat conferendo hoc Philemonis versu in Stobaei Anthol. IX, 22:

ἀλλ᾽ ὅστις ἄδολον γνησίαν τ᾽ ἔχων φύσιν,
εἶναι δίκαιος κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

Quod tamen huic non plane simile est: nam ibi ad δοκεῖν εἶναι ex opposito sponte intelligitur praedicatum δίκαιος. Sic Plato in Gorg. p. 527 B: παντὸς μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθόν, ἀλλὰ τὸ εἶναι. cf. Theaet. p. 176 B. Aeschylus infra vs. 840: δοκοῦντας εἶναι πρευμενεῖς. Ex eo autem quod dicitur δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸς nondum efficitur, ita nude dici posse τὸ δοκεῖν εἶναι pro τὸ δοκεῖν. Si tamen ita dixit Aeschylus, verba non interpretanda sunt sic ut vulgo faciunt: *multi malunt videri quam esse, contra quod rectum est;* sed potius sic: *multi speciem* (justitiae) *colunt, dum justitiam violant;* ut idem sit ac si dixisset: πολλοὶ τὴν δόξαν τιμῶσι, τὴν δικαιοσύνην ἀτιμάσαντες. Quo sensu προτίειν est Eum. 545: πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας εὖ προτίων (ἔστω). Sophocles Ant. 22: τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ᾽ ἀτιμάσας ἔχει. Mirere tamen si non potius dixerit Aeschylus: πολλοὶ .. τὸ δοκεῖν ἐσθλοὶ προτίουσι, δικὴν παραβάντες.

In proximo versu τῷ δυσπραγοῦντι δ᾽ — recte Hermannus δὲ mutavit in τε. Copulantur enim ambo haec membra τῷ δυσπραγοῦντι τ᾽ et καὶ ξυγχαίρουσιν, quae tanquam epexegesis adduntur praegresso enuntiato τὸ δοκεῖν εἶναι προτίουσι. Pro προσικνεῖται Hartungius e Farn. lectione προσεφικνεῖται effecit προσαφικνεῖται, quod eodem sensu poni licuit atque simplex προσικνεῖται. Correctionem hanc metri gratia factam recepi, quo e media sententia tollatur paroemiacus.

In sequentibus καὶ ξυγχαίρουσιν — βιαζόμενοι interpretes ambigunt, ξυγχαίρουσιν sitne pro tertia persona an pro dativo habendum; utrumque ineptum est: nam nec *una gaudentibus* similem vultum fingunt, sed *gaudentibus* similem; et si vertatur *una gaudent*, omissum est τοῖς χαίρουσιν, contra supervacuum ὁμοιοπρεπεῖς. Necesse est corrigi καὶ τοῖς χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς, quod etiam respondet opposito τῷ δυσπραγοῦντι ἐπιστενάχειν. At ne vel sic quidem sana est sententia: deest verbum. Nonnulli quidem supplent ὁμοιοπρεπεῖς εἰσίν; atqui in tali verborum membrorumque junctura, qualis haec est, id omitti ratio non sinit. Cogitavi num fortasse versus sic sanandus esset:

καὶ τοῖς χαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς
ἀγέλαστα πρόσωπα βιῶνται.

Sic vs. 385 βιᾶται. Potius tamen cum Hermanno credo versum

excidisse; quam suspicionem auget hiatus, post *βιαζόμενοι* (vel *βιῶνται*) sequente *ὅς*, quem ab Aeschylo admissum esse parum probabile arbitratur Hermannus.

Vs. 707. Legitur vulgo

(*ὄμματα*) *τὰ δοκοῦντ' εὐφρονος ἐκ διανοίας*
ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι.

In hoc dicto est aliquid quod discrepat. *τὰ δοκοῦντα* sunt *quae videntur, non sunt:* ergo significantur oculi qui ficta benevolentiae specie fallunt: in talem benevolentiam non convenit praedicatum *ὑδαρής*. Nam *φιλότης ὑδαρὴς* dicitur sicut *οἶνος ὑδαρής*, *amicitia aquata, diluta*, h. e. *frigida*. Aristot. Pol. II, 4: *ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίγνεσθαι διὰ τὴν κοινωνίαν (τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν)*. Atqui adulator prae se fert benevolentiae speciem non *frigidae*, sed *officiosae* et *sincerae; ὑδαρεῖ* pugnat etiam addito *εὐφρονος ἐκ διανοίας*. Quare pro hoc scripsi *ἱλαρᾷ*. Ambae voces scriptura tam parum differunt ut optio paene a legentis judicio pendeat.

Vs. 709. *σὺ δέ μοι τότε μὲν στέλλων στρατιὰν*
Ἑλένης ἕνεκ', οὐ γὰρ ἐπικεύσω,
κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος
οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,
θάρσος ἑκούσιον
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων.

Sic libri. At lectio *σὺ γὰρ ἐπικεύσω* peccat metro; pro quo Wellauerus e Butleri conjectura edidit *οὐ γὰρ σ' ἐπικεύσω*; Blomfieldius, auctore Pauwio, *οὐ γὰρ ἐπικρύψω*. Utrumque aeque rectum, illud veri similius mihi videtur: pronomen etiam alibi absorptum est, neque dubium quin *ἐπικεύθειν* aeque ac *ἐπικρύπτειν* recte cum accusativo personae construantur, sicut simplicia *κεύθειν* et *κρύπτειν*. Odyss. *γ*, 187: *δαήσεαι, οὐδέ σε κεύσω*. Hermannus, ejecto *γὰρ*, scripsit *οὐκ ἐπικεύσω*; sed *γὰρ* in parenthesi recte additum, et paroemiacus hic non requiritur.

Plus molestiae facit illud *ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος*. Nihil aliud hoc significare potest nisi *inscito* s. *invenusto modo descriptus* sive *depictus eras;* et sic accipiunt interpretes. Abreschius comparat quod vernaculo sermone usurpamus *leelijk afgeschilderd;* sed talis dictio a Graecorum usu aliena est nec vero sensui apta: non enim erat cur Chorus diceret Agamemnonem sibi odiosis vel gratis

coloribus depictum esse, ut qui regem factis cognitum ipse judicaret. γράφειν, usitatius γράφεσθαι, significat *notare, censere:* proprie hoc dicitur de iis qui in tabulis inscribuntur cives civium, equites equitum, aerarii aerariorum; deinde autem latius notat *habere, aestimare.* Sophocl. Oed. T. vs. 411: ὥςτ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι. Xenoph. Cyrop. IV, 3, 21: (ἐμὲ) γράφε τῶν ἱππεύειν ἐπιθυμούντων. Demosth. c. Theocr. p. 1337: ὅσοι μὴ ἐν ἀκροπόλει γεγραμμένοι εἰσίν (de aerariis). Propius ad nostrum locum accedit hoc Herodoti VII, 214: τοῦτον αἴτιον γράφω, h. e. *puto, aestimo.* Simili dictione utitur Aeschylus Choëph. vs. 698, ubi sic legit Hermannus vs. 684:

σὺν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας ζάλης
ἰατρὸς ἔλπις ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει

Recte σὺν dedit pro νῦν, sed pro παροῦσαν vel recipienda Pauwii conjectura προδοῦσαν ἐγγράφει, h. e. *spem fefellisse declarat,* vel potius scribendum παροῦσαν ἐκγράφει, *spem praesentem expungit, tollit.* Ex his autem satis manifestum pro adverbio ἀπομούσως requiri adjectivum. Elmslejus scribendum censuit κάρτ' ἀπόμουσός τ' ἦσθα γεγραμμένος οὔτ' εὖ πραπίδων — Conjectura haec melior quam Blomfieldii ἀπομούσων ἦσθα γεγραμμένος, nec tamen probanda: minus recte copulantur haec ἀπόμουσός τ' ἦσθα οὔτε εὖ πραπίδων οἴακα νέμων; usitate duo verba vel enuntiata, alterum ajens, alterum negans, ἐκ παραλλήλου posita, copulari solent particula οὐδὲ vel μηδὲ, ut modo vs. 751: ὄλβον τεκνοῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν infra, vs. 888: κλαυμάτων . . πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἔνι στάγων. Eum. 395: ἔτι δέ μοι γέρας παλαιὸν, οὐδ' ἀτιμίας κυρῶ. Prom. 716: (Χάλυβες) ἀνήμεροι γὰρ οὐδὲ πρόςπλαστοι ξένοις. Sept. ad Th. 840: ἐξέπραξεν οὐδ' ἀπεῖπεν πατρόθεν εὐκταία φάτις. Eum. 5: θελούσης οὐδὲ πρὸς βίαν τινός, h. e. *volente, non invita aliqua* (np. *Themide*), quae verba male explicuit Hermannus. Late patet hic loquendi usus apud Graecos jam inde ab Homero; cujusmodi sunt illa, ἤμβροτες οὐδ' ἔτυχες, μυθήσομαι οὐδ' ἐπικεύσω, aliaque quae cuivis in promptu sunt. Ergo οὐδὲ servandum nec ἀπόμουσός τε admittendum. Scribatur, me judice, κάρτ' ἀπόνους ὡς ἦσθα γεγραμμένος. Scripturae discrimen paene mullum. ἀπόνους sive ἄνους respondet opposito οὐδ' εὖ πραπίδων κτἑ. cui prorsus simile hoc Sophoclis Ant. 488: εἶδον ἀρτίως λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν. In vocabulo ἀπόμουσος inest potius notio *inhonesti, illiberalis,* unde ἀμουσία et ἀπειροκαλία

junguntur apud Plat. Rep. III, p. 403 C, idque vocabulum Euripidea magis quam Aeschylea aetate increbuit et deinde omnium ore frequentatum est. Erudite de eo disseruit quondam Den Tex, in dissert. de vi musices. (Traj. ad Rhen. 1816) p. 152 sqq.

Ultima **θάρσος ἑκούσιον κτἑ.** tam sensu quam verbis inepta sunt. *Audaciam praebere* alicui *voluntariam* sive *spontaneam* sibimet ipsi repugnans est. **θάρσος** autem **κομίζειν τινὶ** num graece dici possit pro **φέρειν, δίδοναι** aut simili verbo, id jure addubitat Hermannus, qui ad talem interpretationem confugit: *vehens* (ad Trojam) *spontaneam audaciam mori volentibus viris.* Explicationis gratia addit: „id acerbe dictum de mortifera expeditione." Oedipus sit qui haec intelligat. **ἀνδράσι θνήσκουσι** non aliter accipi potest nisi de exercitu ob adversos ventos inedia et inopia *enecto* sive *languescente.* Ne vero plura addam, verae lectionis viam monstravit Hartungius acute emendans: **θύμαθ' ἑκούσιος ἀνδράσι θρησκοῦσι κομίζων.** Ad sensum tamen aptius et librorum scripturae similius **θύος ἀκούσιον**: non enim **ἑκούσιος** filiam immolaverat rex, sed dura necessitate coactus. Posset etiam scribi **θῦος ἑκούσιον**, si adject. hoc referatur ad sq. **ἀνδράσι θρήσκοισι, gratum sacrificulis.** **θύος** prave scriptum **θρος**, facile pro compendio vocis **θράσος** s. **θάρσος** habitum. Vocabula **θύος** et **θύον** restituimus item vs. 1235 et 852. Pro **θρησκοῦσι** autem scribendum erat **θρήσκοισι**, a **θρῆσκος**, unde **θρησκεία, θρησκεύω.** Hesychius: **θρεσκή, ἀγνή . θρεσκός, περιττός, δεισιδαίμων . θρῆσκος ἑτεροδοξος, εὐγενής (εὐσεβής?)**; vera scriptura est, opinor, **θρῆσκος.** Verbum vero **θρησκεῖν** inauditum est; servavit tantum Hesychius **θρέξατο** — et **θρήσκω, νοῶ**, quae num verbo **θρησκεύειν** cognata sint, non patet. — **ἀνδράσι θρήσκοισι** significatur aperte Calchas vates, cujus jussu immolata erat Iphigenia, idque sacrificium tanquam **θρησκεία** notatur. Cf. vs. 201 sqq.

Vs. 715. **νῦν δ' οὐκ ἀπ' ἄκρας φιενὸς οὐδ' ἀφίλως**
εὔφρων πόνος εὖ τελέσασιν.

Sic vulgo. Bene Blomf. et Herm. omittunt Farn. **τις**, quippe a metrico insertum ut tolleretur paroemiacus, qui hic peraptus est. Pro **πόνος** autem recte jam Blomfieldius edidit **πόνου**, sed emendationem prava interpretatione corrupit, quo in errorem induxit Hermannum. Refert nempe **εὔφρων** ad Agamemnonem: *olim mihi imprudens videbaris, — hodie vero ex alta mente (intimo ex animo) et vere benevolus videris, quum jam laborem feliciter perfecerint.* Primum inepta haec antithesis est, *olim imprudens — nunc bene-*

volus; deinde in Agamemnonem non recte dicitur εὔφρων πόνον εὖ τελέσασιν, h. e. benevolus tibi ipsi et militibus tuis. Aperte illud νῦν δ' εὔφρων de se ipso dicit Chorus, quod sponte intelligitur etiamsi εἰμὶ non addatur. Elegans est haec ellipsis, praesertim quando quis cum vi loquitur. cf. Kühner Gr. Gr. § 417 (*c*). Pro οὐδ' ἀφίλως (l. ἀφιλῶς) nescio an scribendum sit οὐδ' ἀφιλοῦς (φρενός). ἀφιλὴς etsi alibi non legatur, aeque bonae notae est ac εὐφιλής et δυςφιλής, quibus utitur Aeschylus. Certe οὐκ ἀφιλῶς εὔφρων parum venuste junguntur. Quae similis erat junctura Choëph. 624 feliciter ab Hermanno (vs. 614) correcta est, pro ἀκαίρως δὲ δυςφιλὲς legente ἄκαιρος δ' ὁ δυςφιλὲς —

Agamemnon excidium Trojae nunciat, ut vulgo legitur, his verbis:

Vs. 724. (θεοὶ) ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς
εἰς αἰματηρὸν τεῦχος οὐ διχορρόπως
ψήφους ἔθεντο· τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει
ἐλπὶς προσῄει χειρὸς οὐ πληρουμένην.

In hac lectione multae insunt difficultates. Pro ἀνδροθνὴς, quod nusquam reperiatur, Blomfieldius reposuit ἀνδροκμὴς (-κμῆτας), quod saepius in Aeschylo legitur. Atqui ἀνδροθνὴς aeque recte formatum est atque ἀνδροκμής; confer ἡμιθνής, ἀκμής, alia; et si significationem spectes, exiguum est utriusque discrimen. Neutrius vero vocabuli sensum interpretes recte ceperunt, quum interpretentur *mortem* vel *cladem efficiens:* utrumque enim factum est e verbo neutro, θνήσκειν, κάμνειν, quare non gaudet activa potestate. ἀνδροθνὴς et ἀνδοκμὴς duplicem habere possunt significationem, vel *a viro* (*ab hoste*) *periens* aut *laborans*, h. e. *caesus, afflictus;* vel per periphrasin φθορὰ ἀνδροθνής et ἀνδροκμής dicta esse possunt pro φθορὰ ἀνδρῶν θανόντων vel καμόντων, uno verbo, φθορὰ θανάσιμος, καματώδης, h. e. *exitium letale, calamitosum*, sicut dicitur τύχαι θανάσιμοι infra vs. 1276. Blomfieldius vero plures Aeschyli locos affert, in quibus ἀνδροκμὴς significet *interitum efficiens*, quod tamen, ut linguae legi contrarium, probare non possum; sed in illis locis vel ἀνδροκμὴς interpretandum est *aerumnosus* vel, ubi activa potestas necessaria est, mutandum in ἀνδροδμής, quod a δαμάω derivatum idem est atque ἀνδροδάμας, *virum domans*, apud Pindarum Nem. III, 39 (68). Ita defendi possit τύχαι ἀνδροκμῆτες (h. e. καματώδεις) in Eum. vs. 956, et similia; at ἀνδροκμὴς πέλεκυς, Choëph. vs. 889, necessario in ἀνδροδμής mutandum. Hujusmodi enim composita activam aeque

ac passivam admittunt significationem, ut dicitur ex. gr. *θηγάνη σιδηροβρώς*, *ferrum exedens*, in Soph. Ai. 807, et *ἀγνὼς* tam *ignotum* quam *ignarum* notat. Etiam in hoc Sophoclis versu Ai. 318: *ἐν μέσοις βοτοῖς σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ*, *inter medias pecudes ferro caesas tranquillus sedet*, non dubito quin legendum sit *σιδηροδμῆσιν*, passivo significatu; *σιδηροκμὴς* posset scilicet significare *ex aere laboratus*, sicut dicitur *πολύκμητος*, a *κάμνειν* activa potestate, *laborare*, *fabricari*. Nostro loco etsi *ἀνδροθνῆτες* defendi possit, nemo tamen non agnoscat multo aptius et significantius esse *ἀνδροδμῆτες φθοραί*. Quid vero sibi vult plurale *φθοραί*? significare hoc potest *clades*, *calamitates*; at ubi ultimum *exitium* significatur, necessario *φθορὰ* dicendum. Restat constructio *εἰς αἱματηρὸν τεῦχος ψήφους ἔθεντο Ἰλίου φθοράς*. Haec quidem sic defendi potest ut *ψήφους ἔθεντο* pro uno verbo *ἐψηφίσαντο* accipiatur, adhibitis exemplis, quale est hoc Herodoti VIII, 74: *θώϋμα ποιεύμενοι τὴν Εὐριβιάδεω ἀβουλίην*. vel hoc Thucydidis IV, 15: *σπονδὰς ποιησάμενοι τὰ περὶ Πύλον*. Plura ejus generis peti possunt a grammaticis, ut Matthiaeo p. 775 sq. Bernhardyo Synt. p. 125. At ne haec quidem plane similia sunt. Si poëta dixisset tantum *ψήφους ἔθεντο Ἰλίου φθοράς*, hoc pro *ἐψηφίσαντο* forsitan accipi posset; nunc vero quum additum sit *εἰς αἱματηρὸν τεῦχος*, h. e. *calculos conjecerunt in urnam*, huic adjungi accusativum *Ἰλίου φθοράς*, id nec usus nec ratio sinit. Aeque improbanda haec constructio est atque ea quae supra vs. 236 vulgo legebatur, *φυλακὰν κατασχεῖν φθόγγου*. Vitium agnovit Hartungius, sed parum feliciter correxit sic: *Ἰλίου φθορὰς — οὐ διχορρόποις ψήφοις ἔθεντο*: non enim apte dictum *Ἰλίου φθορὰς εἰς τεῦχος ἔθεντο*. Mutato *Ἰλίου φθορὰς* in *Ἰλιοφθόρους* sana est sententia, et optime copulantur *ἀνδροδμῆτες Ἰλιοφθόροι ψῆφοι*. Sic ergo scripsi. In postremo versu *χειρὸς* aperte corruptum est: nam sive jungas *ἐλπὶς χειρὸς* sive *χειρὸς πληρουμένῳ*, utrumque aeque est ineptum. Critici varias protulerunt conjecturas, quibus tamen recensendis supersedere licet, postquam veram lectionem eruit Hermannus pro *χειρὸς* scribendo *χρεῖος*, *spes indiga*, *vana*, *inanis*, cui apte appositum *οὐ πληρουμένῳ* (*κύτει*). Vocem *χρεῖος* habet Aeschylus Suppl. vs. 202: *μέμνησο δ' εἴκειν, χρεῖος εἰ ξένη φυγάς*. cf. Pierson. ad Moer. p. 415.

Vs. 729. Sic legebatur:

ἄτης θύελλαι ζῶσι, συνθνήσκουσα δὲ
σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς.

Quis attentius legens non agnoscat repugnantiam esse in verbis *ζῶσι — συνθνήσκειν*, *cum vivente commori* sive *una mori?* neque tantum in verbis, sed etiam in rebus. *ἄτης θύελλαι* significant incendium procellae instar furens; jam quum incendium vivit et fervet, favilla non emoritur et restinguitur, sed ardet. Necesse est haec in concordiam redigi. Alterutrum dici postulat ratio: vel „incendium subsidit, sedatur, et simul favilla moritur s. exstinguitur", vel contra „incendii furor viget, et simul favilla ardet, aestuat." Utrum horum sit sensui conveniens, non difficile judicatu. Quando emittuntur *πίονες πλούτου πνοαί*, non exstinctum est incendium, non mortuus cinis, sed ardet favilla. Itaque Aeschylum sic scripsisse consentaneum judico: *ἄτης θύελλαι ζῶσιν, ἀνθρώσκουσα δὲ σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς. ἀνθρώσκουσα* bene quadrat verbo *προπέμπει*, *favilla exsiliens, in altum se efferens sursum mittit gazas in fumum redactas.* Similitudo literarum *θρω* et *θνη* facile errori ansam dederit, sicut modo vs. 714 e *θρήσκοισιν* factum erat *θνήσκουσιν.* Aliam vero emendationem excogitavit Hermannus, nempe pro *θύελλαι* scripsit *θυηλαί*, h. e. *θυσίαι, perniciei victimae vivunt*, quod idem esse vult atque „omnia igne consumuntur." Sed dubito an unquam quisquam ita dixerit vel dicturus sit: *leti victima vivit*, pro, res leto absumta est. Praeterea non tollitur eo discrepantia verborum *ζῶσι — συνθνήσκουσα.* Vulgatam quidem lectionem scite vertit Franzius ita:

„die Todesstürme wehen; und mitsterbend haucht
„des alten Reichthums fetten Qualm die Asch' empor."

Sed quisquis diligentius attenderit, animadvertet verba *ἄτης θύελλαι ζῶσι* liberiore versione sic reddita esse ut evitetur repugnantia

Vs. 732. Sic libri:

— *ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκότους*
ἐπραξάμεσθα καὶ γυναικὸς οὕνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος,
ἵππου νεοσσός, ἀσπιδηστρόφος λεώς,
πήδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν·
ὑπερθορὼν δὲ πύργον ὠμηστὴς λέων
ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.

Primum illud *πάγας ὑπερκότους ἐπραξάμεσθα* merito viris doctis displicuit. Medium *πράττεσθαι* Atticis non nisi significatione *multam exigendi, ulciscendi* usitatum est, quo sensu non semel legitur

in hac fabula, vs. 705, 812: quare dici certe oportuerat ἐπιάξαμεν. Similiter in Sophoclis versu Oed. R. 287: ἀλλ' οὐκ ἐν ἀργοῖς οὐδὲ τοῦτ' ἐπραξάμην, scribatur potius ἐπράξαμεν. Permutatio numeri pluralis cum singulari, etiam in eodem enuntiato, non insolita est. Hoc loco Hermannus scripsit πάγας ἐφραξάμεσθα, ut dicitur vs. 1376 ἀρκύστατ' οὐ φράξειεν: quod per se probari posset, nisi alia quoque obstarent. Adjectivum ὑπέρκοτος, *iracundus*, vel quod pro hoc scribendum videtur ὑπέρκοπος, *jactabundus*, est epitheton parum conveniens *reti* sive *laqueo*, et tota illa insidiarum mentio friget. Diceret nempe hoc: „et gloriosos struximus dolos et monstrum Argivum (equus Trojanus) oppressit urbem;" hoc est bis idem: nam doli illi (πάγαι) ad ipsum equum spectant. Satis haec, ut Hermanni conjecturae anteponamus pulcerrimam Tyrwhitti et Orellii emendationem pro καὶ πάγας scribentium, nulla paene mutatione, χἀρπαγὰς. Receperunt hoc Dindorfius et Hartungius, nec Hermannus, credo, rejecisset, si recte interpretatus esset; significat nempe hoc: *superbum* s. *insolentem (Helenae) raptum ulti sumus.* Hoc dictum regis persona multo dignius. De vocabulis ὑπέρκοπος et — κοτος supra dictum ad vs. 412. p. 183.

In sequentibus etiam verbis aliquid difficultatis est. Ἀργεῖον δάκος, *Argiva bellua*, est idem quod statim dicitur ἵππου νεοσσός, quae est poëtica periphrasis pro ἵππος; huic autem non recte appositione junctum est ἀσπιδηστρόφος λεώς, h. e. *armata heroum manus:* prodiit ex equi utero armata manus, at non ipse equus fuit illa manus. Neque vero λεώς satis quadrat in Argivorum *principes*, qui equo inclusi erant. Adde quod insolentior forma ἀσπιδηστρόφος pro ἀσπιδοστρόφος (de qua vid. Lobeck. ad Phryn. p. 683 et Herm. ad h. l.) vitii suspicionem movet. Auratus conjecit: ἵππου νεοσσός ἀσπιδοστρόφου πλέως; sed adj. ἀσπιδοστρόφου ita nude pro *armato milite* s. *manu* dici non concessum credo; quin etiam ipsum στρέφειν ἀσπίδα num recte dictum sit dubites. Scribendum ergo judicavi:

ἵππου νεοσσός, ἀσπιδηφόρος λόχος.

λόχος, *insidiae*, de equo Trojano dictum, ut Odyss. θ, 515 ἵππόθεν ἐκχύμενοι, κοίλον λόχον ἐκπρολιπόντες. Eundem Eurip. Troad. 533 vocat ξεστὸν λόχον, Ἀργείων καὶ Δαρδανίας ἄταν. Expressit Virgilius Aen. II, 36: *pelago Danaûm insidias* (h. e. equum) *suspectaque dona praecipitare jubent.* — ἀσπιδηφόρος est conjectura Blom-

fieldii, etiam Dindorfio et Hermanno probata. Idem pro Ἀργεῖον δάκος non invenuste conjecit leg. ἄγριον δάκος; Ἀργεῖον Agamemnonis ex ore satis otiosum videri potest; Hermannus tamen putat recte additum, quo nempe Graecorum virtus laudetur. Quod deinceps sequitur πήδημ' ὀρούσας, aeque ac proximum ὑπερθορὼν δὲ πύργον, a leonis imagine petitum est, neque adeo jungendum cum praegresso ἵππου νεοσσός, sed cum sequente ὠμηστὴς λέων: unde sponte apparet versum πήδημ' ὀρούσας transponendum esse sicut feci. Ceterum nolo dissimulare, ultimos tres versus, quamquam cothurno Aeschyleo nequaquam indignos, hoc tamen loco si abessent, me non desideraturum; certe αἵματος τυραννικοῦ ex ore τυράννου sive βασιλέως non valde aptum.

Vs. 744. δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος
ἄχθος διπλοίζει τῷ πεπαμένῳ νόσον.

Sic vulgo; non dubitavi autem scribere ἄχθος — νόσου, quod idem jam conjecisse video Auratum, non improbante Hermanno, qui tamen male ad πεπαμένῳ supplendum putat τὸν ἰόν. ἄχθος νόσου est objectum tam verbi (διπλοίζει) quam participii (πεπαμένῳ), ex usitata poëtis constructione.

In praecedente versu utrum servari possit καρδίαν an mutari debeat in καρδίᾳ, lis est inter grammaticos. Accusativum defendit praeter alios Lobeck. ad Sophoclis Ai. vs. 191, p. 151, improbat Hermannus ad h. l. animadvertens, eos qui accusativum defendunt non aptis uti exemplis et dissimilia commiscere, ut Bernhardyum in Synt. p. 266. Add. Poppo in Thucyd. I, 26; Comment. Vol. I, p. 223. Ipse ita distinguit, ut καρδίᾳ προσῆσθαι significet *cordi adsidere* s. *adhaerere; καρδίαν* vero, *ad cor accedere ibique locum occupare.* Haec distinctio etsi ratione nititur, num tamen usu probetur, dubito: nam discrimen hoc saepe tam exiguum est ut vix animadverti possit, in multis certe locis ambigua est significatio, ut Thuc. I, 26: προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν, προεῖπον. Aesch. Suppl. vs. 189: πάγον προσίζειν τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν. Euripides Hec. vs. 923: σεμνὰν προσίζουσ' οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν. Sunt vero manifesta exempla, in quibus προσκαθῆσθαι πόλιν idem plane est atque πόλει, *urbem* s. *urbi adsidere* pro *obsidere*, quod dudum animadversum est a Wesselingio. cf. Valcken. Annot. ad Herod. V, 164. Accedit quod etiam alia verba *sedendi* Attici poëtae cum accusativo jungunt, ex. gr. Aeschylus Niob. fr. 162 (ed. Herm.) ἑζομένη τάφον, et Eum. 409. Sophocl. Oed. R. vs. 161: ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει. Infra

vs. 982, quod vulgo scribitur θάρσος ἴζει φρενὸς φίλον θρόνον, mutandum censui in ἴσχει. Ob has rationes a codicum lectione non discedendum putavi.

Vs. 749. *Fallax amicus* vocatur

δμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς,

pro quo non dubito quin poëta scripserit αἰμυλίας κάτοπτρον, h. e. *comitatis* s. *benevolentiae speculum*, in quo quippe non vera comitas nec solida benevolentia, sed species tantum cernitur. εἴδωλον σκιᾶς est *simulacrum umbrae*, non solidi corporis effigies, h. e. vana imago cui nihil veri subest. Sic Sophocles in fragm. Tyr. apud Aelian. de N. A. XI, 18, imaginem formae in aqua apparentis σκιᾶς εἴδωλον vocat.

Vs. 760. πειρασόμεσθα πήματος τρέψαι νόσον.

Haec est librorum lectio, quam sic emendavit Personus: πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου. Receperunt hoc Blomf. Well. Dind. At Hermannus πήματος νόσον defendit, quia hic non proprie dicatur morbus, sed intelligantur mala quibus quasi aegrotet respublica. Verum hoc nihil interest, utrum proprie an tropice dicatur; vocatur certe *morbus*, qui *urendo* vel *secando*, ut dicit, sanandus sit. Ut autem recte dicitur πῆμα νόσου (Porsonus confert Soph. Phil. 754, Ai. 356) ita νόσος πήματος vereor ne non rectius graece dicatur quam nostro sermone *de ziekte van het lijden*. Dicitur quidem morbus pestilentiae, discordiae, insaniae, ita nempe, ut genitivus significet speciem morbi; et sic latine dici etiam posset *morbus mali* (ut Hermannus vertit νόσον πήματος), si *malum* pro *pravitate* ponatur; at haec non est significatio vocis πήματος.

Vs. 761. Vulgo secundum libros legunt

νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους
ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι.

Pro δόμους ἐφεστίους ἐλθὼν dubitavi num poëta scripsisset ἐφέστιος. Ita Hom. Od. ψ, 55: ἦλθε μὲν αὐτὸς ζωὸς ἐφέστιος. Aesch. Suppl. 365: κάθησθε δωμάτων ἐφέστιοι ἐμῶν. Soph. Trach. 261: ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον ἐπερρόθησε. Eurip. Rhes. 201: ἐλθὼν ἐς δόμους ἐφέστιος. Quum tamen δόμοι ἐφέστιοι etiam alibi apud Aeschylum legatur, temerarium esset mutare. Vid. annot. ad vs. 384 huj. edit. Verbum autem δεξιοῦσθαι cum dativo

personae non construitur; dicitur semper δεξιοῦσθαί τινα, addito interdum χερσί, δώροις, simili vocabulo. Quare miror interpretes illud θεοῖσι tam facile concoxisse, qui dativus non defenditur certe exemplis verborum εὔχεσθαι, ἀρᾶσθαι, quae comparat Bernhardyus Synt. Gr. p. 86. δεξιοῦσθαί τινι linguae ratio, credo, aeque atque usus respuit; dici oportuerat θεοὺς μὲν πρῶτα δεξιώσομαι. Sed scripsisse poëtam probabile est: θύοισι πρῶτα δεξιώσομαι nempe ἐκείνους οἵπερ κτέ. Hesychius: θύα . . . Εὔπολις, τὰ πέμματα. λέγεται δὲ καὶ τὰ θυόμενα ταῖν θεαῖν. Intellige suffimenta, qualia supra vs. 96 dicuntur πέλανοι.

Vs. 770. τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ.

Hic versus vereor ne sit pannus adsutus a lepido interprete, qui indicare vellet praecedens δύςφορον βίον non intelligendum esse omne vitae ejus tempus, sed spatium illud per quod Agamemnon apud Ilium fuisset; meo certe sensu languet. Plus difficultatis habent proximi versus, qui vulgo hoc ordine leguntur:

Vs. 771. τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα
ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακὸν,
πολλὰς κλύουσαν κληδόνας παλιγκότους·
καὶ τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν κακοῦ
κάκιον ἄλλο πῆμα λάσκοντας δόμοις.

In tertio versu κλήδονας est Aurati emendatio pro ἡδονάς, jure a plerisque recepta. Nihilominus versus hic turbat sententiam. Duas nempe affert doloris sui causas: unam quod grave mulieri solam domi sedere, ut dicit etiam Choëph. 920: ἄλγος γοναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι; alteram, quod assidue malis rumoribus terreretur. Quum haec inter se distincta sint, perperam priori enuntiato jungitur illud κλύουσαν κληδόνας παλιγκότους, quod manifesto ad alterum pertinet. Ahrensius judicat versum esse spurium, effictum e vs. 874 (784) τοιῶνδ' ἕκατι — Hartungius uncinis inclusit. Atqui eo deleto non sanatur sententia. Nam et sequens enunciatum τὸν μὲν ἥκειν, τὸν δ' ἐπεισφέρειν — λάσκοντας mancum est; suppleri debet, quod omitti non licuit, *alterum hoc malum est*. Utrique vitio remedium mihi attulisse videor versu illo transponendo, quo ambo enuntiata bene cohaerent: „Primum (dicit) mulierem domi sedere solam, ἔκπαγλον κακόν; deinde κακοῦ κάκιον ἄλλο πῆμα, quod assidue mali rumores nuntientur. Jam constructio postulabat κλύουσαν mutari in κλυούσῃ, pro quo scribi etiam licuit κλύουσιν (δόμοις).

Vs. 785. Sic legitur:

πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης.

ἄνωθεν plerique intelligunt de laqueo supra caput ligato; Schützius superiorem aedium partem, ὑπερῷον, significari vult, ut locum secretiorem; priore sensu supervacuum est, posteriore obscure dictum. Puto esse peccatum librarii, cui adhuc in aure susurraret praegressum hocce πολλὴν ἄνωθεν (vs. 781), pro quo poëta scribere potuit πάροιθεν, nisi potius dixerit πολλὰς κρεμαστὰς ἀρτάνας, ut loquitur Sophocles Oed. R. vs. 1266, Euripides Hipp. vs. 778, quos epitheton hoc ut alia ejusmodi ab Aeschylo sumsisse non temere conjicias.

Participium λελημμένης jam prius alios offendit. Sive interpretere cum scholiasta περιειλημμένης τῇ ἀρτάνῃ, „solverunt laqueum colli *violenter (per vim) constricti*", sive „colli *me invita apprehensi*", ut qui solvi nolentis apprehendissent collum, neutrum recte dictum est. Nam nec qui ultro laqueum sibi injicit, dici potest πρὸς βίαν constrictus esse, nec qui, quamvis invitus, solutus sit laqueo, dici potest εἰλημμένος: quare pro hoc legendum λελυμένης, quod concinit cum praegresso ἔλυσαν. Ita participium cum verbo copulare amant Graeci; ex. gr. Plato Legg. III, 5, p. 683: ποῖοι νόμοι σώζουσιν αὐτῶν τὰ σωζόμενα καὶ ποῖοι φθείρουσι τὰ φθειρόμενα. Praeterea ἄλλοι otiose, ne dicam inepte, additum mihi videtur, quare pro hoc poëtam scripsisse conjicio ἀλλά: *saepe collum meum laqueis solverunt, sed invitae.*

Vs. 788. Pro insolito πιστευμάτων recte Hermannus dedit πιστωμάτων, quod de connubii foedere etiam alibi usurpat Aeschylus, ut Eum. 214 Orestem dicit κύριον πιστωμάτων, in quo quippe esset *mutuae fidei documentum*, qui esset *pignus conjugalis fidei.* πίστευμα significat *quod alicujus fidei creditum est;* itaque infans matri creditus ipse dici posset πίστευμα, non vero κύριος πιστευμάτων.

Vs. 793. εἴ τε δημόθρους ἀναρχία
βουλὴν καταρρίψειεν, ὥστε σύγγονον
βροτοῖσι, τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον.

Vocabulum δημόθρους usitate significat *populi ore jactatus*, quae significatio quum h. l. non conveniat, Hartungius ei substituit δημόσσους; quod cum interpretatur *a populo excitata* vel *populum*

excitans seditio, significationem vocabulo tribuit nulla auctoritate firmatam. Unus hanc glossam memorat Hesychius: δημόσσους, τὸν δῆμον σώζων ἢ ὁ δημοδίωκτος: prior explicatio convenit cum usitato λαόσσοος; posterius significat *a populo expulsus*. Nulla vero mutatione opus est. δημόθρους est aptum *licentiae* epitheton, *fremebunda*, quo significantur invidiosi rumores qui popularis licentiae et seditionis solent esse comites: βαρεῖα δ' ἀστῶν φάτις ξὺν κότῳ dixit supra vs. 456.

Male vero me habuit illud λακτίσαι πλέον. Significat *plus justo, vehementius calcare*, ut vs. 1188 θρασύνεσθαι πλέον. vs. 1205 εὖ πράσσων πλέον. At τὸν πεσόντα λακτίσαι, *prolapsum calcare*, non requirit, immo vix admittit tale additamentum; minuit hoc potius vim dicti quam auget. Scribendum duxi λακτίσαι πέδοι; pro hoc in codicibus scriptum, ut aliquoties, πέδον facile in πλέον mutatum est. cf. vs. 1357 κλέος πέδοι πατοῦντες. Choëph. 642 λὰξ πέδοι πατούμενον. Utroque loco libri πέδον, quod a Blomf. servatum, ab Herm. et Dind. correctum est. Cf. Steph. Thes. Paris. s. v. πέδον. In proximo versu μέντοι non satis aptum videtur Hermanno; at simili sensu positum est vs. 644: τοιῶνδε μέντοι πημάτων κτέ.

Vs. 803. Libri legunt:

ἀμφί σοι πάθη
ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου.

ξυνεύδων χρόνος intelligi tantum potest *tempus somni* sive *nox*, quod insolenter sane dictum ac multo audacius quam alia hujusmodi, ut ξύγγονος χρόνος, ξύμφυτος αἰών, ξυγγενεῖς μῆνες (Aesch. Soph.): nam quod tempus, menses, anni nobiscum nasci et crescere dicuntur, potest intelligi; sed quod tempus, nobis dormientibus, simul dormire dicatur, id insolens est, nisi potius ineptum: tempus numquam dormit. Sed ut hoc concedatur, quid significet hocce πάθη πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου? Explicant, alius: plura mala quam tempus somni capiat; alius: mala plura quam sunt somni sive noctis horae; alius: mala ultra somni tempus durantia, h. e. quae etiam expergefactam e somno angebant. Horum nihil non aut exile aut ineptum. Sensui aeque ac dictioni medeare pro ξυνεύδοντος legendo ξυνᾴδοντος, h. e. τοῦ συμμέτρου s. ἀρμόττοντος χρόνου. Sophocl. Oed. R. vs. 1113: ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ ξύμμετρος. „Per somnum, dicit, videbam circum te plus periculorum et casuum, quam tempori congruum erat," h. e. quam intra tempus per

quod apud Ilium fuisti, evenire potuissent. Vitium agnovit etiam Hartungius qui scripsit τοῦ ξυνειδότος χρόνου, plura *quam tempus vidit*, h. e. quam tibi intra tempus illud acciderunt.

Vs. 806 sqq. Clytaemnestra maritum extollit tali praeconio, ut in libris legitur:

> λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε τῶν σταθμῶν κύνα
> σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
> στῦλον ποδήρη, μονογενὲς τέκνον πατρὶ
> καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,
> κάλλιστον ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,
> ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.
> τερπνὸν δὲ τἀναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν.
> τοιοῖσδε τοίνυν ἀξιῶ προσφθέγμασιν.

In primo horum versuum Hermannus τῶν σταθμῶν mutavit in βουστάθμων κύνα, quia verborum junctura non ferat addi articulum. Putabat nempe τῶν σταθμῶν κύνα esse sicut proxima σωτῆρα ναὸς κτλ. honorificam appellationem, qua Agamemnonem ornet uxor, idque cum sequentibus concinere debere. Melior verborum junctura jam a Cantero et Victorio monstrata hanc conjecturam falsam esse arguit.

Pro στῦλον quod habet Flor. στόλον, ineptum quidem, conveniens tamen est adjectivo ποδήρη, quod significat *ad pedes pertinens* vel *dependens* et usitate de vestibus dicitur, de columna, ut mihi quidem videtur, ridicule dictum est. Altae domui convenit *celsa* columna, non *talaris*. Non dubito quin pro hoc reponendum sit vocabulum ab Hesychio servatum πέδωρος, μετέωρος, quod vulgo perperam ibi scribitur πέδουρος: factum est enim ex πεδάορος s. πεδήορος, ut ex ξυνάορος fit ξύνωρος, quod supra reposui pro ξύνουρος vs. 495. Vox πεδάορος legitur in Choëph. 590.

Κάλλιστον ἦμαρ Hermannus mutavit in γαληνὸν ἦμαρ, quod quamvis speciosum quominus tamen reciperem retinuit me, quod κάλλιστος saepe loco positivi ponitur aucta significatione, ut in Pind. Nem. V, 23 Μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός. Isthm. III, 77 κάλλιστον ὄλβον ἀμφέπων de vita coelestium. γαληνὸν pulchre quidem oppositum vocabulo χείματι; sed potuit poëta antithetorum cumulationem consulto evitasse.

In praegresso vero versu καὶ γῆν φανεῖσαν, jure interpretes offendit illud καί, si quidem μονογενὲς τέκνον πατρὶ καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις parum apte copulantur; atque etiamsi, deleto eo, cum

Blomf. legas γαῖαν, vel quod Ahrensius praetulit ἀκτήν (etsi hoc minus probabile: propria enim locutio est γῆν ἰδεῖν Od. ψ, 233. μ, 404), vel sic tamen imagines illae non scite junguntur. Versum transponendum esse vere vidit Hermannus, qui hunc ordinem fecit:

ὐδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος,
γαληνὸν ἦμαρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα.

Venustius vero, sicut Hartungius jungit, hi duo versus se excipient:

ὐδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος
καὶ γῆν φανεῖσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα.

Ita pulcra gradatio in verbis inest: „coelum serenum post procellam, fons scaturiens sitientibus, terra visa desperantibus nautis." Post splendidas has appellationes optime sequatur hicce versus:

τοιοῖσδε τοί νιν ἀξιῶ προσφθέγμασιν,

omisso qui interpositus est,

τερπνὸν δὲ τἀναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν.

Jure Blomfieldius, assentiente Hartungio, insiticium hunc vs. judicavit, etsi aliter visum Hermanno: interrumpit enim orationis nexum et dictorum vim plane extenuat. Dicit nempe hoc: „quod ego tam magnifice te laudo, caussa est quod suave est effugisse fatalem miseriam." Talem γνώμην interpreti vel lectori suggerere Clytaemnestrae verba potuerunt, a loquentis affectu aliena est. Ceterum τοιοῖσδε τοί νιν Schützius dedit pro τοίνυν, quod est in libris. Praeferenda haec emendatio videtur Pauwianae τοιοῖσδε τοίνυν σ' — Choro enim haec dicit; ad Agamemnonem convertit se demum verbis νῦν δέ μοι, φίλον κάρα —

Vs. 821. τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη
θήσει δικαίως σὺν θεοῖς εἱμαρμένα.

Pro εἱμαρμένα rescribere non dubitavi εἰργασμένα. δικαίως εἰργασμένα θήσει, *juste effecta dabit, juste perficiet*, usitata constructio est; at εἱμαρμένα multis modis absurdum. Quae fato constituta sunt non pendent a mortalium arbitrio nec penes homines est ea recte vel prave ordinare (δικαίως τίθεναι). Porro ξὺν θεοῖς non potest jungi cum εἱμαρμένα, cum quo tamen proxime cohaeret: perfici ξὺν θεοῖς recte dicuntur hominum consilia, non

vero fati decreta; potius dixisset πρὸς θεῶν εἱμαρμένα, ut Sophocles Trach. vs. 168. Denique innuit his verbis consilia sua de occidendo marito: jam incongruum, Clytaemnestram sua βουλεύματα vocare εἱμαρμένα; nusquam in toto dramate audax mulier hoc praetextu facinora sua tegit, sed excusat eo quod justa sibi fuisset ultionis caussa. Vid. infra vs. 1377 sq. 1395 sqq. 1523 sqq.

Vs. 835. Vulgo legitur:

χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ τῶν ποικίλων
κληδὼν ἀϋτεῖ.

Si usquam, hic ferri articulus (τῶν) nequit, quare miror neminem interpretum in hoc offendisse; accedit quod male copulantur ποδόψηστρα καὶ ποικίλα, illud substantivum, hoc adjectivum. Legendum

χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ ποικιλμάτων.

cf. Choëph. 1013 πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος. Plato Hipp. Mai. § 40, p. 298 A: τὰ ποικίλματα πάντα καὶ τὰ ζωγραφήματα καὶ τὰ πλάσματα τέρπει ἡμᾶς ὁρῶντας, ἃ ἂν καλὰ ᾖ.

Vs. 839 in libris sic legitur:

εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ' ἂν, εὐθαρσὴς ἐγώ.

Offendit interpretes illud ἂν post εἰ positum, quare Dindorfius et Hermannus scripserunt πράσσοιμεν; non minus offendere debebat ὡς pro οὕτως, quae particula Atticis raro usurpatur nisi in certis locutionibus, οὐδ' ὥς, καὶ ὥς, ὡς — ὥς, aut saltem initio enuntiati, ubi emphasis particulae vim auget. In Aeschylo ὡς pro οὕτως raro vel nusquam, in Sophocle bis terve tantum reperitur et eo quidem quo dixi modo; sicut vero hic ponitur, in medio enuntiato, nusquam ne apud Homerum quidem, credo, invenias. Praeterea non sana est sententia; diceret nempe hoc: „si in omnibus sicut nunc felix sim, bona mihi fiducia est." Atqui si quis plenam felicitatem sit adeptus, huic jam non opus est spe vel fiducia. Odorati sunt vitium interpretes et pro parte locum sanavit Blomfieldius sic legens: εἰ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ', ἄνευ θάρσους ἐγώ. Quum vero manifestum sit ὡς in ὡς mutandum esse, sequitur εἰ esse vitiosum. Itaque linguae et sensui convenienter legas

εὖ πάντα δ' ὡς πράσσοιμ', ἄνευ θάρσους ἐγώ.

omni ex parte s. *semper me felicem futurum, equidem non ausim*

confidere. Hoc et aptum praecedenti sententiae et Agamemnonis animo nimias gratulationes modeste recusanti consentaneum.

Vs. 840—852. In sequente dialogo Agamemnonem inter et Clytaemnestram quaedam adhuc haerent maculae, quibus dictorum sensus corrumpitur vel acumen minuitur. Ad modestam Agamemnonis recusationem hoc reponit Clytaemnestra:

καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.

Dictum hoc pro μὴ παρὰ γνώμην ἐμοὶ τόδ' εἰπέ, durior sane constructio est, sed quod gravius, ineptus est sensus. Quid enim indictum esse vult? num hoc: inconstantem esse fortunam? an illud, κατ' ἄνδρα μὴ θεὸν σέβειν? Immo in dictis Agamemnonis nihil habebat quod reprehenderet aut indictum esse cuperet, sed ut factis sibi morigeretur orat. Dixerit ergo:

καὶ μὴν τόδ' εἶκε μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.

Obsequere, quaeso, hoc mihi ex animi voto (sicut cupio). Agamemnoni autem in sententia perseveranti deinceps reponit:

ηὔξω θεοῖς δείσας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε;

In his particula ἄν offendit interpretes. Quare Blomfieldius signum interrogandi tollit, ut hic efficiatur sensus, quemadmodum ipse interpretatur, *vovisses haec ita facere, si aliquid metuisses.* Sententia non clare enuntiata, et quae prava laborat verborum collocatione; debebat certe ita dici, ut animadvertit Hermannus: δείσας ἂν ηὔξω ὧδ' ἔρδειν τάδε. Ipse Hermannus sic legit: ηὔξω θεοῖς δείσασαν ὧδ' ἔρδειν τάδε; Vellem equidem interpretationem addidisset. Si quid mutandum, probabilius, credo, versus sic scriberetur:

εὔξω θεοῖς δείξασιν ὧδ' ἔρδειν τάδε;

Num diis monstrantibus vovisti ita te facturum? i. e. num deorum aliquo signo monitus votum fecisti te ita acturum? Sed nihil muto. δείσας ἂν significat *metuens, si forte*, i. e. *forsitan metuens* scil. θεούς, quod e praegresso θεοῖς supplendum. δείσας autem plerumque nude poni solet. Dicit hoc cum leni irrisione ut mulier supra vulgus sapiens: *num deos fortasse metuens vovisti ita te facturum?* cui respondet quod paullo post dicit, τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθεὶς φόγον. Pro ηὐξάμην, ηὔξω, hic et alibi non dubitavi scribere quod interdum ipsi praebent libri, εὔξω.

In Agamemnonis responso pro εἴπερ τις, εἰδώς γ' εὖ τόδ' —

ratio scribere jubet εἴπερ τί γ', εἰδὼς εὖ τόδ' — *si quid aliud, hocce consulto et cogitato elocutus sum.*

Clytaemnestrae deinceps roganti: *quid Priamum facturum fuisse putas, si victoriam adeptus esset?* quod Agamemnon respondet

ἐν ποικίλοις ἂν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ,

super pictos tapetes eum profecto ingressurum fuisse puto, id me judice friget. Acumen reddideris verbis scribendo ἐν ποικίλοις οὖν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ, *nae illum super pictas vestes ambulasse puto.* Inest in hoc amara ironia. „Quid Priamus facturus fuisset, quaeris? profecto expertus est se super pictas vestes ambulasse!"

Instanti Clytaemnestrae ut sibi cedat, reponit hocce:

ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δήριος τίεις;

Quod responsum ineptum esse plures agnoverunt; non opus erat ut quaereret, num Clytaemnestra vincere cuperet, post tam acrem litigationem. καὶ autem sive cum σὺ jungas sive cum sequentibus verbis, incommodum est. Interpretes νίκην τήνδε dictum volunt pro τὸ νικᾶσθαι, „talem victoriam qua nempe vincare;" quo hoc respondeat praegresso νικᾶσθαι. Hoc nimis quaesitum, et praeterea sic non τήνδε νίκην sed τοιάνδε dici opportuisset. Haud meliorem versum reddiderunt Franzius et Hermannus legendo ἦ οὐ καὶ σὺ — vel Hartungius, οὐ καὶ σὺ — Vere Stanlejus pro τήνδε vidit legendum τῆςδε; praeterea pro καὶ σὺ legas κάρτα:

ἦ κάρτα νίκην τῆςδε δήριος τίεις.

Vehementer sane (h. e. justo vehementius) *hanc litem vincere cupis.* Congruit hoc praegresso οὕτοι γυναικός — Particulae ἦ κάρτα Aeschylo et tragicis frequentatae. Caussa erroris facile fuit quod σὺ compendio scriptum parum differt ab α. Vid. Bast. Comment. Palaeogr. p. 715. Idem video conjecisse Bambergerum.

In Clytaemnestrae responso pro πάρες γ' junctura suadet scribi, quod jam conjecit Bothius; παρείς: *obsequere, non tamen invitus.*

Vs. 855 sq. in libris sic leguntur:

καὶ τοῖςδέ μ' ἐμβαίνονθ' ἁλουργέσιν θεῶν
μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος.

Hermannus, restituta plena interpunctione post praegressum versum — ποδός, revocavit lectionem Flor. καὶ τοῖςδέ μ' a plerisque interpretibus e conjectura Heathii mutatam in σὺν s. ξὺν ταῖςδέ μ'

(ἀμβύλαις) quod ipsum habet Farn. (infra textum nomen codicis incuria omissum.) Jure id factum credo tam ob codicis auctoritatem quam ob sensum: nam calceos exuendo non evitaturus erat θεῶν φθόνον. Arrideat facile alicui Dobraei conjectura ξυστοῖς δὲ — ἀλουργέσιν, quo significentur delicatiores vestes, quibus etiam reges utebantur, ξυστίδες dictae; sed his num pro tapetibus usi sint, valde dubito.

Non lucida vero sunt quae e vulgari lectione deinceps sequuntur: μή τις φθόνος ὄμματος θεῶν βάλοι, h. e. *ne aliqua oculi deorum invidia (me) feriat.* φθόνος θεῶν recte dicitur, sed φθόνος ὄμματος θεῶν insolens aeque ac languidum est. Aeschylus scripsit, ni fallor, sicut edidi:

θεῶν
μή τις πρόσωθεν ὄμμα προσβάλοι φθόνος,

ne qua deorum invidia sive *invidum numen* ὄμμα προσβάλοι, h. e. προσδέρκοιτο, sicut est in Prom. 905, secundum lectionem Hermanni: μηδέ του με κρεισσόνων θεῶν ἔρως προσδράκοι ὄμμ' ἄφυκτον. ὄμμα προσβάλοι in ὄμματος βάλοι mutatum simili errore quo vs. 850 πήματος στρέψαι factum erat e πῆμ' ἀποστρέψαι.

Vss. 857—859. Duo priores versus Hermanni cura perpurgati sunt, cui debetur στείβοντα pro φθείροντα, quum jam antea pro σωματοφθορεῖν, δωματοφθορεῖν conjecisset Schützius, receptum Blomfieldio. In tertio versu recepi Hartungii conjecturam τοὐμὸν μὲν οὕτως pro τούτων μὲν οὕτως. Genitivus enim hic non defenditur exemplis talibus, quale est hoc Platonis Phaed. p. 78 D: τί δὲ τῶν πολλῶν καλῶν — ἆρα κατὰ ταὐτὰ ἔχει; Plura Matthiaeus Gr. Gr. § 342, 3. Semper dicitur ex. gr. ταῦτα μὲν ταύτῃ. cf. infra vs. 1444: ὁ μὲν γὰρ οὕτως· ἡ δέ τοι κτέ.

Vs. 868. Quum vulgo sic legatur:

πορφύρας ἰσάργυρον
κηκῖδα παγκαίνιστον, εἱμάτων βαφάς,

pro hoc, transposita virgula, ita scribendum censui:

πορφύρας ἰσάργυρον
κηκῖδα, παγκαίνιστον εἱμάτων βαφήν,

quo non modo concinnior fit verborum junctura, sed etiam aptius vocabulum παγκαίνιστος. Nam nude dictum παγκαίνιστος, h. e. *omnia renovans*, parum aptum est; recte vero dicitur παγκαίνιστος

εἱμάτων βαφή, *tinctura vestes semper renovans*, novam usque purpurearum vestium copiam suppeditans. Terminationes per compendiariam scripturam creberrime permutatae sunt.

Vs. 870. Librorum lectio haec est:

οἶκος δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ,
ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος.

Defendit hanc lectionem Hermannus, quamquam frustra in ea explicanda interpretes sudarunt. Praecipue quaeritur, unde pendeat τῶνδε. Antea multi suspensum id faciebant ab ὑπάρχει, et nonnulli, ut Vict. et Cant. sic distinguebant: οἶκος δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ· ἔχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος. Sed praeterquam quod talis verborum distinctio admodum invenusta est, οἶκος ὑπάρχει τῶνδε eo quo volunt sensu, *domus harum rerum compos est* vel *affatim habet*, dici nequit. ὑπάρχειν τινὸς significat *alicujus rei principium* vel *auctorem esse*, sicut Herodotus VII, 8 dicit ὑπάρχειν ἀδικίης. Euripides Phoen. vs. 1576 ὑπῆρξε κακῶν, ad q. l. hanc dictionem illustrat Valckenaerius. Etiam Xenophontis dictum Oecon. 21, 11, quod huic quodammodo simile videatur, φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι, significat *bonae indolis principium, fundamenta habere*. — Alii τῶνδε suspensum faciunt ab ἔχειν, verba sic jungentes: οἶκος ὑπάρχει (ὥστε) ἔχειν τῶνδε, *est domus quae harum rerum affatim habeat*. Ita Wellauerus, Bothius, Hermannus, alii. Sed in hoc duplex est offensa, una, quod ὑπάρχειν sic cum infinitivo constructum nullo exemplo probatur; altera, quod τῶνδε ἔχειν, si graece dici possit, nihil aliud significet nisi *horum aliquid habere*, h. e. aliquam harum rerum partem, non vero *affatim, abunde habere*. Ita ex. gr. Pindarus Isthm. III, 51 (IV, 55): ἡ τύχη τῶν τε καὶ τῶν διδοῖ. His rationibus lectio illa manifesto vitii arguitur. Partim eam sanavit Porsonus pro οἶκος δ' scribendo οἴκοις δ' ὑπάρχει, receptum Schützio et Blomfieldio; quod restat vitium sic facillime corrigatur:

οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς ἄλις
ἔχειν —

ἄναξ hic plane supervacuum; variata constructio οἴκοις ὑπάρχει et ἐπίσταται δόμος concinniorem quoque facit sententiam quam si legatur οἶκος ὑπάρχει. Ceterum ἄλις facillime pro ἄναξ, neglecto vel obscurato altero α, legi potuisse agnoscas, si ambo compares, ΑΛΙΣ et ΑΝΞ.

Vs. 872—881. In reliquis his Clytaemnestrae versibus Hermanni lectione plerumque acquiesco, qui recte vs. 874 pro librorum lectione μηχανωμένης scripsit μηχανωμένῃ, quod non solum aptius quam quod alii conjecerunt μηχανωμένη, sed, si verba bene intellexi, plane necessarium. Idem vs. 878 cum Blomfieldio et Vossio μολόν scripsit pro μολών; posterius hoc junctura aeque ac sensus spernit. Cf. supra vs. 292: (ὁ δὲ) φρυκτοῦ φῶς ... σημαίνει μολόν. Dubitavi tamen, num poëta scripserit potius: θάλπος σημαίνει μολόν np. *tuus adventus*, quod e praecedente σοῦ μολόντος facile eliciendum. Junctura hoc videtur commendare. In verbis ὅταν δὲ τεύχῃ Ζεὺς τἄπ' (τ' ἀπ') ὄμφακος, Hermannus rectius secutus est eos qui delent τ' quam Porsonum qui id mutavit in γ'. Istud τἄπ' ὄμφακος puto deberi grammatico qui animadverteret ὄμφακα hic significare τὰ ἀπ' ὄμφακος, *racemi succum;* idque recte dictum esset nisi obstaret metrum. Tandem pro verbis τότ' ἤδη ψῦχος cum Hartungio recepi Aurati conjecturam τόθ' ἡδὺ ψῦχος, quod ab illo tantum sane distat quantum χρυσέα χαλκείων. Nam ἡδὺ abesse vix potest, quum significetur *gratum frigus;* contra ἤδη, sive vertas *statim* sive *demum* sive *jam*, melius abest quam adest. Sed idem Hartungius quum ἐπιστρωφωμένου mutat in ἐπισκεπωμένου, temere verba poëtae ornatiora reddere studuit.

Molestiam vero mihi facit versus hic, sicut vulgo legitur:

Vs. 875. ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους,
σκίαν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός.

Est haec generalis sententia, γνώμη figurate enuntiata: itaque verba ἐς δόμους cum imagine non quadrant. Debuit, opinor, poëta pro hoc scripsisse φυλλὰς ἵκετ' ἐς τομάς: *quum radix salva est, frondes superveniunt truncis eosque umbra defendunt a Canis aestu.* Nota est haec vocabuli significatio ex Homero Il. α, 235, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπε. Illud ἐς δόμους etiam ingratum hic erat ob crebram ejusdem vocabuli repetitionem, quum intra versus 873—881 quater legatur δόμοι et δῶμα.

Vss. 884 sqq. In sequente cantico gravia quaedam inhaerent vitia, quae criticorum acumen aut fefellerunt aut frustra exercuerunt. In principio strophae

τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως
δεῖγμα προστάτηριον
καρδίας τερασκόπου ποτᾶται —;

pro δεῖγμα jam dudum plures recte scripserunt δεῖμα, quod ipsum in Farn. legi annotavit Bekkerus. Qui δεῖγμα defendere conati sunt interpretando *ostentum* vel *effatum*, cum insolitam huic vocabulo tribuunt significationem, tum Chorum obscure loquentem faciunt, quum nullo modo colligi possit, quodnam illud τόδε δεῖγμα sit. Nam aquilarum augurium aut Calchantis vaticinium hic intelligi nequit; neque significare potest, quod vult Palejus, obscurum animi praesagium: nam δεῖγμα est res quae clare monstratur. Unice quadrat δεῖμα (cf. vs. 99 sqq.), cui etiam optime convenit additum προστατήριον καρδίας. Sed plus difficultatis habent sequentia:

Vs. 888. οὐδ' ἀποπτύσας δίκαν
δυσκρίτων ὀνειράτων
θάρσος εὐπιθὲς ἴζει
φρενὸς φίλον θρόνον; χρόνος δ' ἐπεὶ
πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς κτὲ.

Quid est istud ἀποπτύσας δίκαν ὀνειράτων? Multi vertunt: respuens *somniorum rationem*, ut hoc per periphrasin dictum sit pro *somnia;* at omiserunt probare δίκην tali modo usurpari. ὀνειράτων δίκην nihil aliud significat nisi *somniorum instar:* itaque ἀποπτύσας referendum foret ad τοῦτο τὸ δεῖμα, *(metum istum) repellens tanquam somniorum terriculamenta.* Multo tamen facilior erit junctura, si δίκαν mutemus in δόκαν. ὀνειράτων δόκη est idem quod supra vs. 420 ὀνειρόφαντοι δόξαι, *somniorum visa, species*, sive ea sint ὄναρ sive ὕπαρ ὀνειρώττοντος. Hesychius: δόκην, δόκησιν. Similia sunt μάθη, ἄκη, alia. Quorsum vero referendum est participium ἀποπτύσας? Quod olim Wellauerus putavit, esse nominativum absolutum pro ἀποπτύσαντος ἐμοῦ, tacite praeterirem, nisi idem Hermannus censuisset. Satis autem fuerit hujusmodi anacoluthiae exempla attente inspexisse, ut dissimilitudinem agnoscas, velut hoc Homericum Il. ζ, 510: ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, ἰίμφα ἐ γοῦνα φέρει. aut hoc Aeschyli Eum. vs. 100:

παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται.

aut alterum hoc Suppl. 446:

καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια,
γένοιτο μύθου μῦθος ὢν θελκτήριος.

ne plura addam. Jure ergo hoc improbarunt ex antiquis Casaubo-

nus et Scaliger, e recentioribus Blomfieldius, Boissonadius, alii; sed quod illi substituerunt *ἀποπτύσαν* (referendum ad *θράσος*), istud *ἀποπτύσαν δίκαν* aures vix ferunt. Restitui lect. Farn. *ἀποπτύσαι* (cui addita glossa *ὥστε ἀποβαλεῖν*), quam etiam Klausenus et Palejus receperunt, ut haec sit constructio: *οὐδὲ θάρσος εὐπιθὲς ἴσχει Φρενὸς θρόνον (ὥςτε) ἀποπτύσαι.* quae est periphrasis pro *οὐδὲ Φρενὶ πάρεστι θάρσος ἀποπτύσαι, neque animo meo fiducia est ut abjiciam somniorum visa.* Minus vulgaris est haec constructio, quare facile fraudi fuerit librariis. Sunt tamen alia ejusmodi, ex. gr. hoc Sophoclis Ant. 1092: *μόλις μὲν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι τὸ δρᾶν*, pro *μεταπείθομαι*: *aegre quidem, tamen misso priore consilio adducor ad faciendum.* Pro *ἴζει*, quod auctore Scaligero plerique receperunt, probabilius putavi *ἴσχει*, idque propius distat a librorum scriptura *ἴξει* vel *ἵξει*, ut amborum comparatio ostendit, ΙΚΣΕΙ et ΙΣΧΕΙ.

Versibus modo tractatis annectuntur deinceps hi:

Vs. 891. *χρόνος δ' ἐπεὶ*
πρυμνησίων ξυνεμβόλοις
ψαμμίας ἀκάτας παρήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
ὥρτο, ναυβάτας στρατός.

Verba haec interpretem adhuc desiderabant. Quascumque explicationes viri docti proposuerunt, Oedipus sit qui eas intelligat. Sic multi *χρόνος δ' ἐπεὶ* explicant *diu est, ex quo;* nemo probavit graece sic dici posse nec probare hoc quisquam, opinor, poterit. Ut alia omittam, Hermannus sic legit: *χρόνος δέ τοι πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς ψαμμίας ἀκάτας παρήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον κτέ.* quae ita interpretatur: *tempus* (per quod mali aliquid Achivis metuendum fuisset) *sane defloruit* (effluxit) *cum injectione rudentum navis in arena stantis* (h. e. postquam in arenam subductae et alligatae sunt naves). Sunt sane haec *Ἡρακλείτου σκοτεινότερα. ψαμμία ἀκάτη, arenosa navicula*, dicta scilicet pro *classe in littus subducta; χρόνος παρήβησε, tempus defloruit* pro *praeteriit — juventus* quum praeteriit, recte dicatur *παρήβησαι*, non *tempus* — ne dicam quam male hoc enuntiatum cum praegresso cohaereat. Quid plura? Manifestum est verba curatione egere. Emendatio a me proposita, mutatis *χρόνος δ'* in *χρόνιος*, *ἀκάτας* in *ἀκτάς*, *παρήβησεν* in *παρήμεψεν*, talem efficit sententiam quae cum per se clara est, tum cum praecedente membro apte cohaeret. „Quae est causa, dicit, cur mens mea assidue angitur neque spes metum pellit,

χρόνιος ἐπεὶ
πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς
ψαμμίας ἀκτὰς παρήμειψεν — στρατός,

a quo inde tempore remorata diu classis cum funium ligamine (h. e. solutis navibus) *mutavit* sive *reliquit arenosum (Aulidis) littus, quum ad Ilium tenderet*". ἐπεὶ eodem sensu quo supra vs. 40: δέκατον μὲν ἔτος τόδ', ἐπεὶ κτέ. — χρόνιος adjectivum locum tenet adverbii: est idem quod χρόνῳ, *sero*. Pro ξυνεμβόλοις, quae est vox nihili, jam Scaliger scripsit divisim ξὺν ἐμβόλοις, h. e. *cum clavis (funium)*, quibus np. funes in litore defiguntur: ἔμβολος s. ἔμβολον est *quidquid immittitur* sive *impingitur*. Rectius vero scribatur πρυμνησίων ξὺν ἐμβολαῖς (s. ἐμβολῇ), *cum funium injectu*, h. e. cum funibus littori illigatis: ἐμβολὴ sign. *immissio*, *insertio*. ἀκτὰς pro ἀκάτας est emendatio Tyrwhitti etiam aliis recepta. παρήμειψε in παρήβησε depravatum est ob crebram literarum μ et β permutationem. Ceterum sententia concinit cum iis quae in primo fabulae cantico Chorus cecinit.

Vs. 901. Legitur vulgo:

σπλάγχνα δ' οὔτι ματάζει
πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις
δίναις κυκλούμενον κέαρ.

ματάζειν est *vana agitare* vel *cogitare;* itaque recte dicitur σπλάγχνα ματάζει, κέαρ ματάζει; at σπλάγχνα ματάζει κέαρ ineptum est. Una foret explicandi ratio, ut, virgula post ματάζει posita, verba κέαρ πρὸς φρεσὶν κυκλούμενον per epexegesin vocabulo σπλάγχνα addita putarentur. Et sic Klausenus, Palejus, Hermannus, alii; quamquam talis junctura quam dura et languida sit, nemo non agnoscat. Vitium potius subest vocabulo σπλάγχνα, quod aperte depravatum puto e πλαγκτὰ, cui quum praegressum σ adhaesisset librarius pro σπλαγκτὰ legit σπλάγχνα. πλαγκτὸς pro *demens*, *stolidus* est supra vs. 593, quo sensu jam extat apud Homerum. Antiquiores imitatus Manetho similiter dixit πλαγκτὰ διχαζόμενος. Cf. Steph. Thes. s. v. Pro ἐνδίκοις φρεσὶν credo poëtam scripsisse ἐκδίκοις, h. e. mente quae a justo rectoque statu depulsa est; quo sensu ἔξω θεσμῶν φέρεσθαι Sophocles dicit Ant. 795. Sic infra vs. 1473 ἐκνόμως corruptum in ἐννόμως.

Vs. 409. In verbis εὔχομαι δ' ἐξ ἐμᾶς κτέ. et ad metrum et ad sensum aliquid deest. Multi scripserunt εὔχομαι τάδ' ἐξ ἐμᾶς —

Pejus est quod Hermannus dedit *εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς τὸ πᾶν ἐλπίδος ψύθη πεσεῖν*. Quod autem putant *ἐξ ἐλπίδος*, *ἀπ' ἐλπίδος* dici pro *praeter spem* s. *secus quam quis futurum putavit*, ut explicat Hermannus, id nequaquam efficitur exemplis ab illo citatis; dicitur pro hoc *παρ' ἐλπίδα* vel *ἐκτὸς ἐλπίδος*. Postremum hoc reposui, quod facillime in *ἐξ* mutatum. Cf. Soph. Ant. 330: *ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς σωθείς*.

Proximae stropha et antistropha numeris non conveniunt, unde apertum est vel in altero vel in utroque aliquid peccatum esse. Utriusque initium sic se habet:

στροφή.

Vs. 906. *μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγιείας*
ἀκόρεστον τέρμα· νόσος γὰρ
γείτων ὁμότοιχος ἐρείδει.

ἀντιστροφή.

Vs. 919. *τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὸν ἅπαξ θανάσιμον*
προπάροιθ' ἀνδρὸς μέλαν αἷμα τίς ἂν
πάλιν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαείδων.

Strophae versum primum vitiatum esse, si cum versu antistrophico comparetur, quisquis digito et aure valet, ultro agnoscat. Scriptura paullum modo variat. Pro *γὰρ* metrum poscit quod habet Farn. *γε*, omisso tamen quod idem addit *δή*. Deinde *τᾶς πολλᾶς ὑγιείας*, quod nec elegans est et metro adversatur, mutandum censui in *τὸ ποτνίας ὑγιείας* (*τέρμα*), ita ut prima syllaba vocis *ποτνίας* et penultima v. *ὑγιείας* corripiantur (⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –), quod concedit prosodia. *ἡ πολλὴ ὑγίεια* explicatur *ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία*, ut quae *σφαλερὰ* dicitur ab Hippocrate. Ita Boissonadius. Sed hoc loco non de abundante sanitate sermo est, sed tantum *ὑγίεια* et *νόσος* sibi opponuntur. *ποτνία* est praedicatum divae *ὑγιείᾳ* plane conveniens. Parum felix profecto est Hermanni commentum *τὸ πολέος γ' ὑγιᾶς*. Praeterea pro *ἀκόρεστον* (*τέρμα*) ratio postulare videtur *ἀόριστον*: *non definitus* h. e. *incertus est bonae valetudinis terminus*: „namque (ut addit) vicinus ei habitat morbus." *ἀκόρεστον*, *insatiabile*, recte dicitur desiderium, amor, luctus, aerumna, felicitas, quae expleri nequeant; sed *τέρμα ἀκόρεστον* inepte dictum; neque magis *ἀκόρεστος* dici potest *ὑγίεια*: sanitatis enim est certa quasi mensura certusque finis, quem ultra citraque consistere nequit. Pro *ἀόριστον* autem si cui magis placeat synonymum *ἀπέραντον*, non obsto. Ceterum bona charta

abuterer, si quaecumque interpretes commenti sunt ad verba illa explicanda vellem redarguere. Ad sequentia transeo.

Strophae versus secundus duabus syllabis brevior est quam antistropha. Plerique in priore post *νόσος γὰρ* aliquid excidisse putarunt, velut *ἀεί*; parum recte, opinor; nam verbis his ad sensum nihil deest; contra in antistropha sunt quae abesse malis, nempe illud *πάλιν*, quod additum verbo *ἀνακαλέσαιτο* abundat; quare recte omisit Farn. legens *τίς τ' ἀγκαλέσαιτ'*, unde scribendum collegi *τίς ἔτ' ἀγκαλέσαιτ'*. Simili correctione eget versus Sophoclis Oed. R. 294 sic legendus: *ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματος ἔτ' ἔχει μέρος*. Libri *δείματος* vel *δείματος γ'* aut *τ'*. Ceterum in hujusmodi interrogatione *ἂν* posse omitti docent grammatici: vid. ex. gr. Bernhardyus Wiss. Synt. p. 411. Addo pro *ἐπὶ γᾶν πεσόν* scribendum esse, convenienter poëtae consuetudini, *ἐπὶ γᾷ*. Excepto enim hoc loco, ubique construitur *πίπτειν ἐπὶ* cum dativo: ex. gr. Sept. ad Th. 403. Pers. 506. Suppl. 90. Cui congruum est *πίπτειν πέδῳ* Choëph. 47, alibi. Nec aliter Sophocles Antig. 134: *ἐπὶ γᾷ πέσε*. El. 737 *πίπτοντος πέδῳ*. Similiter *βάλλειν*, *τρέπειν ἐπὶ* cum dativo construuntur, ut Agam. vs. 857. Sophocl. Ai. vs. 759. Inde efficitur ea lectio quam in textum recepi.

In proximis utriusque strophae versibus etiam major numerorum discrepantia est; oppositi nempe sunt hi versus:

στροφή.

Vs. 909. *καὶ πότμος εὐθυπορῶν*
ἀνδρὸς ἔπαισεν ἄφαντον ἕρμα.

ἀντιστροφή.

Vs. 922. *οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ*
τῶν φθιμένων ἀνάγειν
Ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ.

Ambae partes integro paene versu differunt. Plerique interpretes in priore stropha lacunam esse crediderunt, alius alia in sede; fatendum tamen in hac nihil ad sententiam deesse; contra alterius strophae versus obscuri aeque ac languidi sunt, quare hic potius mendam latere arbitror. Quid enim frigidius dici potuit quam hocce: *Ζεὺς αὖτ' ἔπαυσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ* vel *ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε*? Quorsum id spectet narrat scholiasta: *τὸν Ἀσκλήπιον γὰρ ἐκεραύνωσεν ἀναστήσαντα τὸν Ἱππόλυτον*. Nota est fabula, quam tangit Plato de Rep. III, 16, p. 408 B. In hanc igitur sententiam in-

terpretes verba quovis modo torquere conati sunt; Hermannus nuperrime versum sic contraxit:

Ζεὺς δὲ τὸν ὀρθοδαῆ
τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἔπαυσεν.

At qualis est, quaeso, ista verborum junctura? Non magis graece hoc sanum est quam latine foret hocce: *Jupiter recte edoctum e mortuis reducere prohibuit* s. *dedocuit.* Unde sciat quis τὸν ὀρθοδαῆ dici Aesculapium? Quis autem τῶν φθιμένων ἀνάγειν dicat pro τοὺς φθιμένους ἐξ ᾅδου ἀνάγειν, *mortuos ex inferis reducere?* Ne plura, delendus est ille versus ut pannus temere contextui additus, quo abjecto restant haec verba, quibus ad justam mensuram tres syllabae desunt:

οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ
τῶν φθιμένων ἀνάγειν ⏑ – ⏑̄

Si sensum quaeras, e sententia et verbis facile colligi potest poëtam idem dicere quod his verbis Euripides Alc. vs. 985: οὐ γὰρ ἀνάξεις ποτ' ἔνερθεν κλαίων τοὺς φθιμένους ἄνω. Hinc clara jam patet emendatio:

οὔτιν' ἐνέρθ' Ἅιδου
τῶν φθιμένων ἀνάγειν ἀνυστόν.

Hoc plane quadrat praegressis. Modo dixit: *sanguinem semel profusum* (h. e. *caesum hominem*) *quis incantando in vitam revocet?* Addit: *mortuorum quemquam ex inferis reducere nemini contigit.* Erroris origo aperta est: cum frequentissima sit confusio pernominis τις et articuli, item literarum ϵ et ο, facillime ενερθαιδου (ἔνερθ' ἀΐδου) in (τ)ονορθοδαη abire potuit. Explicationis gratia graeculus aliquis adscripsit: Ζεὺς γὰρ αὐτὸ ἔπαυσεν ἐπ' εὐλαβείᾳ, *Jupiter hoc prohibuit cavendi gratia*, quod deinde in textum irrepsit. Ceterum pro ἀνυστὸν si quis supplere malit δύναιτ' ἂν vel θεμιστόν, nihil interest; sed ἀνυστὸν praetuli, quia hoc facilius praegresso verbo ἀνάγειν ob similitudinem obliterari potuit.

Sequuntur deinceps haecce:

τρεφή.

Vs. 911. καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων
κτησίων ὄκνος βαλὼν
σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου,
οὐκ ἔδυ πρόπας δόμος

πημονᾶς γέμων ἄγαν,
οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.

(ἀντιστροφή.)

Vs. 924. εἰ δὲ μὴ τεταγμένα
μοῖρα μοῖραν ἐκ θεῶν
εἶργε μὴ πλέον φέρειν,
προφθάσασα καρδία
γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει·
νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει —

In utraque strophe plures sunt maculae, partim manifestae, partim magis abditae. In priore versu verba τὸ μὲν χρημάτων ὄκνος βαλών non uno laborant vitio: primum τὸ μὲν χρημάτων pro *pars bonorum*, nisi opposita sint τὸ μὲν — τὸ δὲ, in bono scriptore non facile repertum iri credo. Quae enim dici solent, velut τὰ δεσποτῶν, τὰ τοῦ θεοῦ, aliaque ejusmodi, dissimilem habent significationem. Deinde ὄκνος βαλὼν et in syntaxin peccat, quum nominativo desit verbum ad quod referatur (quae constructio, quidquid contra dicit Hermannus, non magis probari hic potest quam vs. 888 huj. ed.), et caret sensu: nam ingruente tempestate partem mercium projicere non est ὄκνου, *timidae cunctationis*, sed potius vigilis et providae curae. Mendam in his esse agnoverunt plures, in primis Heathius et Schützius, quorum ille conjicit: καὶ τὸ μὲν προχρημάτων (l. πρὸ χρημάτων) κτησίων ἄχθος βαλών, hic: καὶ πρὸ μὲν τὸν χρημάτων κτησίων ὄγκον βαλών. Neutrum valde probabile. Magis quidem placet Schützii ὄγκος quam Heathii ἄχθος, quum de superfluentibus copiis sermo sit; at contra in altero displicet transpositio vocum τὸ (τὸν) et πρὸ. Poëtam scripsisse credo:

καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων
κτησίων γέμος βαλών —

Hesychius: γέμος. γέμισμα, πλήρωμα. Exquisitiore hoc vocabulo utitur Aeschylus etiam infra vs. 1221; usitatius est ὁ γόμος, quod *onus* sive *merces quae in navi sunt* significat.

Pro πημονᾶς γέμων ἄγαν, quod non nisi coactam admittit explicationem, quam in Annot. dedi, nescio an poëta scripserit παμονᾶς γέμων ἄγαν. Ut πημονὴ fit a (πήμων) πῆμα, *damnum*, sic παμονὰ legitime derivatur a (πάμων) πᾶμα, *possessio, opes*; παμονὰ a πημονὰ aeque differt ac πολυπάμων (Homer.), *dives*, a πολυπήμων, *miser*. Hoc sensui plane congruum.

Quid autem sibi volunt haec verba:

εἰ δὲ μὴ τεταγμένα
μοῖρα μοῖραν κτέ.

si non constitutum fatum obstitisset fato quominus praevaleret, h. e. si non fatum fato fuisset contrarium cet. Hoc per se quidem possit intelligi: sunt enim interdum fata fatis pro parte contraria. Aeneae fatale fuit ut conderet regnum Latii, fatale item, ut casibus et erroribus jactaretur; posterius fatum prius aliquantum retardavit. Cassandrae fatale ut praediceret excidium Trojae, fatale item ut nemo ei crederet; hoc illud irritum fecit. Tali sensu forsitan dici posset μοῖρα μοῖραν εἴργειν. Sed quaenam hoc loco dicantur contraria fata, nemo dixerit. Interpretes meras afferunt tenebras; speciem tamen aliquam veri habet haec nonnullorum explicatio. *Nisi fatum deorum impedivisset divinum animi mei praesagium* (nempe δεῖμα illud). At qui tandem obscura animi praesensio μοῖρα potest appellari? Praeterea in tali antithesi, μοῖρα μοῖραν εἴργει, utriusque vocabuli eadem debet esse significatio. Itaque verba nihil aliud significare possunt nisi hoc: *nisi alterum fatum irritum reddidisset alterum, jamdudum lingua mea effudisset quae nunc anxio corde recondo.* Ponit igitur Chorus duo fata, quorum unum juberet (se) animi sensa proloqui, alterum reticere; horum illud vicit: ergo siluit. Quid profecto est ineptire nisi hoc est? Sanam sententiam verbis reddidisse me puto pro altero μοῖρα substituendo καιρόν, cum quo quadrat etiam quod mox dicit οὐδὲν ἐπελπομένα ποτὲ καίριον ἐκτολυπεύσειν.

In proximo versiculo summo jure Hermannus calculum adjecit Schützii emendationi pro προφθάσασα καρδία γλῶσσαν legentis καρδίαν γλῶσσα: non enim mens praecurrit linguam, sed lingua mentem. Nescias utrum magis mirere oscitantiam librarii qui hoc scripsit, an interpretum acumen qui talia tanquam sana defenderunt. Ceterum pro eo quod ille edidit γλῶσσα πάντ' ἂν ἐξέχει, malui minore mutatione scribere γλῶσσ' ἂν ἐξέχει τάδε.

Vs. 933. Quod vulgo legitur ἀμηνίτως, ambigas utrum jungendum sit Ζεὺς ἀμηνίτως σ' ἔθηκε an σε ἀμηνίτως κοινωνὸν εἶναι χερνίβων. Plerique interpretes prius sequuntur, quod aptius ad sensum: *Jupiter non iratus te fecit consortem hujus domus.* Sed alterum magis convenit verborum juncturae. Neutrum vero plane satisfacit: nam nec servitus, quamvis clemens, benigni numinis munus, nec talis ea sors est quam quis ἀμηνίτως *(leni animo)*

ferat. Quare quod Schützius ex Aurati conjectura scripsit ἀμηνίτοις, quamquam a plerisque interpretibus spretum, recipere non dubitavi, praesertim quum vocabulo δόμοις praedicatum aliquod deesse vix possit. ἀμήνιτος etsi plerumque activo sensu ponitur, aeque admittit passivam significationem.

Vs. 937. καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
πραθέντα τλῆναι δουλείας μάζης βίᾳ.

Sic codex Flor. teste Hermanno, non βίου, ut notat Blomfieldius, qui tamen recte vidit pro hoc scribendum esse δουλίας μάζης βίου. Nihilominus a plerisque interpretibus recepta est Farn. lectio: πραθέντα τλῆναι καὶ ζυγῶν διηγεῖν βίᾳ. Insigne exemplum, apud criticos numerum testium interdum plus valere quam pondus. Florentina lectio non tantum ob codicis auctoritatem, sed etiam ob sensum et juncturam praestat. βίου δουλίας μάζης τλῆναι est idem quod Sophocles Aj. 499 dicit δουλίαν ἕξειν τροφήν, et noster supra vs. 474, μήτ' — ἀλοὺς ὑπ' ἄλλων βίου κατέδοιμι. Similius etiam hoc Euripidis Alc. princ. quod laudat Blomfieldius:

ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
δῆσσαν τραπέζαν αἰνέσαι.

δουλίας μάζης βίος est similis constructio huic Euripidis Bacch. vs. 388 ὁ τᾶς ἡσυχίας βίοτος. Ceterum μάζα vilior quam ἄρτος servorum erat cibus.

Vs. 942. „Qui inopinato divites facti sunt, hi (dicit)

ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.

Sic vulgo libri. At sive jungas ὠμοί τε πάντα — sive πάντα παρὰ στάθμην, manca est verborum structura. Hartungius lacunae signum posuit; facilior est medicina a me adhibita pro πάντα καὶ scribendo, παντα χῇ. Sic Pers. 225: εὖ δὲ παντα χῇ τελεῖν σοι — Sed etiam παρὰ στάθμην mihi suspectum est. Usitate hoc idem significat atque πρὸς vel ἐπὶ vel κατὰ στάθμην, *ad amussim*, sive id proprie sive tropice dicatur, ut in Theognidis vs. 939: εἶμι παρὰ στάθμην ὀρθήν ὁδόν. Sophocl. fragm. Oen. III, 5: ὥστε τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών. Hic contrario sensu accipi debet pro *praeter aequum*. Quamquam παρὰ hanc significationem admittit, tamen in ejusmodi dictis valet usus, a quo diligentem scriptorem recessisse non probabile est: quare legendum censeo πέρα στάθμης, sicut dicitur πέρα δίκης, πέρα καιροῦ, πέρα νόμων.

Vs. 943. ἔχεις παρ' ἡμῶν. Probabilis est Aurati conj. ἕξεις pro ἔχεις: nam ἔχεις significat potius *habes dicta a nobis* sive *tenes;* at οἵπερ νομίζεται non de verbis, sed de rebus intelligendum: est idem quod ἕξεις παρ' ἡμῶν τὴν νενομισμένην τροφήν. Nisi tamen ἔχεις pro futuro accipiendum, *adsunt tibi* cet. Ratio ob quam Thierschius ante hunc versum excidisse aliquid putat, mihi quidem nulla esse videtur: brevitas, qua hic in loquendo utitur Clytaemnestra, superbam dominam decet.

Vs. 944. σοί τοι λέγουσα παύεται. Hoc semper mihi displicuit: nam quorsum illud παύεται, quum Clytaemnestra etiamnunc remaneat? quamquam vel sic fuisset frigidum. Parum abfuit quin recepissem quod conjeci ἐπαπύει. Cf. Choëph. 828: σὺ δὲ βαρσῶν ... ἐπαύσας πατρὸς αὐδὰν θροούσᾳ τέκνον (ex emendatione Seidleri). Similiter usurpantur ἐπειπεῖν, ἐπιθωύσσειν, alia.

Vs. 945. Libri:

ἐντὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων
πείθοι' ἂν εἰ πείθοι', ἀπειθοίης δ' ἴσως.

ἐντὸς δ' ἂν οὖσα est enuntiatum conditionale: *si esses intra retia fatalia*, quod obscure dictum in captivam et servam. Hermannus scribit ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα — Hartungius ἐντὸς δ' ἄρ' οὖσα — Prius vero quam de hoc statuatur, quaerendum quid significent haecce: πείθοι' ἂν εἰ πείθοι', ἀπειθοίης δ' ἴσως. Latine haec ita sonant: *obedias si obedias, fortasse autem inobediens sis* (vel *obedires — esses).* Quid hae verborum ambages sibi velint, nemo interpretum explicuit; comparant autem hos locos a Wellauero et Blomfieldio collatos, Sophocl. Oed. R. 936:

τὸ δ' ἔπος δυξερῶ τάχ' ἂν
ἥδοιο μὲν, πῶς δ' οὐκ ἄν; ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

Aesch. infra vs. 1394:

χαίροιτ' ἂν εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.

Neuter horum locorum huic plane similis; at prior manifesto corruptus: quisque enim attente legens agnoscet sensum hoc postulare:

ἥδοιο μὲν, πῶς δ' οὐχ; ἅμ' ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

h. e. *partim laetabere dictis, partim, opinor, dolebis.* In utroque autem Aeschyli loco non dubito quin legendum sit πείθοι' ἂν ἢ πείθοι' — χαίροιτ' ἂν ἢ χαίροιτ', h. e. *obedias sicut obedias*, h. e. sive volens sive nolens; *gaudeatis sicut gaudeatis*, volentes an no-

lentes. Hoc sensui et linguae consentaneum. Similia sunt ex. gr. haec: Agam. vs. 67: ἔστι δ' ὅπῃ νῦν ἔστι. vs. 1287: εἶδον Ἰλίου πόλιν πράξασαν ὡς ἔπραξεν. Sophocl. Oed. R. 1376: βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε. Eurip. Iph. A. 649: γέγηθ' ὅπως γέγηθα σ' εἰσιδών. Plura Abresch. et Blomf. ad Agam. vs. 67. Huic autem πείθοι' ἂν ᾧ πείθοιο inepte adjectum ἀπειθοίης δ' ἴσως: *obedias ut obedias, fortasse autem* (h. e. *ut credo*) *non obeditura es.* Immo contrarium probabile Choro videri debebat. Pro hoc scripsi ἀπευθοίης δ' ἴσως. Ut ἀπειθεῖν fit ab ἀπειθής, sic ἀπευθεῖν ab ἀπευθής, h. e. ἀνήκοος secundum Hesychium. πειθὼ et πευθὼ confusa vs. 86. Huic plane quadrat quod reponit Clytaemnestra. Jam manifestum est, initio sententiae vitium esse in ἐντὸς δ' ἂν οὖσα, pro quo minima vel potius nulla mutatione scribatur ἐντὸς δ' ἀλοῦσα.

Vs. 949. ἔσω φρενῶν κτὲ. Versum hunc, quem corruptum esse Dindorfius et plures viderunt, leni manu curasse mihi visus sum, virgula quae post κεκτημένη ponebatur transponenda post ἔσω φρενῶν, quod est idem atque ἐν φρεσί. Cf. Sophocles Phil. 1352: καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. φρένες autem ut mentis, sic etiam orationis sedes, quae ambo natura arctissime conjuncta esse senserunt prisci. Non dissimile est hoc Iliad. β, 23:

ὃς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ἤδη.

Vs. 950. ἔπου· τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.

Pro vulg. λέγει Chorus certe dixit λέγω. Nam imperiosam reginam suadere τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων, ne ipsi quidem Choro probabile videri poterat; sed de suis hoc dicit monitis, quibus captivae amice consiliatur ut necessitati cedat. Quo plus igitur ponderis verbis suis addat, adjicit hocce: „optima quae sunt tibi suadeo." — In proximo versu πείθου in πιθοῦ mutarunt Blomf. et Dind. dissentit Hermannus. Multo quidem tritius πιθοῦ, alterum tamen a tragicis certe non repudiatum esse satis constat. Vid. Herm. ad Soph. El. 1003. Ellendt. Lex. Soph. II, p. 540. Hoc tamen loco haud scio an melius obtemperassem Blomfieldio, sicut etiam vs. 943 (852) dicitur πιθοῦ. Certe quod inter utrumque discrimen facit Hermannus, ut πιθοῦ significet *obedi*, πείθου *sine tibi persuaderi*, in hos locos non quadrat.

Vs. 952. οὗτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα
τρίβειν.

Sic codices. Multa super hoc versu commentati sunt interpretes.

Musgravius conjecit pro τήνδ' leg. τῇδ'; hunc sequuntur Dindorfius et Hermannus; Hartungius praeterea pro θυραίαν scripsit θυραίᾳ. Dubito an fecissent, si vulgatae lectionis sensum accuratius perpendissent. Tres sunt explicandi rationes, quarum nulla non suos invenit patronos: una quae construit οὔτοι σχολὴ ἐμοὶ τρίβειν παρὰ τήνδε, *non est mihi otium apud hanc morandi.* Sed cum coacta est haec constructio, tum etiam peccat contra grammaticen; non licet dici παρὰ τήνδε pro παρὰ τῇδε, quamquam multi id crediderunt, in his editores Thesauri Steph. Parisienses Vol. VI, c. 195. παρά τινα significat *propter* s. *circum* aliquem, h. e. in alicujus ditione, domo; praeterea παρὰ nisi cum genitivo anastrophen non patitur: dicitur ἐμοῦ πάρα, non ἐμὲ vel ἐμοὶ πάρα. Altera explicatio est qua jungitur τρίβειν τήνδε, *non vacat mihi hanc fatigare, vexare.* Sed τρίβειν hoc sensu minus aptum; neque vero tale quid dicere honestum foret reginae, clementiae certe speciem affectanti. Praeterea tam in hac quam in priore interpretatione moleste additum est θυραίαν, quippe quod non ad τήνδε (Cassandram), sed ad ἐμοὶ (Clytaemnestram) referendum sit. Tertia restat ratio, qua τρίβειν θυραίαν τήνδε explicatur subaudiendo τριβήν. Hanc explicationem Bernhardyus in Synt. Gr. p. 190, Wellauerus in Lexico Aesch. s. v. τρίβειν, Hauptius in Comment. ad h. l. amplexi sunt, eaque, me judice, tam simplex est, tam apta sensui tamque congrua sermonis usui, ut non videam quid amplius requiratur. Ita dicitur καιρίαν παίειν, ἴσην τίνειν, εὐθεῖαν κρίνειν. Cf. haec Aeschyli: supra vs. 219 τροπαίαν πνεῖν. infra 1386 τρίτην ἐπενδίδωμι. 1640 ζεύξω βαρείαις. Choëph. 640 (ξίφος) διαντραίαν οὐτᾷ, sicut Sophocles Ant. 1294: τί μ' οὐκ ἀνταίαν ἔπαισέν τις. Omnium autem simillimum est hoc in Prom. sol. fragm. 209 Herm. εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε, quod geminum plane huic θυραίαν τήνδε τρίβειν, *hic foris morari.* Comparentur cum hac lectiones Hermanni et Hartungii: οὔτοι θυραίαν (vel θυραίᾳ) τῇδ' ἐμοὶ σχολὴ πάρα τρίβειν: primum ambigua est junctura duplicis dativi τῇδ' et ἐμοί; deinde in τρίβειν τῇδε πάρα (pro παρὰ τῇδε) et verbum τρίβειν nude positum *morandi* significatu insolentius est (usitata τρίβειν βίον, χρόνον, τριβήν) et praepositionis anastrophe durior. In vulgata contra omnia clara.

Vs. 953. Librorum lectio

τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου
ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός,

quamquam plerisque interpretibus nihil scrupuli fecit, merito tamen jam Musgravii animadversionem non effugit. Nam nec ἑστίας μῆλα apte junguntur, nec πρὸς σφαγὰς πυρός commodam admittit explicationem, quum neque significet mactationem *ad ignem*, neque quae *per ignem* fiat — non enim ignis sed cultri ope caeditur victima — neque quae *igni* (dativ.) fiat, quum non igni, sed diis immoletur. Musgravius pro πυρός legendum censuit πάρος, quod cum genitivo ἑστίας construatur; cui non anteponendum sane quod Thierschius conjecit πέλας. Hoc enim ut a librorum scriptura longius recedit, ita parum se commendat ab euphonia σφαγὰς πέλας. In ultimo versu ingratum erat repetitum σὺ δ', pro quo sensus postulat potius ὧδε, quod scripsi.

Vs. 961. Vulgo legitur:

ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,
ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον·
ἥκει —

Hermannus scripsit ἦ μαίνεταί τε καὶ. Frequentissima sane est utriusque particulae permutatio; hic tamen nihil mutandum putavi. ἦ γε recte junguntur, ut Pers. 633 ἦ μα. Sophocl. Ant. 172 ἦ που. Similiter copulantur καίτοι γε, καὶ μήν γε. Sed pro νεαίρετον necessario legendum puto νεαίρετος, tum quia hoc respondet praegressis Chori verbis quibus Cassandra νεαιρέτου δηρὸς instar dicitur esse, tum quia sensui est conveniens. Nam ad mores captivi non tam interest utrum patria ejus nuper an dudum expugnata sit, quam utrum ipse recens servus factus an diu servitio assuetus sit.

Vs. 965. Mirandum a plerisque deteriorem lectionem ἀτιμωθήσομαι praepositam esse alteri ἀτιμασθήσομαι. Discrimen utriusque optime explicat Ammonius: ἀτιμοῦται μὲν γάρ τις ὑπὸ τῶν νόμων ὁλοσχερεῖ ἀτιμίᾳ. ἀτιμάζεται δὲ ὁ ὑβριζόμενος ἔν τινι πράγματι. Quibus calculum adjicit Valcken. ad Adoniaz. p. 228. ἀτιμοῦν est verbum de foro, ἀτιμάζειν e communi usu sumtum idque tragicis valde frequentatum, pro quo poëtis interdum ἀτιμᾶν usurpatur. Etiam in Aeschyli Suppl. 645 et Choëph. 636 ἀτιμώσαντες et ἀτιμωθὲν in ἀτιμάσαντες et ἀτιμασθὲν mutanda censeo.

Vs. 969 sq. 977 sq. In exclamationibus, quas Cassandra edit, est aliqua lectionis varietas, quam auxit etiam dissentiens criticorum judicium. Pro ποποῖ Dind. dedit τοτοῖ, Blomf. et Herm.

correcto tantum accentu, πόποι. Pro geminato ὄπολλον multi praetulere Ἄπολλον, Hermannus Ἀπόλλων, ut dochmium efficeret et ita ambo hi versiculi concinerent:

ὀτοτοτοὶ πόποι δᾶ.
Ἀπόλλων, Ἀπόλλων.

Sed non facile crediderim, ὄπολλον (ὦ πολλον), quae est crasis parum usitata, librario deberi. Notavit hoc Etymologus M. s. v. κινάκη . . . κράσει τοῦ ω εἰς τὸ κινάκη, ὥσπερ ὦ Ἄπολλον, ὄπολλον. cui simile est ὠὐριπίδη et ἀγάθων pro ὦ Εὐριπίδη, et ὁ Ἀγάθων in Aristoph. Thesm. vs. 4 et 30. Nec necesse puto in hujusmodi exclamationibus versum versui exaequari; satis duco, si metrum metro respondeat. Respondent sibi ὀτοτοτοῖ et τοτοῖ δᾶ, sicut in sequente versu iteratum ὄπολλον, item in altera stropha iteratum Ἄπολλον, et deinceps ἀγυῖατ' et Ἀπόλλων. Quod in hac stropha Hermannus ob numerorum concentum scripsit

Ἀπόλλων, Ἀπόλλων
ἀγυιᾶτ', Ἀπόλλων ἐμός,

pro quo libri in priore versu vocativos habent, id ideo non probari posse puto, quia nominativus et vocativus Ἀπόλλων ἀγυιᾶτα non bene jungi videntur, sicuti recte copulantur Ἀπόλλων ἐμός. Ceterum in primo versu cum libri habeant ποποῖ, utrum inde efficiendum sit potius πόποι an τοτοῖ, nec decernere ausim nec res tanti est. Saepe similes exclamandi voces geminantur. Ita in Sophoclis El. 1237 legitur ὀτοτοτοτοῖ τοτοῖ vel φεῦ ὀτοτοῖ τοτοῖ. At non raro etiam variare haec amant poëtae, ut Suppl. 864 (Herm.) ὀτοτοτοτοῖ, μᾶ γᾶ. Eum. 863 (Herm.): οἰοῖ δᾶ — φεῦ φεῦ. Vs. 979 inserui μ'. Pronomen saepius excidit, ut vs. 546.

Vs. 981. Praefero Schützii emendationem δουλίᾳ περ ἐν φρενὶ lectioni Farn. παρὸν φρενί, quam Herm. sequitur. Illud περ id. q. καίπερ emphasin addit: *manet ei divinandi facultas quamvis servae;* sive: „ne servam quidem divinatio deficit." Cf. Odyss. λ, 441: μήποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἥπιος. Pind. Pyth. IV, 237 (422): ἴϋζεν δ' ἀφωνήτῳ περ ἔμπας ἄχει. Aesch. Sept. c. Th. 1029: κατασκαφὰς ἐγὼ γυνὴ περ οὖσα τῷδε μηχανήσομαι.

Vs. 987. ἃ ἃ particulas initio strophae positas ut retinerem potius quam cum Flor. et Farn. omitterem, fecit libri Medicei auctoritas: itaque Blomfieldii exemplo in antistropha easdem inserui;

omisit Hermannus. Ceterum scripsi cum Blomfieldio ἃ ἄ, quia in stropha et antistropha vs. 1012—1023 sibi respondent ἃ ἔ — ἃ ἄ. Qui deinceps in stropha et antistropha sequuntur versus, ab Hermanno sic editi sunt:

στροφή.

Vs. 988. μισόθεον μὲν οὖν πολλὰ συνίστορα
αὐτοφόνα τε κακὰ κἀρτάνας,
ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πέδοι ῥαντήριον.

ἀντιστροφή.

Vs. 994. μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι·
κλαιόμενα τάδε βρέφη, σφαγὰς
ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.

In strophae versu medio Herm. inseruit τε, ut aequalem faceret antistrophico. Attamen in priore versu aeque incommode copulantur verba αὐτόφονα κακὰ et ἀρτάναι atque in posteriore languide additum est τάδε, praesertim quum modo praecesserit τοῖσδε. Deleto in antistropha τάδε, pro quo alii τὰ, sponte emergit strophae haec lectio:

πολλὰ συνίστορα
καὐτοφόνα κάκ' ἀρτάνας,
ἀνδρὸς σφαγεῖον καὶ πέδου ῥαντήριον.

Ita scribendum esse monstrat et sensus et utriusque strophae comparatio. Primum ponitur generale πολλὰ καὐτοφόνα κακά; deinceps hoc per partes explicatur gradatim collocatas: ἄρταναι, ἀνδρὸς σφαγεῖον, πέδου ῥαντήριον. His in antistropha ad amussim respondent haec tria pari gradatione: κλαιόμενα βρέφη, σφαγαὶ, ὀπταί τε σάρκες. Medius versus est trochaicus (– ⏑ ⏑̄ ⏑ – ⏑ ⏑ –) transitum faciens ad proximum iambum. Quam facile e κάκ' ἀρτάνας, iterata syllaba, effici potuerit κακὰ κἀρτάνας, quisque agnoscat; similiter vs. 1174 pro κακοφρονῶν Farn. καὶ κακοφρ. Porro pro πέδον scribendum esse πέδου ῥαντήριον, vel praecedens ἀνδρὸς σφαγεῖον indicat. Quod Hermannus scripsit πέδοι (h. e. ἐς πέδον) ῥαντήριον, ne graecum quidem est: non magis enim dicere licet ῥαίνειν (αἷμα) εἰς πέδον quam latine *sanguinem in terram irrigare*. Interpretes inutilibus conjecturis indulserunt, putantes σφαγεῖον et ῥαντήριον non posse pro substantivis haberi, cum ingens vocabulorum numerus contrarium probet, ut κουρεῖον, λογεῖον, ᾠδεῖον, porro θελκτήριον, λυτήριον, σβεστήριον, ἀλεξητήριον, alia, quae legitime cum genitivo construuntur. Ceterum pro ἀρτάνας Med.

ἀρτάναι (καρτάναι) addito scholio ἀντὶ τοῦ ἀγχόνης; sed dativus plane alienus est. Potuisset scribi nominativus ἄρταναι, quem non respuit constructio. Talia sunt exempla Il. κ, 437:

τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μεγίστους·
λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Aesch. Pers. 35: ἄλλους δ' ὁ . . Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης, Πηγαστραγὼν κτὲ. Cf. Bernhardyus Synt. Gr. p. 68. Si vera sit haec lectio, etiam in antistropha, quae strophae plane respondet, pro accusativis nominativos ponendos putem:

κλαιόμενα βρέφη, σφαγαὶ
ὀπταί τε σάρκες πρὸς πατρὸς βεβρωμέναι.

In quam sententiam eo magis inclino, quod accusativus tali constructione admodum certe insolitus est.

Vs. 991. ἔοικεν εὔρις κτὲ. Sitne εὖμις (ita codd.) vel εὖρις an εὕριν scribendum ambigitur; prius minus est vulgare idque codicum auctoritate nititur. Quod pro ματεύει δ' ὧν ἀνευρήσει φόνον Blomfieldius et Wellauerus potius legendum censuere ματεύειν δ' — non sequendum putavi, non propter id quod Hermannus objicit, ita ματεύειν τε non δὲ dicendum fuisse, sed quod posterius enunciatum ματεύει δ' rationem reddit prioris: „est acutae naris mulier: (quippe) scrutatur quae inventura est," h. e. non vana scrutatur. μαντεύει est librarii error pro μαστεύει, quae forma saepe alteram ματεύειν expulit, ut mox vs. 1099 (Var. Lectt. 997).

Vs. 996. ἦ μὴν κλέος σου μαντικὸν πεπυσμένοι
ἦμεν, προφήτας δ' οὔτινας ματεύομεν.

Offendit criticorum aures similis sonus vocum ἦ μὴν — ἦμεν, nec immerito fortasse, quamquam si quid in eo est ingrati, id lenitur caesura, qua fit ut altero incipiat, altero finiatur enuntiatum. Quod vero Porsonus et hunc secuti Hermannus et Blomfieldius ejus loco scripserunt ἦσμεν, si ad sonum gratius, ad sensum certe minus aptum est. ἦσμεν πεπυσμένοι non significat simpliciter *noveramus* s. *audiveramus*, quod sensus hic postulat, sed *sciebamus nos audivisse*, quod tum convenit quum alteri dubitanti affirmare volumus nos scire. Praeterea ita dici saltem oportebat ἴσμεν, *scimus*. Hoc sensu ex. gr. Nuntius supra vs. 680: ἴσθι τἀληθῆ κλύων. Prom. 824: ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου. Hic vero Chorus nihil amplius dicit nisi se Cassandrae famam auditu nosse:

quare scribatur πεπυσμένοι ἐσμέν, quod ipsum adscriptum habet Farn. ἤτοι ἐσμέν. Hoc igitur aeque ac superius vs. 542 (483) eximendum e numero exemplorum hujus formae, quae erudite exposuit Cobetus Var. Lectt. p. 380 sq.

Magis me offendit proximum προφήτας δ' οὔτινάς ματεύομεν. Sensus aperte hic est: non opus est nobis sive non egemus vate: quo dicto Chorus vaticinia deprecatur et vatem ablegare studet, sicut Creon Tiresiam in Eurip. Phoen. 928: χαίρων ἴθ', οὐ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων. Jam hoc sensu non puto dici posse οὐ ματεύομεν. ματεύειν est *investigare, exquirere*, idque dicitur de rebus quae non in promptu sunt, sed remotae vel abditae; de re autem praesente, quae ultro offertur, non convenit aversantem dicere οὐ ματεύω, *non exquiro* pro *non egeo*. Accedit quod οὔτινες satis insolitum est; ipsa ratio vocabuli οὔτις ejusmodi est ut pluralem numerum haud facile admittat. Credo igitur poëtam scripsisse: προφήτου δ' οὔτινος χατεύομεν. Rariorem verbi formam servavit Hesychius: χατεύει, χατίζει, ἐπιθυμεῖ. χατεύουσα, χρῄζουσα, δεομένη.

Vs. 999. Quod vulgo legitur τί τόδε νέον ἄχος μέγα, non concinit cum antistrophico τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν. Quod non fugit Hermannum, qui annotat: „quum accuratissime syllabas exaequare soleat Aeschylus, videri potest scribendum τί τόδ' ἄχος νέον μέγα." Ceterum interpunctionem mutavi, quum vulgo verba haec continuato ordine sic legantur: τί τόδε νέον ἄχος μέγα, μέγ' ἐν δόμοισι τοῖσδε μήδεται κακὸν ἄφερτον φίλοισιν, δυσίατον; — in quo ingrata est verborum cumulatio. Pro ἄχος autem malim ἄγος, quod rei convenientius. Ambae voces saepius confusae, ut vs. 1251; 1579.

Vs. 1008 sq. Quod post verba πῶς φράσω τέλος; adjicitur τάχος γὰρ τόδ' ἔσται, et languidum est et obscurum. τάχος in hac verborum junctura pro τάχα dictum est minus clare; γὰρ autem friget. Non dubito quin poëta dixerit τάχ' ἔργον τόδ' ἔσται. Sic vs. 1650: τοὔργον οὐχ ἑκὰς τόδε. Pro ὀρεγομένα Hermanni emendatio ὀρέγματα, Blomfieldio aliisque probata, tam manifesta mihi videtur ut mirer Franzium hanc non recepisse. Minus vero successit Hermanno explicatio versuum qui deinceps sequuntur:

Vs. 1010. οὔπω ξυνῆκα· νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων
ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ.

„Nihil erat caussae, dicit, quod νῦν nonnullos offenderet. *Nondum*, inquit, *intellexi: nunc enim, si ante visa est aenigmata dicere*,

magis obscura loquitur." In hac interpretatione vereor ne et sensus verborum et junctura eum fefellerit. Nempe *αἰνίγματα* et *ἐπάργεμα θέσφατα* sibi opposita facit ita, ut haec etiam obscuriora dicantur quam illa. At *ἐπάργεμα θέσφατα* eadem sunt quae *αἰνιγματώδη*; conjuncta sunt haec verba atque, ut vulgo leguntur, sic construenda: *θέσφατα ἐπάργεμα ἐξ αἰνιγμάτων*, *vaticinia obscure apparentia ex aenigmatibus* s. *per aenigmata*, ut paullo post vs. 1178 dicitur *χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων δεδορκώς*. Significat ergo hoc: *nondum intelligo: nunc enim propter obscuritatem vaticiniorum halucinor.* Haec autem non congruunt. Quomodo dicere quis potest, *nunc* (i. e. nunc primum) *halucinor*, qui modo jam dixit, *nondum intelligo*, et paullo ante affirmavit, *se dictorum sensum plane non assequi* (*τούτων ἄϊδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων.*) Jure ergo illud *νῦν* nonneminem offendit, cujus loco si scribatur *νοῦν* — *ἀμηχανῶ*, sanus erit sensus et aptior verborum junctura. Similiter vs. 1176: *τέρμα δ' ἀμηχανῶ*.

Vs. 1012. Hi versus ita edi solent:

ἒ ἔ, παπαῖ παπαῖ, τί τόδε φαίνεται;
ἢ δίκτυόν τί γ' Ἅιδου;
ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνευνος ἡ ξυναιτία
φόνου. στάσις δ' ἀκόρετος γένει
κατολολυξάτω βύματος λευσίμου.

In secundo versu Dindorfium offendit illud *τί γ'*, quare omisso *γ'* scripsit *δίκτυόν τι Ἅιδου*. Sane molesta est ista particula nec defenditur exemplis qualia Hermannus affert ad Soph. Phil. 441. Sed non minus incommodum *τι*, quo vis dicti imminuitur; idem est enim ac si diceret *quasi rete.* Scribendum censui *ἢ δίκτυον τόδ' Ἅιδου*. Ambo *τι* et *τὸ* jam saepe permutata vidimus.

ἄρκυς ἡ ξύνευνος quid significet ambigunt interpretes. Alii sic explicant: *rete est uxor!* alii *ἄρκυν ξύνευνον* intelligunt *peplum quo indutus cubare soleret;* hunc dici necis causam. Prius inepte dictum est, posterius etiam vitiose; *peplus dormitorius*, etiamsi ad irretiendum aliquem adhibeatur, non potest ipse vocari *laqueus*, multo minus *laqueus conjux.* Unde vero compertum habent, ejusmodi aliqua veste Clytaemnestram pro reti usam esse? E vocabulo *πέπλοισι*, quo mox vs. 1126 utitur, id effici nequit: manifestum enim est, hoc tropice poni aeque ac infra vs. 1580 et Choëph. 1000. Quid plura? Fatendum mendosum esse illud *ἄρκυς*, pro quo sensus flagitat, me judice,

ἀλλ' ἀνδρὸς ἡ ξύνευνος ἡ ξυναιτία φόνου.

ἄρκυς fuit, ut videtur, glossa adscripta voci δίκτυον, ducta illa e versu Choëph. 999: δίκτυον μὲν οὖν ἄρκυν τ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους. Oscitantis librarii culpa hoc in locum vocabuli ἀνδρὸς substitutum.

In ultimis strophae verbis prava interpretatio impedivit interpretes quominus germanam scripturam agnoscerent, quae haec est:

στάσις δ' ἀκόρετος γένει.
κατολολύξατ' ὦ θύματος λευσίμου.

Conjux, dicit, *auctor necis; implacabile odium* (sive *rixa*) *familiae! Ejulate, eheu, ob prostratam victimam!* Dicit haec Choro. Inciderant in eam emendationem jam plures; sed, re parum considerata, a vero deflexerunt. Vulgatam nimirum sic interpretandam putabant, ut στάσις intelligeretur sive *Discordia* sive *coetus (Furiarum)*; quod efficiebant e Chori responso: ποίαν Ἐρινὺν τήνδε —; ubi tamen Ἐρινὺς multo rectius de furiali cantu s. infausto clamore accipiatur. Itaque verba sic explicabant: *Discordia* vel *Furiarum coetus implacabilis genti ululet ob prostratam victimam!* In qua interpretatione, praeterquam quod parum lucida est verborum junctura, primum illud obstat quod στάσις pro persona sicut ἔρις poni non solet; neque vero ita simpliciter pro *coetu* dicitur, sed tantum de *adstantium* coetu, ut Choëph. 114: τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῇδε προςτιθῶ στάσει; ibid. 437: στάσις δὲ πάγκοινος ἅδ' ἐπιρροθεῖ. Eum. 311. Intelligitur hoc e proprio verbi στάσις significatu. Deinde dativus γένει moleste additus est. Nemo facile assentiatur Bernhardyo Synt. Gr. p. 84 jungenti ἀκόρετος γένει; jungendum ergo γένει κατολολυξάτω, quod parum aptum; dixisset poëta δόμοις ὀλολυξάτω, non γένει, quippe quo etiam posteritas contineatur. Denique si ad Discordiam vel Furiarum coetum hoc dictum sit, κατολολυξάτω θύματος accipiendum de laeto ululatu, ut quae poena et caede gaudeant; quod tamen praepositio κατὰ verbo juncta haud facile sinit; dixisset ἐπολολυξάτω, ut Choëph. vs. 942, quod item recte a recentissimis interpretibus in ἐπολολύξατ' ὦ mutatum est; vel ἀνολολυξάτω, ut Sophocles Trach. 205. Hae rationes satis valent, opinor, ut lectionem tot molestiis impeditam alteri in qua nulla est obscuritas postponamus.

Vs. 1020. Dindorfii emendatio καιρία pro corrupto καὶ δορία tam aperta est, ut ceterorum, etiam Hermanni, conjecturis super-

sedere nobis liceat. Error natus e permutatione literarum A et Δ; ita e ΚΔΙΡΙΑ factum καὶ διρία, quod deinde alius aliter refinxerunt. Pro πτώσιμος ξυνανύτει non deterius esset πτωσίμοις, construendum cum βίου δύντος αὐγαῖς. Aptissime enim *declinantis aetatis lux* dicitur *occidua*.

Vs. 1023. Strophe haec in libris sic legitur:

ἄ ἄ, ἰδοὺ, ἰδού ἄπεχε τῆς βοὸς
τὸν ταῦρον· ἐν πέπλοισιν
μελαγκέρων λαβοῦσα μηχανήματι
τύπτει· πιτνεῖ δ' ἐν ἐνύδρῳ τεύχει·
δολοφόνου λέβητος τύχαν σοι λέγω.

In his statim quemque offendat adj. μελαγκέρων carens substantivo, et μηχανήματι, non addito praedicato, quo significetur quale illud μηχάνημα sit. Hinc nonnulli, imprimis Schützius et Hermannus, praeeunte schol. arripuerunt lectionem Med. μελαγκέρωι (nisi haec ἐκ μελάγκερω pro -ων orta sit). Schützius μελαγκέρῳ μηχανήματι intelligit *bipennem corneo manubrio instructam*, quod merito respuit Hermannus; ipse eo significari vult *impetum quem nigris cornibus* facit in Agamemnonem; quod haud scio an minus etiam probari possit. μελάγκερως est epitheton bovis vel tauri validi. μηχάνημα autem vix aliud cogitare licet nisi artificiosum illum laqueum quo Clytaemnestra maritum irretivit: hoc artificio et ipsa maxime gloriatur infra vs. 1380, idemque detestatur Orestes Choëph. 980 his verbis: ἴδισθε . . . τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί κτέ. pro quo paullo post dicit δόλωμα. Hartungius correxit

ἐν πέπλοισιν
μελαγκρόκῳ λαβοῦσα μηχανήματι —

sed praeterquam quod ἐν πέπλοισι ita supervacuum est, unde didicit peplum illum fuisse μελάγκροκον? immo e Choëph. 1013 apparet fuisse ποίκιλμα, vestem pictam, sanguinis maculis conspersam. Omnes has difficultates amotas puto, si mutata interpunctione verba sic scribantur:

ἄ ἄ, ἰδοὺ ἰδού· ἄπεχε τῆς βοός.
τὸν ταῦρον ἐμπέπλοισιν
μελάγκερων λαβοῦσα μηχανήμασι
τύπτει.

ἄπεχε τῆς βοός, *declina a bove* sive *evita bovem!* dicit hoc Aga-

memnoni, quem quasi praesentem alloquitur, sicut mox vs. 1138: *ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες*; Cuinam vero diceret hoc *ἄπεχε τῆς βοδς τὸν ταῦρον*? Nam praeter Agamemnonem et Clytaemnestram tertius non aderat. *ἐμπέπλοισι μηχανήμασι* similiter dictum ut *σπονδαὶ ἔνδαιδες* in Eum. extr. Lobeck Paral. p. 143 cit. Herm.

Pro *ἐνύδρῳ τεύχει* Blomfieldius metri causa scripsit *κύτει*, approbante Hermanno. Ultimus vero versus, *δολοφόνου λέβητος τύχαν σοι λέγω*, nescio quomodo frigere mihi videtur. Tentavi num fortasse sic corrigi posset: *πιτνεῖ δ' ἐν ἐνύδρῳ κύτει δολοφόνου λέβητος. τυχών σοι λέγω*; — *κύτος* proprie *concavum* notat, quare recte genitivum sibi habet junctum, ut dicitur *κύτος ἀσπίδος*, *θώρακός*, *τρίποδος*. Ita Sept. ad Th. 495. Geminum plane est hoc Euripidis Cycl. 399: *λέβητος ἐς κύτος χαλκήλατον*. — *τυχὼν σοὶ λέγω*; idem sign. quod vs. 1194: *ἥμαρτον ἢ ὑηρῶ τι τοξότης τις ὤς*; *verumne tibi dicere videor?* Hoc sensu *τυχεῖν* est Choëph. vs. 315: *τί σοι φάμενος ἢ τι ῥέξας τύχοιμ' ἄν*; cf. Annot. ad vs. 1122. Si tamen sincera est vulgata lectio, sic explicanda est quasi diceret: *τύχην φονίαν δολίου λέβητός σοι λέγω*. Sic vs. 1428 *φονολιβεῖ τύχᾳ* pro *caede*.

Vs. 1031. *βροτοῖς τέλλεται* pro *στέλλεται* est emendatio Emperii et Hermanni. Sequentia in Med. nec melius in ceteris codicibus sic leguntur:

κακῶν γὰρ διὰ
πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδὸν
φόβον φέρουσι μαθεῖν.

θεσπιῳδὸν in *θεσπιῳδοὶ* vel *θεσπιῳδῶν* mutandum esse Casaub. et Herm. viderunt. Etiam *διὰ* vitiosum esse vel metrum arguit. Lectio Ven. *κακῶν γὰρ δὴ αἱ* infelix metrici alicujus correctio est; etiam Hermanni *διαὶ* non satisfacit: nam quale hoc est: *per mala* i. e. *malis afferendis vaticinia metum afferunt!* Ubi mala adsunt, *metus* jam cessit dolori. Sunt qui *διὰ κακῶν* explicant *mala praedicendo*, comparantes hoc Sophoclis Trach. 1121: *τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας*, quod ipsum tamen aperte vitiosum est, sic corrigendum: *τέρας τοι δὴ λακῶν ἐθέσπισας*. In nostro loco genitivus *κακῶν* pendet a *πολυεπεῖς*: fatidicorum artes sunt *πολυεπεῖς κακῶν*, *malorum loquaces*, i. e. plerumque mala canentes; quemadmodum Chorus mox etiam Cassandrae voces dicit *κακορρήμονας* vs. 1155.

Scribatur ergo: κακῶν γὰρ λίαν πολυσπεῖς — ΛΙΑΝ, obscurata ultima syllaba, facillime in ΔΙΑ mutatum est. Pro μαθεῖν autem e Bothii conjectura legendum censeo μάταν, quod sensu aeque ac constructione commendatur; alioquin jungendum foret φόβον μαθεῖν, quod significat *rem metuendam audiu*, cujusmodi quid dici solet, si emphasis adhibetur. Ita Herod. VI, 12: τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ τὸ οὔνομα τῶν Μήδων φόβος ἀκοῦσαι. Hic vero φέρουσι φόβον significat *metum afferre*, non *rem auditu metuendam nunciare*. Vocabulo μάταν appositum est quod dicitur vs. 1151 πόθεν ἐπισσύτους ... ἔχεις ματαίους δύας;

Vs. 1034 sq. in libris sic leguntur:

ἰὼ ἰὼ παλαίναις κακόποτμοι τύχαι.
τὸ γὰρ ἐμὸν θροῶ πάθος ἐπαγχέασα.

Posterior horum versum deformatus est tam sensu quam metro; abundat enim ultima syllaba. Interpretes in conjectando parum felices fuerunt. Franzius scripsit: τὸ γὰρ ἐμὸν θροεῖ πάθος ἐπεγχέας. Hermannus: θροεῖς πάθος ἐπεγχέας, *meam sortem quereris admiscens*. Putarunt ad Chorum vel de Choro illud θροεῖς vel θροεῖ a Cassandra dici; at Chorus de instanti hujus nece nihil adhuc ne suspicabatur quidem. Alio remedio opus est: pro θροῶ reponendum potius erat ἐφορῶ. „Heu heu, me miseram," exclamat: *nam meam video necem appropinquantem;* hoc consentaneum dictu, non „heu me miseram: *nam meam dico necem appropinquantem*," — Cassandrae dicto ἐμὸν ἐφορῶ πάθος optime respondet hoc Chori vs. 1038: ἀμφὶ δ' αὐτᾶς θροεῖς. et pro ἐπαγχέασα vel ἐπεγχέασα scrib. ἐπαγχίσαν vel ἐπεγγίσαν (πάθος.) E lectionis varietate colligo codices inter ἐπαγχίζω et ἐπεγγίζω fluctuasse; illud ut minus vulgare praefero. Verbi ἐφορῶ obscurata initiali ε, ΦΟΡΩ facile in ΘΡΟΩ corruptum.

Vs. 1039. Locus plerumque sic legitur:

(θροεῖς) οἷά τις ξουθὰ
ἀκόρετος βοᾶς, φεῦ, παλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
ἀηδὼν βίον.

Accusativus ille βίον multum difficultatis fecit interpretibus; non licet id interpretari, ut nonnulli voluerunt, *per aevum* sive *perpetuo*, neque duplex ille accusativus Ἴτυν στένουσ'—ἀηδὼν βίαν ab

uno eodemque verbo potest esse suspensus, ut visum Hermanno, qui illud Ἴτυν Ἴτυν, tanquam imitationem vocis lusciniae, adverbii loco cum verbo στένουσα junctum esse voluit. Ἴτυς manet nomen; ubique *Ityn* apud poëtas est puer quem plorat luscinia. Eo vero minus duo illi accusativi sic construi possunt, quia ad diversa pertinent subjecta: βίον enim non spectat ad Ἴτυος sed ad lusciniae sortem. Itaque locus manifesto laborat vitio, quod tollatur pro βίον scribendo φίλον. Permutatio facilis, eo quod λ superscriptum fugisset librarium. Id ideo etiam convenientius, quia luscinia ubique fingitur non suam sortem, sed Ἴτυν deplorans. Cf. Odyss. τ, 521:

ἥτε δαμὰ τιταπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν,
παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.

Hartungius vero sic scribit: Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ λαχοῦσ' ἀηδὼν βίον, *Ityn gemens, laetam adepta vitam luscinia.* Ergo Chorus laetam sortem dicit ejus quae aevum degit ἀκόρετος βοᾶς ταλαίναις φρεσὶ στένουσα? Med. lectio βοᾶις, h. e. βοᾷς, adduxit me ut pro βοᾶς scriberem βοᾷ, tertiam personam verbi, *insatiabilis luget* pro *insatiabiliter:* quo multo facilior fit verborum junctura. βοᾷς scriptum a librario qui hoc, sicut praecedens θροεῖς, ad Cassandram referret. Immerito autem Hermannus pro φεῦ ταλαίναις recepit Ven. lectionem φιλοίκτοις ταλαίναις, quum recte animadverterit jam Wellauerus, φιλοίκτοις nihil esse nisi glossema vocis ταλαίναις, quo significaretur lusciniam τάλαιναν dici, quia alterius mala commiseratur et deplorat. Ceterum interpungendum sic: ἀκόρετος βοᾷ, φεῦ ταλαίναις φρεσὶν —

Vs. 1043. Quum libri habeant περεβάλοντο vel περιβαλόντες γὰρ οἱ, non possum non mirari Hermannum, qui scribere maluerit περεβάλοντο οἱ, deleto γὰρ — quo insolite aeque ac hiulce loquentem poëtam facit — quam περίβαλον γὰρ οἱ, ut Blomfieldius. Posterior lectio etiam ideo praeferenda, quia activum περιβάλλειν hic aptius est quam medium, et γὰρ, quod omnes libri habent, rectissime additum est.

Vs. 1046. Strophe haec vulgo sic legebatur:

πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους τ' ἔχεις
ματαίους δύας,

τὰ δ' ἐπίφοβα δυςφάτῳ κλαγγῇ
μελοτυπεῖς ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;
πόθεν ὅρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ
κακορρήμονας;

Recte in primo versu Hermannus delevit τ'. Ordo enim est: πόθεν ἐπισσύτους ἔχεις θεοφόρους ματαίους δύας; *unde tibi immissas habes vanas furentis animi curas?* Sed frustra idem offensus particulis ὁμοῦ τ', inani conjecturae indulsit. Aesch. Choëph. 502: οἴκτειρε θῆλυν ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνον Sophocl. Phil. 185: ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ λιμῷ τ' οἰκτρός. Pro τὰ δ' ἐπίφοβα recte Ald. aliique τάδ' ἐπίφοβα, *haecce terribilia facta.* Eo autem recepto, male copulantur verba πόθεν ἔχεις — τάδ' ἐπίφοβα μελοτυπεῖς: pro quo junctura postulat legi: πόθεν ἔχεις . . . τάδ' ἐπίφοβα . . . μέλοτυποῦσ'. Scripturae hujus indicium aliquod fortasse habet codex Flor. in quo verbi μελοτυπεῖς primae syllabae superscriptum est ο, quod ultimae potius superscribendum erat. His dudum scriptis, video Hartungium verba sic correxisse: τάδ' ἐπίφοβα δυςφάτῳ κλαγγῇ μελοτύπῳ στένουσ' ὀρθίοις ἐν νόμοις; sed τάδ' ἐπίφοβα στένουσα pro *terrificos hos gemitus edens*, si dicitur graece, certe insolitum est. Nulla vero est caussa cur verbum μελοτυπεῖν damnaret: similia sunt ex. gr. γνωμοτυπεῖν, ἐγγλωττοτυπεῖν. Itaque, re perpensa, non muto sententiam.

Miror vero nemini suspectum fuisse postremum versum πόθεν ὅρους ἔχεις — in quo explicando oleum et operam perdiderunt interpretes. θεσπεσία ὁδὸς quid sit, non obscurum est: sic Sophocles Oed. R. 311 dicit μαντικῆς ὁδόν. Euripides Phoen. 918 ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν. Sed ὅροι θεσπεσίας ὁδοῦ quid hic significet, nemo explicuit. Interpretantur *definitam vaticiniorum viam*, idque per periphrasin dictum volunt pro *vaticiniis:* hoc aeque facetum atque supra vs. 485 illud θῆλυς ὅρος pro *femina.* Ὅροι θεσπεσίας ὁδοῦ significare potest vel *vaticinandi finem* vel *vaticiniorum scopum* vel *certos terminos intra quos divinatio consistat:* horum nihil omnino hic quadrat. Chorus hoc tantum e Cassandra quaerit, unde horrenda ista vaticinia acceperit? Itaque pro πόθεν ὅρους — scripsi πόθεν θροοῦσ' ἔχεις θεσπεσίας ὅδους, quod est idem atque πόθεν ἔχουσα θροεῖς. De vocum ὅρος et θρόος permutatione vidimus vs. 427, p. 185. Ceterum ne quis putet mensuram non congruere versui antithethico 1041 Ἴτυν Ἴτυν στένουσ', animadvertendum Ἴτυς interdum ultimam producere. Vid. Ellendt Lex. Soph. s. v.

Vs. 1055 sqq. 1064 sqq. Versus hi antithetici, ut in libris leguntur, non ad amussim sibi respondent. Sunt nempe hi:

στροφή.

τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω;
νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι.
πέπληγμαι δ' ὑπὸ δήγματι φοινίῳ
δυσαλγεῖ τύχᾳ μινυρὰ κακὰ θρεομένας, θαύματ' ἐμοὶ κλύειν.

ἀντιστροφή.

ἐπόμενα προτέροισι τάδ' ἐφημίσω.
καὶ τίς σε κακοφρονεῖν τίθη·
σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων,
μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα, τέρμα δ' ἀμηχανῶ.

Strophae versum secundum corruptum esse, luce clarius est: ἀνθρώπων misere languet et desideratur ἄν. Sana sunt initium et finis (νεογνὸς . . . μάθοι), interciderunt media verba, quorum in locum venit ἀνθρώπων. Ea haec fuisse colligo: νεογνὸς ἄν ἀΐων μάθοι. ἂν ἀΐων facillime mutari potuit in ἄνων, quod est compendium vocis ἀνθρώπων, ut e Koenio ad Greg. Corinth. et aliunde discere licet. Adj. νεογνὸς (παῖς) nude poni licuit sicut νέος. Respondet hic versus antistrophico καί τίς σε sic, ut in prima sede iambus et spondens permutati sint. Examussim convenient, si scribatur παῖς νεογνὸς ἂν ἀΐων μάθοι, ut νεογνὸς habeatur disyllabum, sicut Pers. 693 fortasse νεοχμός.

In sequenti versu pro ὑπὸ quod conjecit Valckenarius ἤπαρ, respuit metrum; scribatur ἅπερ, h. e. ὡς, quod et metro et sensui congruit. His respondebunt versus antistrophici sic lecti:

ἦ τίς σε κακοφρονῶν τίθη-
σι δαίμων ὑπέρφευ βαρὺς ἐμπίτνων.

ἦ τίς σε dedi pro καὶ τίς σε, quia καὶ parum apte hunc versiculum cum praecedente copulat. Ambae particulae tam similes ut vix distinguantur. In altero ὑπὲρ φεῦ (l. ὑπέρφευ) pro ὑπὲρ scripsi, auctore Franzio. cf. vs. 377. 715. Verba μινυρὰ κακὰ θρεομένας ut respondeant oppositis γοερὰ θανατοφόρα, legendum μινύρ' ἀναθρεομένας, deleto κακὰ, quod ne sensui quidem aptum: nam μινυρὰ (*querula*) non recte dicuntur *mala;* sed μινυρὰ μέλη, *querulae voces.* Similis error vs. 1091. Postremo pro θαύματ' (a θαῦμα) rectius, ni fallor, θαυμάτ' (θαυματά s. θαυμαστά): nam substantivum in tali constructione in singulari numero poni solet, ut θαῦμα κλύειν, τέρας

ἰδεῖν. Denique in antistrophae versu secundo pro κακοφρονεῖν recepi κακοφρονῶν, quae est emendatio Schützii, approbata Blomfieldio et Hermanno. Quod Farn. habet δαίμων ποιεῖ pro τίθησι δαίμων, sine dubio est e glossemate natum.

Vs. 1061. In verbis ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσαν, non est cur Blomfieldii conjectura ἐπήρκεσεν anteponatur codicum lectioni ἐπήρκεσαν; aptissime hoc refertur ad praegressum θυσίαι: *sacrificia illa nullum suppeditarunt remedium quo minus* cet. ἐπαρκεῖν *suppeditandi* significatione cum accusativo junctum apud Platonem ejusque aequales legitur, rarius quidem apud antiquiores poëtas, quae tamen non est idonea causa cur damnetur. Similis constructio est Prom. 918: οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ πεσεῖν ἀτίμως.

Vs. 1063. Gravis macula inhaerebat in hoc versu:

ἐγὼ δὲ θερμονοῦς τάχ' ἐν πέδῳ βαλῶ.

βαλῶ caret objecto, neque audiendi interpretes qui subaudiri posse dicunt βαλῶ ἐμαυτήν, quo idem notet atque *cadam;* exemplis, quibus id probare conati sunt cum alii tum nuperrime Franzius et Palejus (nempe Aeschyli Sept. ad Th. 1028. Choeph. 574. Euripidis Cycl. 574. Aristophanis Vesp. 227), id nequaquam efficitur. Nam in omnibus his locis, si recte interpretere, βάλλειν transitivam significationem *jaciendi* servat. Unum afferri posset proverbium βάλλ' ἐς κόρακας, sed hoc ad scriptorum usum probandum nullius est momenti. Verum etiam vocab. θερμονοῦς parum aptum; significat hoc *calidam, temerariam, vesanam*, idem fere quod paullo ante Cassandrae objecit Chorus vs. 1140: φρενομανής τις εἶ. Ironice quidem hoc in se ipsam usurpare potuisset; at ita dici certe debuerat ἐγὼ δ' ἡ θερμονοῦς, ut recte monet Hermannus. Sed quid plura? Vulnus jam pridem sanavit Musgravius sic legens ut edidi: ἐγὼ δὲ θερμὸν ῥοῦν τάχ' ἐν πέδῳ βαλῶ. Omissa, ut toties, litera ρ ineptum θερμονοῦς peperit. Pulcre autem θερμὸν ῥοῦν dicit sanguinem violenta nece effusum; geminum plane est hoc Euripidis Rhes. 790: θερμὸς δὲ κρουνὸς δεσπότου παρὰ σφαγαῖς. Quamquam emendatio haec luce clarior est, nemo tamen interpretum, excepto Hartungio, eam recepit, sed ad inania se verterunt commenta, quae redarguere operae pretium non est.

Vs. 1070 sqq. Vulgo sic leguntur:

λαμπρὸς δ' ἔοικεν ἡλίου πρὸς ἀντολὰς

πνέων ἐςήξειν, ὥστε κύματος δίκην
κλύειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε πήματος πολὺ
μεῖζον.

In his dictionis audacia aliquantum offecit perspicuitati. Verba λαμπρὸς δ' ἔσικεν — ἐςήξειν interpretes aut parum recte aut parum dilucide explicuerunt. Sed de sensu dixi in Annotatione. Quod multi e Bothii conjectura pro ἐςήξειν scripserunt ἐςέξειν, quamquam non recepit Hermannus, tamen sequendum censui: ἄΐσσειν in vehementioris venti flatum multo melius convenit quam ἥκειν. At postrema verba aperte corrupta sunt. Pro κλύειν πρὸς αὐγας jampridem Auratus conjecit κλύζειν πρὸς ἀκτὰς; pro ἀκτὰς vero Ahrensius propius librorum scripturae edidit ἀγάς, quod idem significat: ἀγὴ enim producto α notat etiam *litus*. Vid. Steph. Thes. s. v. Atque κλύζειν quidem pro κλύειν receperunt plerique. Contrario errore in Sophoclis Phil. 683 pro κλύων multi codices κλύζων. — πρὸς αὐγὰς vero multi retinent, in his Hermannus, qui κλύζειν πρὸς αὐγὰς interpretatur *in claram solis lucem proruere*. At quid hoc sibi velit, *undae instar (ex obscuro) in lucem* vel potius *lucem versus* (hoc enim significat πρός) *ruere*, non intelligere me fateor. Undae similitudo usurpatur ad vehementem sonum significandum, cui sane egregie congruit imago fluctuum litoribus adstrepentium. Sic Iliad. β, 394:

Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον ὰς ὅτε κῦμα
ἀκτῇ ἐφ' ὑψηλῇ.

Idcirco κύματος δίκην κλύζειν πρὸς ἀγὰς (ἀκτὰς) verissimum judico; cum quo concinit praegressum πρὸς ἀντολὰς πνέων, a venti flatu petitum. Ad quid sibi vult τοῦδε πήματος πολὺ μεῖζον? intelligi volunt *(Agamemnonis fatum) meo hocce fato multo gravius*. At non comparat Agamemnonis fatum cum suo; non distinguit haec ambo, sed aeque de utroque dicit, se, quae modo tecte erat elocuta, nunc clare enuntiaturam. τοῦδε πήματος πολὺ μεῖζον omni caret sensu. Non dubito quin pro μεῖζον scribendum sit χειμών, unde ea nascitur lectio quam in textum recepi. πήματος χειμών, *calamitatis procella*, est pulcra metaphora qua plus semel utitur Aeschylus, ut Prom. 1015: οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τροκυμία ἔπεισ' ἄφυκτος. Jam illud λαμπρὸς πνέων, quod antea parum apte referri debebat ad χρησμός, nunc aptissimum est praedicatum vocis χειμών. Similiter plane loquitur poëta Choëph. vs. 1062 (Herm.):

ὧδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
τρίτος αὖ χειμὼν
πνεύσας γονίας ἐτελέσθη.

Quod ibi dicitur χειμὼν πνεύσας γονίας plane respondet nostro λαμπρὸς πνέων ἐφέξει χειμών. Hac lectione magis etiam elucescit Bothii emendatio ἐφέξειν pro ἐφέξειν. Hartungius verbis pro arbitrio mutandis imaginem plane corrumpit.

Vs. 1076. Vulgo sic legitur:

τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὔποτ' ἐκλείπει χορὸς
ξύμφθογγος, οὐκ εὔφωνος· οὐ γὰρ εὖ λέγει.

Pro inani ξύμφθογγος legatur δύςφθογγος. Ita Sept. ad Th. 867: τὸν δυςκέλαδον ὕμνον Ἐρινύος. Augetur vis vocabuli opposito οὐκ εὔφωνος, cujusmodi parallelismum amant Graeci; in re nota sufficiant haec exempla: Il. γ, 59: κατ' αἶσαν οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν. Herod. III, 25: ἐμμανής τε ἐὼν καὶ οὐ φρενήρης. Sophocl. Oed. R. 58: γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι. 1330: ἔκοντα κοὐκ ἄκοντα. Cf. supra p. 217. Additum οὐ γὰρ εὖ λέγει immerito offendit Hartungium ut nimis pedestre: declaratur eo, quatenus sit δύςφθογγος, οὐκ εὔφωνος, scilicet non ob sonum, sed ob sententiam: οὐκ εὔφημα λέγει, quod est litotes pro *horrenda canit*, ut vs. 1120 οὔ με φιλοῦσιν λόγος, pro *horrorem mihi incutit*.

Vs. 1086. ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τό μ' εἰδέναι
λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἁμαρτίας δόμων.

Haec verba mirum quam varie accepta sint. Multi sic interpretantur: *testare jurejurando me accurate scire prisca scelera hujus domus*. In hunc sensum Blomfieldius. At primum προὐμόσας non est idem quod simplex ὀμόσας. προόμνυμι dicitur qui duorum jurantium prior jurat: juberet ergo prius jurare Chorum, post se juraturam. Neque λόγῳ εἰδέναι significat universe *accurate aliquid nosse*, sed *ratione* aliquid cognitum et perspectum habere; quod non convenit in eum, qui ut Cassandra, divino afflatu res novit. Praeterea vero mirum, quod is, qui alteri aliquid affirmat, hunc jubeat jurare verum esse quod dicit. Oportet vel ipsum jurare, vel ab altero postulare, ut, si falsum dixerit, inficias eat. Hermannus cum Bothio legit τὸ μὴ εἰδέναι λόγῳ, idque interpretatur: *testare quando mortua ero* (hoc significare vult ἐκμαρτύρησον), *prius jurans* (scil. nunc, antequam vaticinia evenerint), *me non fando scire* quae dixi, h. e. non ut qui fando rem audiverint sed ut qui ipsi viderint,

i. e. accurate scire. Huic lectioni et interpretationi multa obstant. Primum pro μὴ εἰδέναι λόγῳ hoc sensu dici certe debuit οὐ λόγῳ μ' εἰδέναι; deinde verba ἐκμαρτύρησον προὐμόσας non possunt ita divelli ut ἐκμαρτύρησον ad futurum tempus quando mortua esset, προὐμόσας ad praesens referatur; utrumque ad idem tempus, ad eandem actionem pertinet; tum pronomen με in hac constructione μαρτύρησον μ' εἰδέναι omitti nequit. Denique inepta est sententia: Cassandra enim non rogat, ut Chorus, postquam res evenerit, vaticiniorum suorum testis et praeco sit; id parum curabat; sed hoc omni ope agit ut nunc Choro persuadeat vera esse quae vaticinatur. Hartungius locum sanasse sibi visus est sic scribendo:

καὶ μαρτυρῶ σοι προὐμόσασα μὴ εἰδέναι
λόγῳ κτἑ.

testor jurejurando me non fando (sed accurate) *scire.* At praeterquam quod violentior est medicina, remanet duplex peccatum quod modo notavi, προὐμόσασα pro simplici ὀμόσασα, et μὴ εἰδέναι λόγῳ pro οὐ λόγῳ εἰδέναι positum. Ambo haec ita differunt: οὐ λόγῳ εἰδέναι est aliquid scire non fando, sed certo; μὴ εἰδέναι λόγῳ non comperisse aliquid fando, nihil de aliqua re fama accepisse. Atque hoc sensu μὴ εἰδέναι hic plane congruum est; sed praeterea pro προὐμόσας requiritur ἀπομόσας. Utriusque verbi discrimen ostendunt haec verba Demosthenis pro Phan. adv. Aph. p. 859 extr. προομόσαντος δέ μου, — ἂν ἀπομόσῃς τἀναντία κτἑ. Hoc sensui unice conveniens. Affirmat Cassandra se vera dixisse: ἥμαρτον ἢ θηρῶ τι —; jam provocat Chorum, ut, si falsa dixerit, ejuret s. jurejurando inficietur. Quare sic legatur, ut edidi:

ἐκμαρτύρησον ἀπομόσας τὸ μὴ εἰδέναι
λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἀμαρτίας δόμων.

Inficiare sodes jurejurando, innotuisse tibi fama pristina hujus domus scelera: λόγῳ *(fama)* dicit, quia erant facta παλαιά, quae Chorus non nisi fando nosse poterat. Huic provocationi plane quadrat responsum Chori: καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα κτἑ. „Cur jurem? nam sincere jurando nullum dictis tuis lenimen afferre valeam."

Vs. 1088 sqq. ὅρκου πῆγμα. Mirandum sane Hermannum verissimae huic Aurati emendationi plerisque probatae anteposuisse hanc Wellaueri πῶς ἂν ὅρκος, πῆγμα — quae lectio certe multo invenustior est. ὅρκου πῆγμα est periphrasis vocabuli ὅρκος,

cujusmodi dictionis genus amat Aeschylus. Quae vero deinceps sequuntur medicinam adhuc exspectabant:

θαυμάζω δέ σου,
πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πόλιν
κυρεῖν λέγουσαν ὥσπερ εἰ παρεστατεῖς.

Ut omittam ambiguam constructionem, *te trans mare natam exteram civitatem dicere*, ἀλλόθρους πόλις parum apte dictum est: non enim *civitatis* externae casus memoravit Cassandra, sed *familiae* Atridarum. Accedit quod πόλις ἀλλόθρους, *alia lingua utens*, pro externa s. peregrina, hic parum conveniens est: nam utrum diversa an eadem lingua loquerentur Achaei et Trojani, nihil attinebat: Cassandrae vaticinia aeque miratu digna; sed ne utebantur quidem diversis linguis, Cassandra certe cum Argivis senibus graece locuta est. Ideo etiam Hartungii conjectura, σε πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πάθη κυρεῖν λέγουσαν, non probabilis est. Facilius et rectius, credo, versus sic corrigendus erat:

θαυμάζω δέ σε
πόντου πέραν τραφεῖσαν ἀλλόθρουν πόνον
κυρεῖν λέγουσαν —

ἀλλόθρουν πόνον interpretere *calamitates exterorum ore jactatas, apud exteros famosas*. Est haec propria significatio vocis ἀλλόθρους, sicut δημόθρους ἀρά, φήμη dicitur *quae populi ore jactatur*, in hac fabula vs. 938. 1413. Pro σου auctore Aurato posui σε cum Dindorfio.

Vs. 1092—1095. In his versibus ordinem turbatum recte restituit Hermannus, merito ob id a Blomfieldio laudatus. Aliquid tamen obscuri restabat. Postquam Cassandra dixit, Apollinem sibi divinandi artem donasse, quaerit Chorus: *Feceine id deus tui amore percussus?* Ad quod ille:

πρῶτον μὲν αἰδὼς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε.

reponit Chorus:

ἀβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέον.

Haec non quadrant. *Antea*, dicit illa, *pudor me retinebat quominus hoc dicerem*. Ad quod Chorus: *non mirum; in magna enim felicitate quivis facile superbiat*. In *pudore* non inest τὸ ἀβρύνεσθαι; haec contraria sibi sunt. Sensit grammaticus, qui in cod. Farn. pro ἀβρύνεται scripsit βαρύνεται, quamquam hoc etiam ineptius:

vitium emendasse me puto pro αἰδὰς scribendo ἧδος: *olim volupe mihi erat hoc dicere*, sive „antea hac re gloriari solebam"; cui plane congruit responsum ἀβρύνεται γὰρ κτέ. Atque puellae ingenio, illa praesertim aetate, multo convenientius tali favore gloriari quam rem celare. Vocem ἧδος vel potius ἥδος habet Homerus. Hesychius: ἥδος, ἡδονή. Hinc etiam Doricum ἀδοσύνη, ἡδονή, apud eundem, quod derivatum ab ἄδος. Similia rarioris usus vocabula sunt δίψος, νῖκος, μάθος, βλάβος, alia.

Vs. 1097. ἢ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἥλθετον νόμῳ;

Sic codices. Sed νόμῳ sive interpretere *ex more* sive *ex lege*, *legitime*, ineptum est; agitur hic de clandestina consuetudine, κρυπταδίῃ φιλότητι, quae numquam vel more recepta vel lege comprobata fuit; nemo autem putaverit νόμῳ hic significari consuetudinem oppositam ei quam Herodotus οὐ κατὰ νόμον dicit I, 61. Adde quod νόμῳ perrarum est apud poëtas. In Aeschylo nusquam alibi, in Sophocle semel legitur Oed. Col. 547, sed vitiose; ibi enim pro νόμῳ καθαρός legendum νόῳ καθαρός, *animo purus*. Ideo jure a Blomfieldio recepta est Butleri conjectura ὁμοῦ, eaque simul confirmat Elmslejanam emendationem ἡλθέτην, cujus praeceptum Hermannus, quum prius non pro certo habuisset (ad Sophocl. Oed. C. 1379), h. l. comprobat.

Vs. 1099. Miror neminem criticorum haesisse in v. ἠρημένη. τέχναισιν ἐνθέοις ἠρημένη significat non, quod sensus postulat, divinandi facultate *praedita*, sed fatidicis artibus *decepta* vel *victa*. Interpretes explicant: „jamne divino furore (μανίᾳ) *correpta eras?*" Ostendi mihi velim, hoc sensu dici αἱρεῖσθαι; atque, etiamsi hoc dicatur, tamen non idem est dicere *furore corripi* atque *divinandi facultate corripi:* posterius hoc graece non magis quam latine quisquam dixerit; ipsa ratio id respuit. Qui rem diligenter perpenderit, assensurum mihi puto pro ἠρημένη legendum esse ἠσκημένη, h. e. *ornata*, *instructa*. cf. Aesch. Pers. 182: πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη. Eurip. Rhes. 922: ὀργάνοισιν ἐξησκημέναι Μοῦσαι.

Vs. 1105. Locus in libris sic depravatus est:

ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος
στροβεῖ ταράσσων φροιμίοις ἐφημένους·
ὁρᾶτε τούσδε τοὺς δόμοις ἐφημένους —

Ineptum illud φροιμίοις ἐφημένους alius aliter emendare sunt conati.

Manifestum autem est, ἐφημένους non natum esse e verbi depravatione, sed ex eo quod librarius proximi versus finem repetivit et veri vocabuli loco substituit: hinc, ut recte Hermannus judicat, pro certo dici quid scripserit poëta nequit. Blomfieldius edidit φροιμίοις ἐφυμνίοις. Boissonadius φροιμίοις δυσφημίοις. Hermannus φρ. δυσ· φροιμίοις. Nihil horum valde veri simile est. Quid sit illud quo Cassandra ταράσσεσθαι se dicit, declaratur sequente versu: ὁρᾶτε τούσδε κτέ. Caesorum infantium species, quos per divinum furorum quasi praesentes vidit, animum ejus perterrent. Hinc unice sensui convenire mihi videtur quod Ahrensius conjecit φροιμίοις φαντασμάτων. Infantium occisorum species erat φροίμιον, i. e. *praeludium* horrendi φαντάσματος, np. Agamemnoniae caedis. Idem recepit Franzius. φροίμιον non semel tropice usurpatur ab Aeschylo; similiter Suppl. 830 (800 Herm.) τάδε φροίμι' ἐμῶν βιαίων πόνων.

Vs. 1109. παῖδες θανόντες ὡσπερεὶ πρὸς τῶν φίλων.

Ita secundum codices plerique legunt, etiam Hermannus. Fugit, opinor, interpretes felicissima Martinii conjectura Hartungio probata pro ὡσπερεὶ scribentis ὡς πόρις (πόρεις), *sicut viduli*. Est haec emendatio tam manifesta, ut nemo qui eam norit in explicando inepto isto ὡσπερεὶ operam amplius perditurus sit.

Vs. 1117. Sic scribi solet:

νεῶν τ' ἔπαρχος Ἰλίου τ' ἀναστάτης
οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνός κτέ.

Geminato τε copulantur ambo vocabula ἔπαρχος — ἀναστάτης, ipsum autem enuntiatum hoc ἀσυνδέτως praecedenti additur. Aptior erit junctura, si ambo enuntiata connectantur particula δέ. Sunt enim haec opposita: „mulier insidias struit; at rex ignarus est doli." Ita ergo scripsi cum Vossio et Schützio. Pro ἀναστάτης Spanhemius malebat ἀναστατήρ, qua forma utitur Aeschylus Sept. c. Th. 1015. Choëph. 303. Hoc eo verosimilius, quod poëta eadem forma in aliis vocabulis delectatur; ut e multis pauca afferam, talia sunt βοτήρ, βρωτήρ, εὐνητήρ et εὐνάτωρ, θοινατήρ, οἰκητής et οἰκήτωρ, ἰυτήρ (*sospitator*), θυτήρ, cet. Pro μισητῆς κυνὸς non erat caussa cur Palejus scriberet mutato accentu μισήτης: μισητὴ est *odiosa*, *invisa*; μισήτη proprie dicitur *virosa (mulier)*. Vid. Meineke Fragm. Poët. Com. Vol. I, P. II, p. 202.

Vs. 1121. Plerique legunt

τοιαῦτα τολμᾷ· ὑῆλυς ἄρσενος φονεὺς
ἔστιν —

quamquam interpungunt varie; nonnulli sic: τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς· ἄρσενος κτέ. Utrovis modo languidior mihi videtur verborum junctura. E lectione Ven. ac Flor. τοιάδε τολμᾷ colligo poëtam potius sic scripsisse:

τοιᾷδε τόλμᾳ θῆλυς ἄρσενος φονεὺς
ἔστιν —

tali incepto femina fit occisor viri. Cf. Sophocl. Ai. 46: πρίασι τόλμαις ταῖσδε καὶ φρενῶν θράσει (τόδ' ἐξέπραξεν). Pro τόλμᾳ autem restitui antiquiorem formam τόλμῃ, quae saepius obscurata est. Eadem bis exstat in Choëphoris.

Vs. 1125. Sic legitur:

θύουσαν Ἄιδου μητέρ' ἄσπονδον τ' Ἄρη
φίλοις πνέουσαν.

Mire dictum istud θύουσαν Ἄιδου μητέρα. Quidquid cogitavi, idoneam explicationem frustra quaesivi. *Orci mater* antiquis ignota, et ridiculum est quod nonnulli fecerunt, qui similia quaedam Germanorum vel Anglorum figmenta ad antiquos transferunt. Plerique vero Ἄιδου μητέρα figurate accipiunt. Lobeckius ad Soph. Ai. p. 352 idem significare vult quod αἰνομητέρα s. κακομητέρα, quo sensu ᾅδου βάκχαι (Eur.), ᾅδου νόμοι (Soph.), adde ᾅδου δίκτυον (supra vs. 1115), alia, a poëtis usurpantur. At haec similia non sunt. Genitivi enim significatio differt pro natura vocabuli cui additus est: ᾅδου βάκχαι sunt *bacchae infernae, furiae*, sive proprie s. tropice, at μήτηρ Ἄιδου nihil aliud est nisi *mater* sive *genitrix Orci*. Multi *matrem* hic pro auctore accipiunt, ᾅδου μητέρα interpretantes *necis auctorem*. Sane μήτηρ hoc sensu antiquis aeque ac recentioribus usurpatur: ita Aeschylo πειθαρχία vocatur μήτηρ εὐπραξίας Sept. c. Th. 225, et Pers. 614 *vinum* dicitur μητρὸς ἀγρίας ἄπο ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος. At quominus h. l. sic accipiatur obstat primum, quod μήτηρ tropice de re, non de persona sive femina usurpari solet: ratio aperta est; deinde μήτηρ ᾅδου aeque ridiculum foret ac si verbi gratia poëtria diceretur μήτηρ Μουσῶν, lena μήτηρ Ἀφροδίτης, vitis μήτηρ Διονύσου. Quae Hermannus confert exempla, σάκτωρ Ἄιδου de Xerxe dic-

tum in Aesch. Pers. 923, et μάγειρος Ἅιδου de Cyclope in Eurip. Cycl. 397 huic dissimilia sunt.

Quid porro significat θύουσαν? Multi vertunt *sacrificantem;* quodnam vero sacrificium? addi hoc oportuerat: nam θύουσα ita nude dici vix potest. Alii interpretantur *furentem;* at *furendi* significatu θύειν epicorum proprium est; ex Atticis scriptoribus vellem vel unicum probati auctoris exemplum attulissent. Quod in Aeschyli Suppl. 186 legitur τεθυμένος, id omnium judicio corruptum habetur et ab Hermanno vs. 172 in τεθηγμένος mutatum est. Ex his, credo, luce clarius patet verba θύουσαν ἅδου μητέρ' corrupta esse. Probabile est causam erroris fuisse perversam syllabarum distinctionem, quibus aliter divisis facili negotio eruitur haec lectio:

θύους ἀναιδοῦς μήτιν ἄσπονδον τ' Ἄρη
φίλοις πνέουσαν.

sceleratī sacrificii molitionem et exitialem propinquis perniciem spirans. Quo magis poëtam ita scripsisse credam facit copula τε. nam ut recte junguntur θύους ἀναιδοῦς μῆτιν ἄσπονδόν τ' Ἄρη, ita parum recte copulantur θύουσαν μητέρα ἄσπονδόν τ' Ἄρη πνέουσαν. — ἀναιδὴς Graecis dicitur quidquid impurum, sceleratum est, ut Oedipus in Sophoclis Oed. C. 513 facta sua vocat ἔργ' ἀναιδῆ. Vocabulum μῆτις saepius de doloso consilio ponitur, ut Choëph. 626.

Vs. 1127. Pro ἐν μάχης τροπῇ legendum ἐκ μάχης τροπῇ. Intelligitur *victoria;* at victoria non est τροπὴ μάχης, sed τροπὴ (τῶν πολεμίων) ἐκ μάχης; non enim τρέπεται ἡ μάχη, sed τρέπονται οἱ πολέμιοι. Posset quidem dici μάχης τροπή, sicut dicitur ἡλίου τροπή, sed hoc significaret *pugnae inclinationem,* quando fortuna in alteram partem vergere incipit, quae nondum est victoria. Dativus autem τροπῇ pendet a praepositione ἐπὶ quae est in verbo ἐπωλολύξατο. Frequens est haec constructio praepositionis ἐκ apud Aeschylum, ut vs. 330 ἐκ μάχης πόνος; neque raro ἐκ et ἐν confusa sunt. Similiter vs. 1289 pro ἐν θεῶν κρίσει legendum ἐκ θεῶν κρίσει.

Vs. 1134. Pro eo quod vulgo legitur

κλύοντ' ἀληθῶς οὐδὲν ἐξῃκασμένα,

vere Ahrensius vidit scribendum esse κλύοντα μύθοις οὐδὲν ἐξῃκασμένα. ἐξῃκασμένος enim significat *assimilatus, similis.* Emendatio tam aperta est, ut mirer eam ab Hermanno non receptam

esse. Similitudo literarum ΑΗ et Μ ansam dedit errori. Cf. Bast. Comment. Palaeogr. p. 723 sq.

Vs. 1137. *εὔφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον στόμα.*

Pro *κοίμησον* Casaubonus et plures cum Farn. *κοίμισον* scribendum putarunt. Ambarum formarum frequens est permutatio et optio saepe ambigua, quum eadem sit utriusque verbi significatio et metrum interdum uti h. l. nihil differat. Ergo res e poëtarum usu dijudicanda. Homerus semper usurpat *κοιμᾶν*, et jure ab Eustathio improbati sunt qui Il. *μ*, 281, pro *κοίμησεν δ' ἀνέμους* legerent *κοίμισσεν*. Vid. Spitzner. ad h. l. Etiam Aeschylus frequentat *κοιμᾶν*. Apud Sophoclem utraque forma occurrit; perperam tamen in Oed. R. vs. 1222 Laur. lectio *κατεκοίμισα τοὐμὸν ὄμμα* in pluribus libris mutata est in *κατεκοίμησα*, quod est contra metrum. Euripides vero frequentat *κοιμίζειν*. Hinc Blomfieldius h. l. praetulit *κοιμᾶν*, formam hanc antiquiorem judicans; eandem recepit Hermannus, sed (addit) non quod *κοιμᾶν* vetustior forma sit, ut visum Blomfieldio. Vellem judicii sui rationes addidisset; mihi certe allata modo testimonia Blomfieldii sententiam videntur firmare.

Vs. 1139. Pro *οὔκ, εἰ πάρεσταί γ'* scripsi *οὔκ, εἰ πάρεστιν*, postulante sensu. Cassandra dixit: „Nullum est remedium hujus calamitatis." Respondet Chorus: „Nullum sane, si semel adsit; sed ne eveniat, opto." Cassandra: „Tu optas, illi facinus perpetrant."

Vs. 1142. *ἦ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεσκόπεις χρησμῶν ἐμῶν.*

Sic vulgo. At *ἂν* alienum esse plerique agnoverunt et operam perdunt si qui, unus et alter, illud tueri student. Aperte enim Cassandra hoc dicit: *plane te fugit vaticiniorum meorum sensus.* Viri docti varia conjecerunt, *ἦ κάρτ' ἄγαν, ἦ κάρτα γάρ, ἦ κάρτ' ἄρ' αὖ.* Postremum hoc receperunt Klausenus, Franzius, Hermannus; sed parum aptum est *αὖ*, quasi hic de duabus rebus diversis sermo sit; at quae de caede Agamemnonis et de caedis auctore dixerat Cassandra, ad unum idemque factum pertinebant. Sed alia etiam est difficultas, quam parum attenderunt interpretes. Verbum *παρασκοπεῖν*, ut *παρορᾶν, παρακούειν, παρανοεῖν*, non genitivum, sed accusativum regit. Putes genitivum sic explicari posse, quemadmodum ex. gr. *παρδίχεσθαι, παραπλάζεσθαι, παραπαίειν* cum genitivo construuntur; sed in his compositis *παρα-* idem valet quod *ἐκτός*, ut quum Aeschylus Suppl. 452 dicit: *ἦ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι*, h. e. *ἐκτὸς οἴχομαι τοῦ νείκους*. Eurip. Hipp. 240:

ποῦ παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς; h. e. *ἐκτὸς γνώμας*. At *παρασκοπεῖν* ut *παροράω* sign. rem videre, sed *secus* videre, putare aliud esse atque revera est. Vulgatae proxima est Canteri conjectura *ἦ κάρτ' ἀράν*, probata Stanlejo et nuper Palejo: sed *imprecatio* in Cassandrae vaticiniis nulla fuit. Unice veram judico Musgravii emendationem apud Blomf. pro *ἄρ' ἄν* legentis *ὅρον* (*ὅρον*). Literae *α* et *ο* ob vicinum sonum saepe permutatae sunt. *ὅρος* est *τὸ ὁρισθέν*, ut *λόγος* saepe dicitur *τὸ λεχθέν*: significat *definitum vaticiniorum meorum sensum*. Ipsa nempe clare dixerat: *θῆλυς ἄρσενος φονεύς ἐστι*, at Chorus de viro cogitabat. Bis in hac fabula *ὅρος* in alienam sedem irrepsit vs. 485 et 1155: hic in amissam sedem restituatur. Hartungius vero scripsit

ἦ κάρτα τἄρα παρεκόπης χρησμῶν ἐμῶν.

Sed *παρακόπτεσθαι* significat *aliqua re defraudari:* vid. Aristoph. Eq. 807. Nub. 636. *παρακόπτειν* autem neutra significatione est *delirare*, ut *παραπαίειν*. Neutrum hic quadrat.

Vs. 1146. *παπαῖ, οἷον τὸ πῦρ ἐπέρχεται δέ μοι.*

Pro *δέ μοι* Casaubonus et Stanlejus *δέμας*, quae emendatio tam aperta est, ut ceteris criticorum conjecturis facile careamus. Stanlejus comparat hoc Cassandrae dictum in Senecae Agam. 718: „Recede, Phoebe —

„exstingue flammas pectori infixas meo!"

Similiter de furente sive aestuante Sophocles El. 871: *ἐς τί μοι βλέψασα θάλπει τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί*; Hinc apud Hippocratem et medicos *πῦρ* de febri usurpatum. Menda facile nata e compendio finalis syllabae *-ας*, quae multorum errorum origo fuit. Vid. Bast. Comment. Palaeogr. p. 757 sqq.

Vs. 1150. Libri sic legunt:

κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὡς δὲ φάρμακον
τεύχουσα κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ·
ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον
ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον.

In his quem non statim offendat istud *ἐνθήσει κότῳ*? quasi *ira* sit velut potio vel vas, cui immisceatur veneni portio, Cassandrae destinata. Sunt tamen quibus dictum placet, in his Blomfieldius et Hermannus. Palejus *κότῳ* explicat *prae ira;* sed praeterquam

quod hoc frigide additum est, inepte junguntur verba ἐνθήσει κότῳ. Multo rectius viderunt superiores interpretes κότῳ mutandum esse vel in ποτῷ (Casaub. Stanl. Musgr.) vel in κύτει (Scalig.); prius plures receperunt, mihi alterum magis arridet, cum praesertim hoc vocabulum indocto librario facilius fraudem facere potuerit, sicut factum vidimus vs. 1128 cf. vs. 816.

In altero membro ἐπεύχεται θήγουσα — multi desiderarunt copulam et pro ἀντιτίσασθαι plures ἀντιτίσεσθαι scripserunt. Dindorfius edidit κἀπεύχεται — ἀντιτίσεσθαι. Hartungius κἀπεύξεται — ἀντιτίσασθαι, convenienter praegressis κτενεῖ, θήσει. Hermannus medelam afferendam censuit mutanda constructione hunc in modum: κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσειν κότῳ ἐπεύχεται, — ἀντιτίσασθαι φόνον. Quod merito improbatum Blomfieldio et Hartungio; aberravit vero plane, quum ἀντιτίσασθαι suspensum facit a θήγουσα, sic interpretans: *viro acuens ensem, ut pro me adducta rependat caedem.* Sed nulla omnino mutatione opus esse justa interpretatio ostendit. Omnium illarum turbarum caussa fuit, quod ἐπεύχεται *gloriandi* sensu acceperunt, quod si interpretemur *vota facit* sive *optat*, omnis difficultas evanescit. Eadem significationis ambiguitas est infra vs. 1341.

Vs. 1156—1158. Pro σὲ μὲν — διαφθερῶ Schützius, auctoribus Aurato et Casaubono, dedit σφὲ μὲν, quod probo. Schol. σε refert ad στολήν, sed de hoc paullo post demum sermo est; alii intelligunt de corona vel sceptro; sed duo haec simul nominavit eaque simul abjicit verbis ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'. Quare hic quoque necessarium est σφέ.

Mox ἐγὼ δ' ἅμ' ἕψομαι est verissima Hermanni emendatio pro ἀγαθὼ δ' ἀμείψομαι. In sq. versu e codicum lectione

ἄλλην τιν' ἄτην ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε

ἄτη intelligi deberet κακόμαντις, quae *pernicies* sit aliis. Non credo Cassandram sic locutam; contineret quippe hoc detestationem sui. Facillimum est cum Stanlejo corrigere ἄτης, receptum Hermanno, „in quo (ut hujus verbis utar) acerba inest exprobratio mali ab Apolline sibi dati. Ut πλουτεῖν cum genitivo construitur, ita quidni etiam πλουτίζειν?" Palejus recepit satis frigidam Vossii conjecturam ἄλλην τιν', ἄλλην —

Vs. 1159. Vulgo versus sic leguntur:

ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ

χρηστηρίαν ἐσθῆτ', ἐποπτεύσας δέ με
κἀν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένην μέτα
φίλων, ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχορρόπως, μάτην
καλουμένη δὲ Φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια
πτωχὸς, τάλαινα, λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.

In his vitia inesse quivis statim agnoscat. Primum offendunt verba ἐποπτεύσας δέ με κἀν τοῖςδε κόσμοις κτἑ. quae manifesto peccant in syntaxin. Dindorfius suspicatur post ἐποπτεύσας δέ με quaedam excidisse; Hermannus putat sententiam in integrum restitui, si pro μάτην scribatur ματήρ (μαστήρ) et verba sic interpungantur:

ἐποπτεύσας δέ με
κἀν τοῖςθε κόσμοις καταγελωμένην μέγα
φίλων ὑπ' ἐχθρῶν, οὐ διχορρόπως ματήρ.

Recte pro μετὰ scripsit μέγα; cetera talia sunt ut vix a quoquam intelligantur. Vertit: *nam quod me hoc quoque in ornatu valde derisam ab amicis inimicis conspexit, non ambigue ejus ornatus vindex est.* Quae verba si probe intelligo, hoc volunt: Apollinem ideo spoliasse Cassandram sacerdotali ornatu, quod hoc induta ab amicis ludibrio habita esset. Hoc vero plane alienum est a poëtae mente. Apollo, Cassandram insignibus exuendo, velut coronam imponit cruciatibus et probris, quibus eam jam dudum ob violata promissa (vs. 1098) vexaverat. Praeterea ματὴρ non est *vindex* s. *ultor*, sed *inquisitor* vel *speculator*, secundum Hesychium, qui solus hoc vocabulum servavit: ματήρ, ἐπίσκοπος, ἐπιζητῶν, ἐρευνητής. Eodem sensu μαστὴρ usurpatur a Sophocle et Euripide. Particula autem καὶ (κἀν τοῖςδε), hic pro *etiam* accipienda, plane supervacua est. Haud felicior est Hartungii emendatio, qui ἐποπτεύσας mutat in ἐπώπτευσας et cetera sic legit:

ἐπώπτευσας δέ με
κἀν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ
φίλων, ὑπ' ἐχθρῶν δ' οὐ διχορρόπως τιτήν,

adspexisti me in hocce ornatu derisam inter amicos, ab inimicis honoratam. Ne duriorem juncturam memorem, apostrophe ad Apollinem parum apte inserta est; atque si Cassandra derisa erat ab amicis, non ideo honoratam se dicere poterat ab hostibus, coacta scilicet ferre τὸ δούλιον ζυγόν. Praeterea ἐποπτεύειν non significat *adspicere*, sed *inspicere* s. *curare* aliquid, et καταγελωμένη μετὰ φίλων non est *derisa inter amicos* vel *ab amicis*, sed *cum amicis.*

Alia medicina opus est. ἐποπτεύσας δέ με significat *qui mei curam gessit, cujus in tutela fui;* hoc autem nisi respueret junctura, dicendum certe fuisset addito articulo ὁ ἐποπτεύσας ἐμέ. Ejus loco scribatur:

ἰδοὺ δ', Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ
χρηστηρίαν ἑσθῆτ', ἀποπτύσας δ' ὁμοῦ.

Aoristus ἀποπτύσας recte copulatur cum praesenti ἐκδύων, ut brevis temporis actio. Sic modo vs. 1081: ὑμνοῦσι δ' ὕμνον ... ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν. et supra 888: μαντιπολεῖ ... οὐδ' ἀποπτύσας κτέ. Hac lectione simul tollitur ingrata repetitio vocis ἐμὲ in versus fine, quae non magis ferenda est quam vs. 1177 repetitum πόλιν. Contraria permutatione vs. 1214 (1325) ὁμοῦ in ἐμοῦ mutatum. In vs. sq. pro καταγελωμένην legendum καταγελωμένη (μέγα), quod congruat cum proximo καλουμένη, atque hoc in κακουμένη mutandum est, ut jam dudum alii viderunt: καλουμένη ὡς ἀγύρτρια non melius graece dicatur quam latine *appellor ut mendica;* neque verba sic divellere licet ut facit Hermannus, καλουμένη δὲ φοιτάς, ὡς ἀγυρτρία. Nam φοιτὰς ἀγυρτρία conjuncta sunt; significant *vaga praestigiatrix*, quia id genus hominum, mendicorum instar, vicos et pagos circumerrare solebat. Cassandrae hoc epitheton per contumeliam datum, idem est quod modo vs. 1085 θυροκόπος φλέδων: similiter copulantur vs. 1172 φυγὰς ἀλήτης. Jam lucida erit sententia, si verba sic interpungantur:

κἂν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένη μέγα
φίλων ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχορρόπως, μάτην
κακουμένη δὲ, φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια,
πτωχὸς, τάλαινα, λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.

τάλαινα, ut solet, in medio interpositum, ut in hoc Sophoclis versu El. 161: ἄτεκνος, τάλαιν', ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ. Quod nonnulli, in his Hermannus, mirati sunt, quod virgo regia *egestate* et *fame* enectam se dicat, hi non recordati sunt quae in Sophoclis El. vs. 185 virgo regia de se dicit: ἀεικεῖ σὺν στολᾷ κενοῖς ἀμφίστομαι τραπέζαις. Ceterum pro ἠνεσχόμην forsitan scribere quis malit ἠνείχόμην, quod in Aeschyli fragm. 307 ex Athenaeo VII, p. 303 B restituit Hermannus.

Vs. 1167. βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει,
θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.

Pro κοπείσης, quod aperte vitiosum, ambigitur utrum κοπεῖσαν

an κοπείσῃ reponendum sit. Posterius verum esse apparebit, si verba recte interpungantur sic:

θερμῷ κοπείσῃ, φοινίῳ προσφάγματι.

θερμῷ pro θερμῇ, ut θερμὸς ἀϋτμή apud Homerum, aliaque similia apud poëtas. Cf. supra p. 144. 210. φοινίῳ προσφάγματι per appositionem additum, ut vs. 1215 δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειρώματος. Vulgo recepta constructio, qua θερμῷ ad προσφάγματι refertur, invenustum et obscurum efficit sensum, ut ostendet haec Hermanni explicatio: „Ambiguum est προσφάγματι utrum *mihi victimae*, an *percussae iracundâ* (θερμῷ) *crudeli mactatione* significet." Posterius, prava constructione coactus, praefert, quamquam falsum est: nam πρόσφαγμα sign. id quod immolatur, i. e. *hostia*.

Vs. 1174. Vulgo sic legitur:

ὀμώμοται γὰρ ὅρκος ἐκ θεῶν μέγας,
ἄξειν νιν ὑπτίασμα κείμενου πατρός.

Versus hos, approbantibus omnibus, in hanc sedem transposuit Hermannus. Ultima vero verba interpretes male explicuerunt. Nempe ὑπτίασμα πατρὸς significare volunt vel *patris (mortui) preces*, a *supinis* precantium manibus, vel *patris letum*, tanquam *supini* in terra jacentis. Neutro sensu vocabulum hoc accipi posse credo: nam si ὑπτίασμα χερῶν *(manuum resupinatio)* pro *supplicatione* dicitur, sicut dixit Aeschylus Prom. 1005, non ideo ἀνδρὸς ὑπτίασμα hoc sensu dici potest, praesertim hominis mortui. Quod ad alterum attinet, quale istud dictum est, *patris occisi mors illum aget*, pro „patris occisi manes illum ad ultionem exigendam adducent"? Non convenit hoc Aeschyleae simplicitati et elegantine in verborum delectu; neque excusari potest sic, ut cum Blomfieldio dicamus, Cassandram consulto obscure loqui: putida foret talis obscuritas. Alia hic est significatio vocis ὑπτίασμα. Nempe ὕπτιος oppositum est τῷ πρηνής, ut latine *supinus* et *pronus;* hinc plures fluunt significationes: *in tergum reclinatus*, ut ἔπεσεν ὕπτιος; *sursum spectans* s. *sublatus*, ut χεῖρες ὕπτιαι; *retro versus*, quo sensu ἐξ ὑπτίου et ἐξ ὑπτίας pro *retro* vel *sursum* dicuntur, ut Aesch. Sept. c. Th. 459: πάλος ἐξ ὑπτίου πήδησεν. Plat. Phaedr. p. 264: ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ὑπτίας ἀνάπαλιν διανεῖν τὸν λόγον. Hinc etiam ὑπτίαζειν, ut latinum *supinare*, *resupinare*, plures admittit significationes, quae pro constructione differunt; velut stantem *resupinare* est *retro inclinare* s. *subvertere*, quo sensu Aesch. Pers. 418 dici-

tur ὑπτιοῦτο δὲ σκάφη νεῶν; at de jacente quum dicitur, significat *retro* vel *sursum vertere*, i. e. *attollere;* et ita h. l. ὑπτίασμα κειμένου accipiendum, idque intelligendum de persona, ut saepe ἔρεισμα, ἔρμα, et modo πρόσφαγμα, χείρωμα, alia usurpantur. Similiter intellexisse video Hartungium.

Sed aliud est quod offendit: ἄξειν νιν ὑπτίασμα ambigua constructio est; sensus postulat suppleri (τοὺς θεοὺς) ἄξειν νιν ὑπτίασμα. Probabile est poëtam scripsisse ἥξειν τιν' — ὑπτίασμα. Pronomen τινα, quo indefinita persona significatur, oraculo convenientius est quam νιν, i. e. Orestem.

Vs. 1176 sqq. Libri sic:

τί δῆτ' ἐγὼ κάτοικος ὧδ' ἀναστένω,
ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν
πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν
οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει;
ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.

De interpunctione ambigitur. Sunt qui transposito interrogandi signo sic legunt: τί δῆτ' . . . ἀναστένω; ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον . . . ἐν θεῶν κρίσει, ἰοῦσα πράξω κτέ. Pro vitioso κάτοικος Herm. et Ahrens. scripserunt μέτοικος, Scaliger conjecit κάτοικτος, receptum Hartungio. μέτοικος conveniret, si suam tanquam *captivae* et *advenae* sortem compararet cum sorte Agamemnonis. „Quid ego captiva queror, quum ipsi regi talia eveniant?" Sed attente verba legenti apparebit eam id non facere. Vocabulum κάτοικτος aeque rectum est atque quod vs. 1614 legitur ἔποικτος, male a Blomfieldio mutatum in ἐπακτός. Factum est ab οἴζω, cujus composito δυσοίζω utitur Aeschylus vs. 1316; quod formatum ab οἰ sicut ab ἀ fit ἄζειν, a φεῦ φεύζειν, aliaque similia notata Valckenaerio Diatr. Eurip. p. 21. Ab οἴζω derivata οἶκτος et οἰκτός, unde δύσοικτος, δυσθρήνητος (Hesych.), quae vox reddenda est Aeschylo Eum. vs. 789 pro inepto δύσοιστα πολίταις πάθον. Hic autem scribendum κάτοικτον ὧδ' ἀναστένω, *lamentabile queror*, h. e. *lamentabilem gemitum edo.* οἳ δ' εἶχον πόλιν cum languidum est ob iteratum in fine versus πόλιν, tum etiam incongruum, quia victores (de his enim loquitur) non recte dicuntur οἳ εἶχον πόλιν, quod potius in incolas quadrat. Legatur οἳ δ' εἶχον πλέον. οἱ πλέον ἔχοντες sunt victores. Attigi hanc dictionem supra ad vs. 1025. ἐν θεῶν κρίσει mutandum in ἐκ, ut jungatur κρίσει ἐκ θεῶν. Frequens hic praepositionis usus, maxime Aeschylo: sic infra 1366,

τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων. Choëph. 107 τὸν ἐκ φρενὸς λόγον. Eum. 331 ὕμνος ἐξ Ἐρινύων. cf. supra vs. 1127: ἐκ μάχης τροπῆ.

In ultimo versu pro πράξω egregia est Orellii emendatio πόρσω, quod cum in vulgarem formam πρόσω abiisset, deinde metri gratia in πράξω mutatum. Male πρᾰ́ξω defendit Hermannus comparando vs. 1669 πρᾶσσε, παίνου, μαίνων τὴν δίκην, quod dictum tam constructione quam sensu huic prorsus dissimile est. Ahrensii conjectura πράως, quamvis facilis, minus mihi placet: nam τλήσομαι τὸ κατθανεῖν multo significantius est quam πράως τλήσομαι: in verbo τλήσομαι inest notio τόλμης.

Vs. 1189. Librorum lectio

οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὖ, ξένοι, χρόνῳ πλέω,

valde exercuit interpretes. Multi cum Wellauero scripserunt πλέων, referendum ad ἄλυξις. Hermannus χρόνον, cum πλέω jungendum. Utrumque languidum, nisi potius ineptum. In ἀλύσκειν, *effugere*, non quadrat τὸ πλέον et τὸ ἔλαττον, non longioris vel brevioris temporis mora; est evitabile aut inevitabile, nihil amplius. Si *plus* vel *minus* addere voluisset, pro *effugio* dixisset *dilationem*. Nec melior est ratio eorum qui πλέω pro πλέον dictum volunt et verba sic explicant: οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὐ χρόνῳ πλέον (ἐστίν), *nihil effugii est, nihil proficitur morando*. Non fert sermonis consuetudo ita nude dici οὐ πλέον, sicut dicitur πλέον ἔχειν, οὐδὲν πλέον ἐστίν, minus etiam οὐ πλέω. Accedit quod hoc frigide additum foret praegresso οὐκ ἔστ' ἄλυξις. Pro πλέω (πλέων) scribendum erat παθῶν; amborum verborum ob literarum similitudinem ΠΛΕΩΝ et ΠΑΘΩΝ facilis nec insolita est permutatio. Vid. Cobet. Var. Lectt. p. 2. Pro οὖ ξένοι recte Casaubonus ὦ ξένοι.

Vs. 1193 et 1194. Heathius amborum horum versuum ordinem invertit sic:

ΚΛ. ἀλλ' εὐκλεῶς τοι κατθανεῖν χάρις βροτῷ.
ΧΟ. οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.

isque ordo jam vulgo receptus est; perperam, ut opinor. Nam prior ille versus ἀλλ' εὐκλεῶς — multo minus convenit Cassandrae, letum suum tanquam foedum et indignum ploranti, quam Choro qui fati acerbitatem honestate consolari studet. Alter autem versus οὐδεὶς ἀκούει male respondet versui ἀλλ' εὐκλεῶς. Sive interpretere: *nemo beatorum hoc audit* (pro *intelligit, sentit*),

sive: *nemo beatorum hoc de se* vel *sibi dictum audit*, h. e. *nemini* vel *de nemine beatorum tale quid dicitur*, nempe τὸ εὐκλεῶς θανεῖν χάρις βρότῳ, utrumque parum vere dictum est. Quid enim? Solisne miseris gratum est decore mori? Nemone τῶν εὐδαιμόνων decoram mortem et optavit et consecutus est? Codicum lectio, cujus sensum non ceperunt interpretes, multo aptiorem efficit sententiam; quare hanc restituere non dubitavi.

Vs. 1200. Cassandrae dicenti φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ respondet Chorus:

καὶ πῶς; τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων.

καὶ πῶς; est mirantis, negantis; quod hic parum conveniens. Non enim negat Chorus, quod dixit Cassandra, aedes olere sanguinem, sed odorem dicit esse victimarum; quare nullam esse causam cur horrescat. Praeterea τόδε non venuste hic initio positum, quia accentus rhetoricus in eam vocem non cadit. Suadent haec ut scribamus:

ἦ που τόδ' ὄζει θυμάτων ἐφεστίων.

ἦ που, *nimirum*, *sane credo*, est conjicientis vel potius e conjectura aliquid affirmantis. καὶ et ἦ crebro permutantur.

Vs. 1203. Quod vulgo legitur ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' — significat, „ut hic ante aedes feci, ita *etiam* intus *in aedibus* lugubrem cantum edam." At intus non amplius futurum erat canendi tempus, idque ipsa optime praesentiebat. Ne dubites Cassandram pro hoc dixisse κἀν θανοῦσι κωκύσουσ', sicut dixit supra vs. 1160:

νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κ' Ἀχερουσίους
ὄχθους ἔοικα θεσπιῳδήσειν τάχα.

Vss. 1206—1210 sic leguntur in libris:

οὗτοι δυσοίζω θάμνον ὡς ὄρνις φόβῳ·
ἀλλ' ὡς θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε· —
ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.

Verba οὗτοι δυσοίζω κτέ. schol. sic interpretatur: οὐ δυσχεραίνω, φησίν, ὡς ὄρνις θέλουσα εἰς καλιὰν εἰσελθεῖν καὶ θῆρά τινα φοβουμένη. Est haec interpretatio, si sensum spectes, satis aperta, si verba, parum perspicua: non apparet, unde suspensus sit accusativus θάμνον. Recentiores interpretes regi volunt a δυσοίζω· et sic fere interpretantur: *non timeo (domum)*, s. *non metuo ingredi*

eam, sicut avis fruticetum metuit, prae pavore. Haec explicatio vereor ne et contra linguam peccet et contra sensum. δυσοίζειν ab οἶ derivatum, ut φεύζειν a φεῦ, significat *ejulare, lugere*, deinde *aegre ferre*, δυσχεραίνειν. Posteriore sensu est in Euripidis Rhes. 724 et 805, ubi haec leguntur: μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τόδε, h. e. *ne aegre feras (putans) alios nisi hostes id (malum) fecisse*, sive *ne sollicitet te cura, amicos, non hostes, id patrasse.* Grammatici veteres, pingui Minerva verbum interpretantes, inde effecerunt δυσοίζειν significare etiam ὑπονοεῖν, ὑποπτεύειν, οἰωνίζεσθαι, i. e. *suspicari, ominari*, ut Hesychius s. v. quibus nimis facile credide-runt recentiores. Hartungius etiam in festivum errorem incidit, quum fingit duplex δυσοίζειν, alterum ab οἶ derivatum, alterum cognatum verbo οἴεσθαι. Unum idemque est verbum, significans *lamentari, lugere, gravari.* Jam ut recte δυσοίζειν construitur cum accusativo rei quae molesta est, quam lugeo, δυσοίζειν πάθος, sicut dicitur οἰμώζειν τύχην, et latine *lamentari sortem*, ita absonum foret di-cere δυσοίζω δόμον, θάμνον, pro *paveo intrare domum, virgultum.* Verum etiam sensu peccare dixi hanc interpretationem. Nimirum θάμνοι sunt suetae avium sedes, in quibus volitare, ludere, nidifi-care solent: num ergo aptum est dicere: „horresco intrare domum sicut avis virgultum"? Potius crederes poëtam hoc voluisse: „non avis instar paveo ad minimum ramorum strepitum." Sed hanc explicationem si verba admitterent, non admittit sensus: inepta enim comparatio est, dirae necis metum conferri cum vani stre-pitus pavore.

In sq. vs. ἀλλ' ὡς θανούσῃ incongruum est illud ὡς, *tanquam;* significaret quippe *mihi viventi tanquam mortuae testes estote.* Her-mannus correxit ἄλλως (h. e. μάτην), sic interpungens: οὗτοι δυσ-οίζω — φόβῳ ἄλλως, quod si non malum, sublanguidum tamen. Potius locum sic emendandum censui:

οὗτοι δυσοίζω θάνατον, ὡς ὄρνις φόβῳ
ἀλούς· θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε —

Ploratus crebro cum cantu avium comparatur, qua comparatione etiam supra usus est poëta vs. 1142 (1038) sq. Hic significatur ulti-mus ille cantus, qualem cycni praesertim mortis appropinquantis metu edere vulgo credebantur; quam opinionem tangit Plato Phaedon. c. 35. p. 85 A: οἱ δ' ἄνθρωποι διὰ τὸ αὐτῶν δέος τοῦ θανάτου καὶ τῶν κύκνων καταψεύδονται καί φασιν αὐτοὺς θρηνοῦντας τὸν θά-νατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν· καὶ οὐ λογίζονται ὅτι οὐδὲν ὄρνεον ᾄδει

ὅταν πεινῇ ἢ ῥιγοῖ ἢ τινα ἄλλην λύπην λύπηται, οὐδὲ αὐτὴ ἥ τε ἀηδὼν καὶ ἡ χελιδὼν καὶ ὁ ἔποψ, ἃ δή φασιν διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν. Ceterum male cohaeret hic versus cum proximo: μαρτυρεῖτέ μοι τάδε, ὅταν γυνὴ κτέ. Cur enim vellet fortitudinem suam in subeunda morte commemorari a Choro, *quando* altera mulier pro se immolaretur; quorsum hoc? Manifestum est aliquid excidisse, quare lacunae notas posui.

In ultimo versu verbum ἐπιξενοῦμαι nemini interpretum explicare contigit. Propria verbi significatio est *in hospitium venire* vel *recipi*. Pollux III, 4, 58: τὸ μέντοι ξένον ὄντα εἰς ἄλλην πόλιν ἐλθεῖν ξενοῦσθαι καὶ ἐπιξενοῦσθαι ἔλεγον. Tali sensu ξενοῦσθαι et καταξενοῦσθαι usurpat etiam Aeschylus Choëph. vs. 702 et 706. Sed in hunc locum id non convenit. Verum alias etiam significationes proferunt grammatici. Hesychius: ἐπιξενοῦσθαι, μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι· Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις. Apollonius Lex. Hom. ξεινοδόκος, ξενοδόχος: . . ὁ δὲ Πίνδαρος „ξεινοδόκησέ τε δαίμων" (in Boeckhii fragm. 278) ἀντὶ τοῦ ἐμαρτύρησε . καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ (σ, 63) „ξεινοδόκος μὲν ἐγώ" ἔδοξέ τισι λέγειν [μάρτυρα]. φησὶν οὖν Σιμωνίδης· „ξεινοδόκων δ' ἄριστος ὁ χρυσὸς ἐν αἰθέρι λάμπων" ἀντὶ τοῦ μαρτύρων. Cf. Hesych. in ξεινοδόκος, ξενοδοκοῦμαι, ξενοδοκῶν, ἐπιξενοδοκοῦμαι. Etymol. M. in ξενεδόκος. Sed hae grammaticorum interpretationes non melioris notae mihi videntur quam ea quam modo vidimus verbi δυσοίζειν, confectae quippe e male intellecto verborum sensu. Certe in Odysseae versu quem Apollonius citat ξεινοδόκος nihil aliud notat nisi *dominum, eum qui hospites excipit;* etiam in Simonidis versu, ubi scite *aurum* dicitur *optimus hospes*, propria verbi significatio servata est. Potuit interdum ἐπιξενοῦσθαι poni pro πορεύεσθαι, μαρτύρεσθαι, ubi sermo esset de eo qui *hospes* aliquo *proficisceretur testandi* gratia; inde inepte effectum credo, id per se etiam pro μαρτύρεσθαι dici. Etiamsi vero id significaret, hoc tamen loco esset inconveniens: nihil enim *testatur* Cassandra, sed *rogat* Chorum ut sibi mortuae testis sit dictorum factorumque (θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε), atque his tanquam epiphonema addit hocce: ἐπιξενοῦμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένῃ. Butlerus interpretatur: *haec munera hospitalia posco:* alii aliter; sed nullam harum significationum verbi usus nec analogia admittit. Omnibus perpensis, non dubium mihi erat quin verbum esset corruptum. Itaque emendavi sic ut et sensui consentaneum videretur et a codicum scriptura minimum recederet: ἐπιξένιά μοι ταῦτα

δός. Prava syllabarum distinctio, ut toties, lectionem corrupit. ἐπιξένια pro ξένια quamquam in lexicis non reperitur, est tamen bonae notae. Memoratur ἐπίξενος ab Hesychio, unde ἐπιξενοῦσθαι, et quod idem habet ἐπὶ ξένᾳ δίκη, aperte mutandum in ἐπιξενίας δίκη, h. e. idem quod δίκη ξενίας. Mutato δ' ὡς in δὸς simul insolita collocatio vocis δ' evitatur.

Vs. 1212 sqq. Ultima Cassandrae verba etiam turpiter maculata sunt. In libris leguntur sic:

ἄπαξ ἔτ' εἰπεῖν ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω
ἐμὸν τὸν αὐτῆς. ἡλίῳ δὲ ἐπεύχομαι
πρὸς ὕστατον φῶς τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις
ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ,
δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειμώματος.

In primo versu quam inficetum et frigidum sit illud ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω ἐμὸν τὸν αὐτῆς, nemo non sentit. Frustra viri docti conjecturis id emendare studuerunt. Quod Hermannus olim conjecit ῥύσιον θρῆνον, non magis juvat quam quod nuper scripsit ῥῆσιν, οὐ θρῆνον. Cassandra nec ῥῆσιν (h. e. effatum aliquod longius vel gravius) nec θρῆνον edit, sed vindictam sibi precatur. Deinde non recte dictum est θρῆνον ἐμὸν εἰπεῖν pro θρῆνον κατ' ἐμοῦ, minus etiam ἐμὸν τὸν αὐτῆς vel αὐτῆς, quod ne graecum quidem puto: dicitur enim ἐμὸς αὐτῆς, non ἐμὸς ὁ αὐτῆς. Ne in verbis corrigendis operam perdamus, quisque, credo, monitus agnoscet librario haec deberi, qui interpretamentis suis poëtae verba interpolaverit. Resectis illis, restant haec:

ἄπαξ ἔτ' εἰπεῖν· ἡλίῳ δ' ἐπεύχομαι —

quae sic corrigas: ἄπαξ ἔτ' εἴποιμ'. Pro hoc vitiose scriptum εἰπεῖν ansam dedit librario verba sic supplendi ῥῆσιν ἢ θρῆνον θέλω, quae deinde in textum migrarunt. Forsitan vero quis resectis his servari posse putet infinitivum ἄπαξ ἔτ' εἰπεῖν. Atqui hoc vim haberet imperandi: *semel adhuc loquendum est;* Cassandra vult tantum hoc: *semel adhuc loquar* sive *loqui volo.* Reliqua sic emendanda, ut pro parte jam ab aliis emendata sunt:

ἡλίου δ' ἐπεύχομαι
πρὸς ὕστατον φῶς, τοὺς ἐμοὺς τιμαόρους
ἐχθροῖς φόνευσιν τοῖς ἐμοῖς τίνειν ἐμοῦ —

Dativus τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις oscitantia scribae e similibus verbis sq. vs. ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς ortus. ἡλίῳ pro ἡλίου peperit vitiosa con-

structio librarii putantis id ab εὔχομαι pendere, quum pendeat a φῶς. ἐμοῦ pro ὁμοῦ necessarium est ob sequens δούλης. Pro dativo autem φονεῦσι scripsi accusativum φόνευσιν, quod ipsum video jam conjecisse Bothium; quare miror neminem interpretum id animadvertisse, quum accusativum necessario requirat verbum τίνειν. Hermannus Hesychii hac glossa ἀσκεύοις, ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι — quae in hac fabula nullibi invenitur, adductus est ut hic excidisse crederet versum in quo hoc vocabulum legeretur; cui conjecturae, etiam per se parum probabili, jam nullus relictus est locus. Potuit glossa illa Hesychii ex alia desumta esse tragoedia, cujus titulus similibus fere initialibus inciperet, ut ΑΤΑΛΑντη, ΑΙΤΝαῖαι, vel etiam ex alia Oresteae fabula, sicut interdum *Agamemnoni* assignantur dicta e *Choëphoris* deprompta: apud Pollucem IV, 110. Hesych. v. γονίας. Vid. Blomf. Praef. Agam. p. XI.

Vs. 1216. In codicibus sic scribitur:

ἰὼ βρότεια πράγματ' εὐτυχοῦντα μὲν
σκιά τις ἀντρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχῇ,
βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφήν.

Pulcram imaginem maculat pravum verbum ἀντρέψειεν, quod est dupliciter vitiosum: nam nec *umbra* apte dicitur *evertere* (ἀνατρέπειν) felicitatem, nec ἄν omitti concedit grammatica. Porsonus edidit ἂν τρέψειεν, quod si vertatur *umbra in contrarium vertit* vel *in fugam vertit felicitatem*, minus etiam placet. Speciosa vero est Paleji interpretatio, qui vocabulum σκιὰ a pictura desumtum esse vult, ut significet hoc: „res prosperas vel minima umbra, i. e. levissimus penicilli tactus, immutare valet." At primum σκιὰ hoc sensu est artis vocabulum, quod num Aeschyli aetate usurpatum fuerit valde dubito; deinde significatur eo umbra, qua adhibita vel nimius splendor temperetur vel clarius enitescat lumen. Plutarch. de Herod. mal. p. 863: ὥςπερ οἱ ζῳγραφοι τὰ λαμπρὰ τῇ σκιᾷ τρανότερα ποιοῦσι. Symp. VIII, p. 735: τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν εὐδοκιμῆσαι βουλόμενος, ὥσπερ σκιὰν αὐτῇ τὴν Δημοκρίτου παραβέβληκας. Itaque σκιὰ hac significatione non potest dici τρέπειν, *immutare, obscurare* felicitatem. Herm. et Hartung. receperunt Boissonadii conjecturam σκιά τις ἂν πρέψειεν, quod significet: „res prosperae *apparent umbra*, pro *umbrae similes sunt*." At πρέπειν pro *similem esse* cum dativo construitur, ut Aesch. Suppl. 301: (Δία) πρέποντα βου-

θόρῳ ταύρῳ δέμας. Praeterea vero in hoc verbo semper inest notio aliqua *eminentiae*, *claritatis*, atque ita recte dicitur de specie insigni, non de re evanida s. *umbra*. Potius igitur pro τρέψειεν scripsi κρύψειεν. Umbra non *convertit* vel *immutat* rem, sed *tegit*, *obscurat* eam. Ita hoc dictum optime respondet opposito εἰ δὲ δυστυχῆ (δυστυχοῦντα δὲ) σπόγγος ὤλεσεν. Eadem permutatio facta videtur in Soph. Oed. Col. 113: καὶ σὺ μοὐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον κατ' ἄλσος, pro quo legatur πόδα τρέψον.

Vs. 1221 sqq. Libri δακτυλοδεικτῶν, quod foret participium referendum ad τις. Casaubonus conjecit δακτυλόδεικτον, quod recepit Schützius, interpretans *hominem divitiis insignem nemo facile ab aedilibus arcebit*. Unice aptum esse δακτυλοδείκτων, sensus, opinor, docet. — In sq. vs. μηκέτ' εἰσέλθῃς est Hermanni emendatio plerisque recepta pro μηκέτι δ' εἰσέλθῃς. Ceterum utrum rectius interpungatur μηκέτ' εἰσέλθῃς, τάδε φωνῶν, an μηκέτ' εἰσέλθῃς τάδε, φωνῶν, ambigitur. Illud praefert Dobraeus conferens Choëph. 314: „δράσαντι παθεῖν," τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ, ubi item abundat τάδε; at verborum collocatio non plane similis est.

Vs. 1227.
νῦν δ' εἰ προτέρων αἷμ' ἀποτίσει
καὶ τοῖσι θανοῦσι θανὼν ἄλλων
ποινὰς θανάτων ἐπικρανεῖ,
τίς ἂν εὔξαιτο κτέ.

Quod post θανάτων Farn. inserit ἄγαν, recte ut insititium delevit Hermannus, ut jam prius Franzius, sive illud a metrico insertum sit sive natum ex male iterata terminatione (θαν)άτων. Non improbabilis quidem Dindorfii et Bambergeri conjectura, scriptum fuisse ἀντεπικρανεῖ vel ἀντεπικραίνει, ut ἀνταποκτείνειν et ἀντικακτανεῖν leguntur in Choëphoris; at etiamsi in codice ita scriptum fuerit, tamen illud ἀντ- insititium mihi videtur, quod propter additum ἄλλων certe supervacuum est. Quod autem idem Hermannus pro ἐπικρανεῖ reposuit ἐπικραίνει, id vix sinit praegressum ἀποτίσει; quare statuendum penultimam in κρανῶ hic productam esse aeque ac Eum. 950 in οἳ' ἐπικρανεῖ, quod item a multis in ἐπικραίνει mutatum est. Idem obtinet in ἀρῶ, ἀροῦμεν Pers. 795, ubi cf. Wellauer. Eadem est sententia Lobeckii ad Buttmanni Gr. Gr. ampl. II, p. 311.

In proximo versu τίς ἂν εὔξαιτο desideratur syllaba, quam alius aliter supplent. Canterus τίς ἂν οὐκ εὔξαιτο. Porsonus τίς ἂν

οὖν εὔξαιτο. Ahrens. et Hermannus τίς ποτ' ἂν εὔξαιτο. Quodnam horum praeferendum sit, e sensu efficiendum. Si legatur τίς ἂν οὖν vel τίς ποτ' ἂν εὔξαιτο, sensus erit: *quis tandem gloriatur immoco se daemone natum esse* (h. e. stabili fortuna uti)? Hoc vero sensui, ut opinor, inconveniens est. Nam ex eo quod praecellens fortuna, qualis Agamemnonis, incerta sit, non potest colligi, nullam sortem, ne modicam quidem, stabilem esse; sed hoc tantum, nimiam felicitatem periculosam esse; potius ergo sectandam mediocritatem. Atque hoc ipsum dicit altera lectio: τίς ἂν οὐκ εὔξαιτο ἀσινεῖ δαίμονι φῦναι; *quis non optet sibi modicam fortunam?* Quare hanc praetuli. Particula οὐκ sequente syllaba εὐκ- (ΕΤΚΣΑΙΤΟ) facillime absorberi potuit.

Vs. 1232—34. Vulgo legitur:

ὤμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.

In hac moribundi hominis exclamatione mirifice languere istud ἔσω sensit Blomfieldius; et vere, ut opinor, quamvis dissentiant Palejus, Hermannus, alii. Duplici modo explicatur, vel *intus*, h. e. in aedibus ubi caedes perpetrabatur; sed hoc caesi hominis ore additum nimis friget quam ut probari queat: vel de vulnere *intra corpus* accepto; at hoc sensu ἔσω πέπληγμαι significaret ictum quo quis non *exstrinsecus* afficitur, sed *intus* sauciatur, ut in hoc Euripidis Rhes. 749: οἷα μ' ὀδύνη τείρει Φονίου τραύματος εἴσω, „quantus dolor me *intus* (in animo) cruciat." Cetera Euripidis exempla, quae cum hoc comparant, dissimilia esse legentibus apparebit: Or. 1472. Phoen. 1577. Hel. 356. El. 1222. Nam in omnibus his locis idem varie dicitur, nempe *ensem adigere* λαιμῶν εἴσω, ἔσω δέρας, εἴσω σαρκός, ἔσω διὰ σαρκός, *penitus in guttur, in cervices, in carnem*, quod aliud est quam si nude dicatur ἔσω πεπληγμένος. Recte igitur hoc improbavit Blomfieldius, sed medicinam attulit parum probabilem reponendo:

ὤμοι πέπληγμαι· καιρίαν πληγὴν ἔχω.

Pro ἔσω scribendum erat ἐγώ. ὤμοι sive οἴμοι ἐγώ, etiam non addito verbo, copulantur apud tragicos. Pronomen in fine versus cum emphasi positum, ut Prom. 246:

καὶ μὴν φίλοις ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ.

In proximo versu pro καιρίως scripsi

— τίς πληγὴν ἀϋτεῖ καιρίαν οὐτασμένος;

Respondet hoc praegresso πέπληγμαι καιρίαν πλαγήν, eique congruit sequens δευτέραν πεπληγμένος. Amant poëtae Graeci talem constructionem, qua idem casus tam ad verbum quam ad participium adjunctum referatur, ut saepius jam animadvertimus.

In sq. vs. virgula non ponenda post ὤμοι, ut in Franzii et Hermanni Editt. sed post πλῆθις, quo jungantur haec, ὤμοι μάλ' πλῆθις, ut recte Blomf. Cf. Choëph. 876. Soph. Oed. R. 1316.

Vs. 1235. Legebatur in libris

ἀλλὰ κοινωσώμεθ' ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα.

At κοινωσώμεθ' ἄν soloecum esse agnoscunt tantum non omnes. Plures prolatae sunt emendationes, quarum quaeque suum nacta est patronum; Blomfieldii haec: ἀλλὰ κοινωσαίμεθ' ἄν πῶς ἀσφαλῆ βουλεύματα (pro πῶς κοινωσαίμεθ' ἄν —); Transpositio particulae πῶς per se potest probari, ut in δόξει δὲ πῶς; Prom. 259, et similibus; atque πῶς ἄν *optandi* sensu tragicis frequentatur. Attamen hoc loco *hortandi* significatio, quae in conjunctivo inest, aptior. Altera emendatio quae Hermanno placet, jam prius a Wellauero Lex. s. v. κοινοῦν et a Palejo proposita, haec est: ἀλλὰ κοινωσώμεθ' ἅν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα, h. e. κοινωσώμεθα βουλεύματα, ἃ ἄν πως ἀσφαλῆ (‖). in qua tamen lectione nec junctura ἃ ἄν πως valde placet, et durior est ellipsis verbi, cujus num simile exemplum afferri possit valde dubito; certe quae hujus generis exempla a grammaticis citantur (Matthiaeo Gr. Gr. § 306, p. 608; Bernhardyo Synt. Gr. p. 331, et Schaefero ibi cit.) parum in hoc quadrant, ne ea quidem quae simillima videntur; ut hoc Iliad. ξ, vs. 376: ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος (‖), ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ, χείρονι φωτὶ δότω. vel hoc Eurip. Alc. 170: πάντας δὲ βωμοὺς, οἳ κατ' Ἀδμήτου δόμους (εἰσι), προσῄδε. In his enim dissimilis est verborum junctura. Nec magis conveniunt dicta, quale hoc Platonis de Rep. II, p. 370 E: ὁ διάκονος, μηδὲν ἄγων . . . ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία (εἴη), κενὸς ἅπεισιν. vel hoc Demosth. c. Mid. p. 529, 20: οἱ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ (εἴη), ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ. quae quantum ab illo discrepent, nemo attente legens non videat. Jure igitur Palejus hanc lectionem repudiavit, ipse legit: ἀλλὰ κοινωσώμεθ', ἤν πως, ἀσφαλῆ βουλεύματα. quod recepi, sed deleta virgula post ἤν πως, quo scribatur

ἀλλὰ κοινωσώμεθ', ἤν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα,

age consultemus, num forte tuta se offerant consilia. cf. Soph. Oed. Col. 1750: πέμψον, ἐάν πως διακωλύσωμεν. In tali constructione verbi ellipsis satis frequens. Aesch. Suppl. 736: περίφοβόν μ' ἔχει τάρβος, . . . φυγᾶς ὄφελος εἴ τι μοι. Soph. Oed. Col. 990: πυνθάνοι' ἂν, εἰ πατήρ σ' ὁ καίνων. El. 647: πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς, εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε;

Vs. 1242. Pro eo quod vulgo legebatur

ψηφίζομαί τι δρᾶν, τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή,

oppositio verborum δρᾶν et μὴ μέλλειν postulabat scribi quod in textu dedi: ψηφίζομαι· τὸ δρᾶν τι, μὴ μέλλειν δ' ἀκμή. Verbum ψηφίζομαι nude positum est idem quod ψῆφον φέρω.

Vs. 1245 sqq. Lectio τῆς μελλοῦς a Blomfieldio et Hermanno prolata temere spreta est ab Hartungio. Hermanno auctore recepi etiam πέδοι pro πέδον; etsi posterius tuetur Blomf. ut dictum pro κατὰ πέδον. Sed quod vs. 1248 τοῦ δρῶντος — περί, pro περὶ Hermannus conjecit πέρα, Vossius πάρος, alii alia, id non fecissent, si verborum juncturam habuissent perspectam.

Vs. 1251. βίον τείνοντες pro κτείνοντες Canteri emendatio est plerisque probata. βίον κτείνειν posset fortasse explicari quodammodo, interpretando *vitam dolore et taedio enecantes;* sed hoc sensu quominus, hic accipiatur obstat oppositum responsum ἀλλὰ καθανεῖν χρεών.

Vs. 1257. σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε μυθοῦσθαι πέρι.

Verbum inauditum μυθοῦσθαι non Aeschylo sed librarii incuriae deberi, nemo admonitus dubitaverit, etsi non animadvertit Blomf. Quod vero ex Ahrensii conjectura pro hoc Dindorfius, Hermannus, alii scripserunt θυμοῦσθαι, *irasci*, probare non potui. Ne dicam insolitam esse constructionem θυμοῦσθαι περί τινος; verbum hoc non convenit sensui. Respondet enim hoc praecedenti dicto: non ex incertis indiciis conjecturam faciendam esse. — „Sane, respondet alter, re explorata de his loqui decet." Ergo scribendum μυθεῖσθαι.

Vs. 1259. Ultimus colloquentium, ceteris auditis, haec addit, ut vulgo leguntur:

ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,
τρανῶς Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

Verbum πληθύνομαι interpretantur *(argumentorum) numero adducor ut* — sive, ut Hermannus, *undique conveniunt miki argumenta ut hanc sententiam probem.* Liberior sane est haec explicatio, quae certe non defenditur hoc Suppl. vs. 604: ἔνισπε δ' ἡμῖν — δήμου κρατοῦσα χεὶρ ὅπη πληθύνεται, h. e. *qua parte major sit suffragiorum numerus;* ibi de pluribus s. de multitudine, hic de uno ponitur. Credo poëtam scripsisse καρτύνομαι sive κρατύνομαι, quod facile permutatione literarum KAP et ΚΛΗ in πληθύνομαι depravari potuit: significat *undique convenientibus argumentis corroboror* s. *confirmor.* Hesychius: καρτύνεσθαι, ἀσφαλίζεσθαι, διϊσχυρίζεσθαι. κρατύνεσθαι, ὀχυροῦσθαι. κρατυνθέν . . . βεβαιωθέν. ἐκαρτύνοντο, ὠχυροῦντο. In sq. vs. verba κυροῦνθ' ὅπως mutavi in κυροῦντα πῶς. Interrogativum πῶς in fine poni potest, ut monitum modo p. 285, non ὅπως; hoc autem dictum est pro εἰδέναι πῶς κυρεῖ. Haud dissimilis constructio est vs. 1253: τίνος τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν, quod est idem atque τίς ὁ τελῶν sive τίς τελεῖ, οὐ ξυνῆκα.

Perpetrata caede prodit Clytaemnestra et, missa simulatione, facinore suo tanquam justo gloriatur hic verbis:

Vs. 1263. πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, Φίλοις
δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον
φράξειεν, ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος;

πῶς γάρ τις — φράξειεν (ἄν) hoc significat: *quomodo quis inimicis inimica parans, inevitabile iis malum struat,* quod idem est atque si dicas: *nullo modo quis inimicis inevitabile damnum struere queat;* quod sensui contrarium. Nonnulli, in his nuperrime Schoemannus, πῶς γὰρ ellipsi dictum volunt pro πῶς γὰρ ἄλλως —, quod idem est atque οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τις φράξειεν: *quonam alio modo* (nisi sicut ego feci, simulando nempe) *quis inimicis suis insuperabilem dolum struat?* Sed talis ellipsis, in aliis dictionibus, praesertim in οὐ γὰρ ἄν (Soph. Oed. T. 318. Aristoph. Plut. 437) usitata, in hac constructione πῶς γὰρ (ἄν) — non obtinet. Exempla, quibus Blomfield. ad Pers. 871 et Schneider. ad h. l. id probare studuerunt, dissimilia sunt, velut hoc Aeschyli Eum. 607: πῶς γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντὸς, ὦ μιαίφονε, ζωνῆς; *quomodo illa in sinu te aluit?* np. *si non mater tua esset:* ubi valde dissimilis est constructio. πῶς γὰρ ἂν cum aoristo optativi admodum frequentatum est et semper usurpatur de re quam vel fieri optes, vel factum iri aut fieri posse neges. Quare haec explicatio admitti nequit. Hermannus pro πῶς γάρ τις edi-

dit, quod et aliis et mihi ipsi in mentem venerat, πᾶς γάρ τις — ἀρκύστατ' ἂν φράξειεν, quod sane bonum efficit sensum. Magis tamen placet, quae et minimum a vulgata recedit, emendatio Hartungii: πῶς γάρ τις . . . ἀρκύστατ' οὐ φράξειεν; optativus sine ἂν hic plane aptus: „quem non *credas* id facturum?" Cf. Suppl. 727: ἴσως γὰρ ἤ κῦρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι, pro quo non est cur cum Hermanno scribatur ἴσως γὰρ ἂν κῆρυξ κτέ. — πτμονῆς ἀρκύστατον s. ἀρκύστατα Aeschyleae dictioni plane conveniens. cf. vs. 360: μέγα δουλείας γάγγαμον ἄτης. Prom. 1078: ἀπέραντον δίκτυον ἄτης.

Ceterum pro κρεῖσσον potius legendum duxi κρείσσον', quamquam secus sentiente Hermanno, qui ὕψος κρεῖσσον jungi vult eum φράξειεν, tanquam accusativum modi verbo additum, idque magis poëticum habet quam alterum, ἀρκύστατα — ὕψος κρείσσον' ἐκπήδήματος. Insolentius illud dictum esse fateor, num rectius, valde dubito; vocabula ὕψος, βάθος, μῆκος, πλῆθος, μέγεθος, alia ejusmodi tam a poëtis quam scriptoribus solent adjectivis addi. κρείσσονα ὕψος est pro uno vocabulo ὑψηλότερα; hoc igitur recipiendum duxi.

Vs. 1266. Libri sic:

ἐμοὶ δ' ἀγὼν δδ' οὐκ ἀφρόντιστος πάλαι
νίκης παλαιᾶς ἦλθε σὺν χρόνῳ γε μήν.

ἀγὼν νίκης παλαιᾶς nihil aliud dici potest nisi *certamen in quo quis olim vicerit;* quod hic plane alienum. Plurimi interpretes cum Wellauero receperunt Heathii conjecturam νείκης pro νίκης. νείκη est idem quod νεῖκος, similiter formatum ut ἄνθη, αὔξη, βλάστη, καύχη, μάθη, alia: vid. Hemst. ad Thom. Mag. p. 127. Etymologo et Suidae νείκη est idem quod φιλονεικία. In verbo igitur nulla difficultas, sed sensui minus satisfacit: non enim erat ἀγὼν φιλονεικίας, sed e Clytaemnestrae sententia Agamemnonis caedes erat justa vindicta: hoc certe colore defendit factum. Hanc ob rem aptius est quod conjecit Pauwius δίκης. Tamen ita nondum sanata est sententia. Quem enim non offendit iteratum ἀφρόντιστος πάλαι δίκης παλαιᾶς; tum ambigua constructio genitivi, sive νείκης sive δίκης legas, quem alii ab ἀγών, alii ab ἀφρόντιστος suspensum faciunt; postremo frigidum istud γε μήν, quod in hac verborum junctura non melius est quam si latine diceres: *certamen hoc diu meditatum venit tempore* (sive *aliquando) tamen.* Itaque tam verba quam sensus postulare mihi visa sunt hanc lectionem:

δίκης τελείας ἦλθε τὸν χρόνῳ γέμων.

Cf. supra vs. 577: τοιόςδε κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων. Plato Legg. I. p. 649 D: μελετᾶν ὡς ἥκιστα εἶναι ἀναισχύντους τε καὶ θρασύτητος γέμοντας. Quod ad sententiam cf. vs. 1432: μὰ τὴν τελείαν τῆς ἐμῆς παιδὸς δίκην κτέ.

Vs. 1273 sq. Pro δυοῖν οἰμώγμασι Hermannus, auctore Elmslejo, ex Atticorum usu legit δυοῖν οἰμωγμάτοιν. Pro μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα multi αὐτοῦ. Neutra harum conjecturarum improbabilis, nec tamen satis certa.

Vs. 1277 in libris sic legitur:

οὕτω τὸν αὐτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσών.

Jure vero Herm. miratur neminem interpretum, ne Porsonum quidem, illud ὁρμαίνει obelo notasse. Numquam ὁρμαίνειν activa vi pro *concito* vel *cito emitto* ponitur; exempla Pindari et Bacchylidis, quibus id ostendere conati sunt Parisienses Steph. Thes. Editores, male ab iis intellecta sunt. Neque magis ὁρμαίνειν τὸν αὐτοῦ θυμόν dici licuit pro ὁρμαίνειν κατὰ θυμόν *animo aestuare*, ut accipiebat Blomfieldius; ne ipsum quidem ὁρμᾶν vel ὁρμαίνειν in moribundum et trepidantem quadrat. Sensus postulat dici, ut Hermannus bene animadvertit, „animam *evomit*:" itaque reposuit ὀρυγάνει (in textu legitur ὀρυγαίνει), ductum e glossa Hesychii ὀρυγάνει, ἐρεύγεται. Insolita quidem verbi forma primo aliquid scrupuli mihi injecit: dubitabam num forte corruptum esset ex ἐρυγάνει sive ἐρυγγάνει, quod posterius Atticis usitatum est; sed pepulit hanc dubitationem quod Aeschylus rariores formas amat, et cognatum huic videtur quod apud eundem Hesychium exstat, ὄρυγμος, βρυχόμενος, pro quo vel scribendum ὀρυγμός, βρυχμός, vel ὀρυγόμενος, βρυχόμενος, dictum de sono quam quis *eructatur*. Hartungius conjecit θυμὸν ὥρμαιν' ἐκπνέων. At imperfectum respuit junctura; recepi vero 'κπνέων pro πεσών. Hoc enim ineptum, languidum certe, postquam praecessit πεπτωκότι τρίτην ἐπενδίδωμι. Eadem verba confusa vs. 187 (164). Similis color est in his vss. Sophoclis Ant. 1224:

καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.

quo tamen loco abusus est Hartungius, quum in Aeschylo pro αἵματος σφαγὴν reposuit αἵματος πνοήν. Proximi versus pulcra Porsoni emendatione διοςδότῳ γάνει sanati sunt.

Vs. 1283 scripsi *χαίροιτ' ἂν ἤ χαίροιτ'*, pro *εἰ χαίροιτ'*, de quo monitum supra ad vs. 946, Comment. p. 245 sq. Cf. Eurip. Iph. Aul. 649: *ἰδοὺ, γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν, τέκνον.* Quae vero deinceps sequuntur medelae aliquid exspectabant:

Vs. 1284. *εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥςτ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,*
τάδ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν.
τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε
πλήσας ἀραίων, αὐτὸς ἐκπίνει μολών.

πρεπόντων ἦν pro *πρέπον ἦν* recte improbatum est criticis: nam neque apud antiquiores Atticos reperitur, et apud recentiores, ut Demosthenem, semper additur articulus: *ἔστι τῶν καλῶν, τῶν ἀδίκων.* Matth. Gr. Gr. § 322, 2. Schaef. Appar. Demosth. III. p. 69. Neque *πρεπόντων* masculino genere accipi potest: ita enim significaret: *si esset eorum quos decet libare super mortuum;* quod est idem atque: *si deceret eos quos decet* — quod absurde dictum. Stanlejus correxit *πρεπόντως*, quod plures probarunt, hac constructione: *εἰ δ' ἦν ὥστε πρεπόντως ἐπισπένδειν νεκρῷ.* At non quaeritur, num libatio fieri possit decenter vel indecenter, sed num deceat libare. Et tantum abest ut illud *πρεπόντως* respondeat sequenti *δικαίως*, uti Palejo videtur, ut potius repugnet. Nam posterius hoc membrum priori convenienter ita supplendum foret: *τάδε ἂν δικαίως ἦν ἐπισπένδειν πρεπόντως.* Unde lectionis hujus perversitas clare apparet. Hermanni conjectura, *εἰ δ' ἦν πρέπον τῷδ' ὥςτ' ἐπισπένδειν νεκρῷ*, non satisfacit. Corrigendum potius putavi sic:

εἰ δ' ἦν πρέπον τόδ', ὥςτ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,
τῷδ' ἂν δικαίως ἦν.

τόδε ita usitate additur, eoque addito recte sequitur *ὥςτε*. Cf. hujus fab. vs. 832. vs. 1665: *οὐκ ἂν Ἀργείων τόδ' εἴη, φῶτα προςσαίνειν κακόν.* Pers. 723: *καὶ τόδ' ἐξέπραξεν, ὥςτε Βόσπορον κλεῖσαι μέγαν.* — In altero membro *τῷδ' ἂν* pro *τάδ' ἂν* est manifesta Tyrwhitti emendatio, recepta Franzio. Ceterum post *ὑπερδίκως μὲν οὖν* colon sustuli, quippe quod melius jungatur cum sqq. „Si deceret in mortuum libare, in hunc deceret; summo *certe* (*μὲν οὖν*) jure quae ipse miscuit mala ipse exhausit."

Vs. 1296. Chori versus sic turpiter deformati legebantur:

τί κακὸν . . . πασαμένα . . .
τόδ' ἐπέθου θύος δημοθρόους τ' ἀράς;
ἀπέδικες, ἀπέταμες· ἄπολις δ' ἔσῃ,
μῖσος ὁμβριμον ἀστοῖς.

Verba τόδ' ἐπέθου θύος interpretabantur alii: *hoc facinus aggressa es;* alii, *tibi hocce thus imposuisti*, tanquam victimae mox ob scelera mactandae. Posterius probat Hermannus, qui deinceps cum Bothio δημοθρόους ἀρὰς jungit cum ἀπέδικες, sic legens:

τόδ' ἐπέθου θύος, δημοθρόους τ' ἀρὰς
ἀπέδικες ἀποτόμως;

et populi diras contempsisti praefracte. Prior explicatio probari nequit, quia *rem aggredi* graece non dicitur ἐπιτίθεσθαι ἔργον, sed ἔργῳ; cum accusativo junctum h. v. semper significat *imponere*, *infligere*, *incutere* damnum alicui aut simile quid. Posterior interpretatio pluribus laborat vitiis: primum quod inepte hoc dictum esset; deinde quod θύος apud antiquiores non significat *thus*, sed *sacrificium;* etiam in loco Aeschyli quem adhibent, Eum. 835 ἀκροθίνια θύη πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους, intell. *primitiae;* denique quod victimae immolandae non imponebatur *thus*, sed ὀλαὶ sive *mola salsa;* thus, λιβανωτός, ad suffimentum adhibitum, sive sola per se fieret suffitio sive victimarum sacrificiis adderetur. Vid. Aristoph. Ran. 871. Antiph. apud Porph. de abst. II, 17, in Meinekii Fragm. Poët. Com. Vol. III, p. 89 sq. Alia igitur via erat ineunda. τόδε θύος (δεικτικῶς enuntiatum) manifesto spectat ad caesum Agamemnonem; caedem vocat θύος, ut supra vs. 1235. Legatur ergo:

τόδε τ' ἔθου θύος δημοθρόους τ' ἀράς,

h. e. *et caedem hanc perpetrasti et populi diras excitasti;* auctor exstitisti et caedis et dirarum quae inde sequentur. Hoc sensu θέσθαι satis usitatum. Pers. 1004: ἰὼ ἰὼ δαίμονες, ἔθεσθ' ἄελπτον κακόν. Soph. Oed. Col. 541: δύστανε, τί γάρ; ἔθου φόνον . . . πατρός; Junctura ἀρὰς ἀπέδικες probari nequit, quod nec ἀποδικεῖν ita simpliciter pro *contemnere* sive *negligere* poni potest neque sensus conveniens est: Chorus enim Clytaemnestrae publicam exsecrationem minatur, ut ex ipsius responso intelligitur. Jam manifestum est, verba ἀπέδικες, ἀπέταμες corrupta esse, e quibus probabilem elicere sensum nulli contigit. Mutes literam ε in ο, et vera, puto, poëtae manus elucescet, quae haec fuit:

ἀπόδικος, ἀπότιμος, ἄπολις δ' ἔσει —

Optime haec tria quadrant in sceleratum et infamem: *exsors* τῶν δικῶν, τῶν τιμῶν, τῆς πόλεως — ἀπότιμος habet etiam Sophocles;

ἀπόδικος etsi alibi non occurrat, tamen satis firmatur magno ejusmodi compositorum numero, in quibus nonnulla etiam sunt ἅπαξ λεγόμενα, ut ἀπόδειπνος, ἀπόδημος, ἀπόθεος, ἀπόξενος, ἀπόπτολις, ἀπόσιτος, alia. Ita metrum quoque optime se habet; efficiuntur duo dochmii; neque opus est vocabulum ἄπολις, ut plurimi interpretes fecerunt, in ἀπόπολις mutari.

Vs. 1304. οὐδὲν τόδ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων.

Pro τόδε multi cum Is. Vossio et Stanleio scripsere τότ', quod exemplis confirmavit Blomfieldius, ostendens saepius opponi τότε et νῦν, *olim — nunc*. Illud male defensum a Wellauero, qui perperam interpretatus erat *nihil ejusmodi*, restituit tamen Hermannus, οὐδὲν τόδε explicans *non hoc:* „illud *hoc* autem (dicit) explicatur iis quae sequuntur." Aliud agens haec scripsit vir doctus: nam iis quae sequuntur non explicatur illud τόδε, quod spectat ad exprobrationem quam olim Agamemnon meruisset, sed exponitur ipsum Agamemnonis factum, ad quod illud τόδε referri nequit.

Vs. 1308. Pro ἐπῳδὸν θρηκίων ἀημάτων scripsi ἐπῳδήν. Est hoc epexegesis verborum ἔθυσεν αὑτοῦ παῖδα. Non enim *virgo* erat ἐπῳδός, sed *immolatio virginis* ἐπῳδὴ ἀημάτων. Constructio haec Aeschylo valde frequens. Geminum plane hocce vs. 225: ἔτλα δ' οὖν θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς, γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγὰν καὶ προτέλεια ναῶν. et quod mox sequitur μιασμάτων ἄποινα.

Deinde Chori minis minas reponit:

Vs. 1311. λέγω δέ σοι
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης
ἐκ τῶν ὁμοίων κτἑ.

Sic libri hoc versus legunt, in quibus interpungendis et explicandis multa turbarunt interpretes, parum lucis attulit Hermanni interpretatio. Secutus sum Butlerum et Schützium, pro παρεσκευασμένης ἐκ τῶν ὁμοίων legentes παρεσκευασμένη σ' ἐκ τῶν ὁμοίων, transposito tamen σε, unde haec existit sententia: *dico tibi, talia te mihi minari ut paratae pari conditione (tecum agere).* Chorus nempe prior minatus erat Reginae; haec respondet, qua conditione has minas accipiat, scil. ὡς παρεσκευασμένη ἐκ τῶν ὁμοίων supple δρᾶν. Jam facile apparet, minus congruum esse verba sic interpungere, ut facit Hermannus: λέγω δέ σοι τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, *jubeo te talia minari;* minatus jam erat Chorus, quum modo exsilium Clytaemnestrae intentaret, quo spectat

τοιαῦτα; Regina his minis respondet. Forsitan posset servari παρεσκευασμένης, ut genitivus absolutus; sed cum durior est haec constructio, tum obscurius omissum σ', quare illa tam lenis correctio omnino probanda mihi videtur. Deinde ad illud ἐκ τῶν ὁμοίων additur qualis sit illa conditio; est bipartita: alterum est χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ ἄρχειν, suppl. σε, quod addi non opus, quia masculinum genus satis indicat ad unum Chorum id posse referri; alterum ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κτἑ. h. e. *si ego vicero, te ad officium redigam.*

Vs. 1319. Librorum lectio omni carens sensu haec est:

λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος εὖ πρέπει
ἀντίετον ἔτι σὲ χρὴ στερομέναν φίλων
τύμμα τύμμα(τι) τῖσαι.

quae partim interpunctione partim emendatione erat sananda. Pro εὖ πρέπει jam Auratus et Canterus correxere ἐμπρέπει, quod plures receperunt. Pro ἀντίετον autem metrum poscit vel ἄτιτον vel ἀτίετ', h. e. ἀτίετα (adverbii loco); hoc, quod Bothius conjecit, probabilius, quia ἀτίετος saepius usurpat Aeschylus eaque forma doctior est quam quae librariis tribuatur. Sed colon, quod plerique ponunt post ἀτίετον, posui post ἐμπρέπει; idem factum video a Schneidero. ἀτίετος apud Aeschylum significat *inhonoratus*, idque, sive adjectivum sive adverbium scribatur, cum proximo στερομέναν φίλων unice congruit. Etiamsi vero pro *inultus* accipiatur, ne vel sic quidem praecedentibus verbis, λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος ἐμπρέπει, commode addatur. Accedit quod in vulgari interpunctione particula ἔτι minus apte in principio posita erat. Hermannus sic legit: ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται, λίπος ἐπ' ὀμμάτων αἵματος ἐμπρέπειν ἀτίετον. ἔτι σὲ χρὴ — quae ita explicat: „*sicut furibunda sanguineam fortunam expetis, adspersam oculis sanguinis guttam inultam conspici: aliquando te oportebit orbatam amicis ictum ictu luere*, i. e. sicut expetis caedem, habebis prouti merita es." Spissae tenebrae. Manifestum tamen, Hermannum verba φρὴν ἐπιμαίνεται φονολιβεῖ τύχᾳ male intellexisse, quae hoc significant: *mens tua ut post peractam caedem furit*, h. e. perpetrata caedes, ut par est, in furorem te egit. Infinitivus autem ἐμπρέπειν nihil habet unde pendeat. Pro λίπος autem λίβος scribi maluit Casaubonus. Discrimen hoc est: λίβος a λείβειν dicitur *gutta* manans ex oculis, unde λίβη (τὰ) pro *lacrimis* in Choëph.

441. λίπος est *macula* adipis instar *inuncta* s. *illita* faciei. Posterius hic magis aptum.

Vs. 1322. Clytaemnestra in libris sic loquitur:

καὶ τήνδ' ἀκούεις ὁρκίων ἐμῶν θέμιν·
μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην,
Ἄτην Ἐρινύν θ', αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγώ,
οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖ κτέ.

In hac librorum lectione sunt quaedam mendae quae fugerunt interpretes. Primum miror neminem offendisse in illo ὁρκίων ἐμῶν θέμιν. Θέμις vel persona est vel significat *jus*, *fas*, et quod *jure constitutum* est; hoc loco explicant fidem juramenti, quippe quod *certum fixumque* sit. Sed jusjurandum quamvis certum non ideo est θέμις, immo potest esse ἀθέμιστον. Pro θέμιν legendum θέσιν, quod jam conjecisse video Hauptium. Ὁρκίων θέσις dicitur ut ὅρκους θέσθαι infra vs. 1570. Eum. 898: καί μοι ἐγγύην δήσει. Vocabulum θέσις poëtis aeque ac scriptoribus usitatum.

Deinde ambigitur, utrum post Ἄτην inserenda sit copula, quo legatur Δίκην Ἄτην τ' Ἐρινύν θ', ut proposuit Butlerus, an omittenda, ut in libris. Posterius ne quis sic defendat ut Bothius, verba ita construens: μὰ τὴν Ἄτην τὴν τέλειον δίκην τῆς ἐμῆς παιδός, quod dictum sit pro τέλειον δίκης *(per Noxam quae exigit vindictam* sive *poenam filiae meae)*; in quo non unum est peccatum: primum τέλειος epitheton semper nude ponitur; deinde τέλειος δίκην pro δίκης nullo idoneo exemplo probatur, de quo diximus in Comment. ad vs. 101, p. 133; denique junctura non sinit τέλειον a δίκην divelli. Discrimen in hoc positum est: si omissa copula legitur Δίκην, Ἄτην Ἐρινύν τε, — duo posteriora appositione vocabulo Δίκη adduntur, sicut ex. gr. Sept. adv. Th. 70 Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρός. ibid. 976 Οἰδίπου σκιὰ μέλαιν' Ἐρινύς. Si inseritur τε, tria haec tanquam cognata conjunguntur. Posterius in hac vocabulorum junctura unice probandum, et sic usitate junguntur, ut Eum. 511: ὦ δίκα, ὦ θρόνοι τ' Ἐρινύων. Soph. Trach. 806: πολύμοις Δίκη Ἐρινύς τε. Aj. 1389: Ὀλύμπου πατὴρ μνήμων τ' Ἐρινὺς καὶ τελεσφόρος Δίκη. Pro τέλειον scripsi τελείαν, qui est constans usus, a quo metri tantum gratia disceditur.

Ultimum versum corruptum esse agnoverunt Auratus et Hermannus; ineptum est enim quod dicitur ἐλπὶς *intrare in domum* φόβου. Vict. lectio pro ἐμπατεῖ praebentis ἐμπατεῖν caret sensu; hinc autem Herm. collegit legendum esse: οὔ μοι φόβον μέλαθρ'

ἂν ἐλπὶς ἐμπατεῖν, non spes mihi est timorem in domum meam ingressurum esse. Conjectura speciosa sane, at tamen propius considerantibus vix placitura. *Spes*, (*ἐλπὶς*) hic pro *metu* positum: est igitur, variatis vocabulis, idem ac si diceretur: *οὔ μοι φόβος, μέλαθρα ἂν ἐμπατεῖν φόβον, non est mihi metus, ne timor me invadat:* quae est periphrasis certe frigida. Neque probabilius est quod Auratus pro *φόβον* conjecit *φόνον*. Vitium inerat potius in voce *ἐλπίς*, pro quo scripsi

οὔ μοι φόβος μελάθρων ἐντὸς ἐμπατεῖ.

Figurate *φόβος* dicitur *intra aedes ambulare* sicut *adstare lecto* (*παραστατεῖν*) dicitur supra vs. 14, ne alia similia conferam. *ἐμπατεῖν* eodem significatu quo *ἐμβαίνειν*, *ἐμβατεύειν*. — *ἐντὸς* et *ἐλπὶς* ob similitudinem literarum ENT et ΕΛΠ facillime permutata. *μελάθρων* ideo quoque probabilius quam *μέλαθρον*, quia hoc sing. num. extra chorica carmina vix obvium est.

Deinde mortuis insultans dicit:

Vs. 1329. *κεῖται γυναικὸς τῆςδε λυμαντήριος,*
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ.

Ad haec verba Hermannus: „quis, inquit, qui non omni aptae orationis sensu distitutus sit, Agamemnonem isto adjectivo *λυμαντήριος* recte designari credet?" Quare certum habet „excidisse aut ante hunc versum alium versum, in quo nomen aliquod substantivum fuerit, aut post eum." Atqui ante hunc versus excidisse nullus potuit, quia *κεῖται* cum emphasi in principio sententiae positum est, nec post eum excidisse aliquem versum, qualem ex. gr. Hermannus putat:

κεῖται γυναικὸς τῆςδε λυμαντήριος
ἀνήρ, θυγατρὸς τῆς ἐμῆς φονεὺς ὅδε,
Χρυσηΐδων μείλιγμα —

probabile est: eo enim inserto vis verborum debilitatur potius quam augetur. Neque *λυμαντήριος* eget pronomine *ὅδε*; ipso enim verbo *κεῖται* diserte significatur ille, cujus jacentis corpus digito monstrat; *λυμαντήριος* autem hic pro substantivo *λυμαντήρ* positum, ut *ἀλιτήριος* apud Aeschinem in Ctes. p. 72, § 131: *τίνος οὖν ζημίας ἄξιος εἶ τυχεῖν, ὦ τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριε*; quare articulo non eget.

Majore jure Bothius offendit in proximis versibus:

ἦ τ' αἰχμάλωτος ἥδε καὶ τερασκόπος

καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος
πιστὴ ξύνευνος, ναυτίλων δὲ σελμάτων
ἰστοτριβής.

Alterum horum versuum καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος ut ταυτολόγον uncinis inclusit. Inest sane tautologia, si verba sic copulantur, ut fit in libris: τερασκόπος καὶ κοινόλεκτρος τοῦδε θεσφατηλόγος πιστὴ ξύνευνος, quo adjectiva illa cuncta tanquam praedicata vocabulo ξύνευνος adduntur. Sed haec leniore remedio quam obelo tolli potest, si nempe pro καὶ κοινόλεκτρος scribatur ἡ κοινόλεκτρος, ut in textu feci.

Pro librorum lect. ἰστοτρίβης jure receptum ἰσοτριβής, quod tamen multi male fecerunt paroxytonon (ἰσοτρίβης), quasi esset substantivum ut οἰκοτρίβης, παιδοτρίβης, ναυβάτης. Hermannus non intellectis his verbis conjecit ναυτίλοις δὲ σελμάτων ἰσοτριβής, *nautis aeque cum transtris trita*, quo vulgare scortum significaretur. Hoc vero modum excederet. Clytaemnestra Cassandram tantum detestatur ut concubinam mariti.

Vs. 1337 sic legitur:

κεῖται φιλήτωρ τοῦδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν
εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

Lepidum est commentum Hermanni, qui e scholiastae explicatione ἐκ ψυχῆς φιλουμένη τῷ Ἀγαμέμνονι effecit, hunc φιλήτωρ habuisse pro composito ex φίλος (s. φιλεῖν) et ἦτορ et legisse φιλήτωρ τῷδε, idque recepit. Quod imperitus scholiasta ita legerit, non repugno; sed Hermannus certe novitatis studio deceptus est, quum hoc probaret, non reputans ex linguae lege φιλήτωρ, si ita compositum esset, non significare idem quod φιλούμενος sed φιλῶν τὸ ἦτορ, non *dilectum* s. *carum cordi*, sed *amantem cor*. Recte Hesychius φιλήτωρ, ἐραστής. De femina hoc dictum sicut supra vs. 1231 θῆλυς ἄρσενος φονεύς.

Quid vero significet εὐνῆς παροψώνημα, difficile dictu. Wellauerus intelligit gaudium ex Cassandrae morte (εὐνῆς), quod ad priorem laetitiam accedat; Palejus, additamentum adulterii. Prior interpretatio verbis, posterior Clytaemnestrae sensui incongrua. Critici varias tentarunt correctiones, quas merito rejecit Hermannus; ipse εὐνῆς mutavit in εὐχῆς, *voti*, nempe quod ipsi contigisset Agamemnonem interficere. At quod aliquis adeptus est, id non amplius est *votum;* adde quod vocabulo εὐχῆς parum apte adjiciatur alterum χλιδῆς. Lingua et sensus postulant, ni fallor, legi

θοίνης παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.

Agamemnonis nex erat ipsi θοίνη, *dapes*, cui tanquam παροψίς, *bellaria*, accedebat caedes Cassandrae. Ambo autem haec vocabula θοίνης παροψώνημα efficiunt unam notionem, et hinc recte additus est alter genitivus τῆς ἐμῆς χλιδῆς, paropsis *gaudii et voluptatis meae*, qua voluptas mea satiatur. Vitium facile explicatur eo quod vocabuli θοίνης initialis litera Θ ob similitudinem sequentis Ο esset obscurata, unde legeretur οινης, quod deinde in ενης mutatum.

Vs. 1339. Carminis hujus Chorum inter et Clytaemnestram cantati quae sit descriptio, declaravit imprimis Hermannus in Doct. Metr. cujus rationem Wellauerus, Franzius, Dindorfius aliique sunt secuti; discedunt vero ab illo Angli interpretes, praecipue Blomfieldius, cujus tamen descriptio vel ideo Hermannianae postponenda mihi videtur, quod necesse illi fuit, symmetriae servandae gratia, quatuor integras antistrophas quae nullo in libro scriptae sunt in auxilium adhibere; quarum duas quidem repetendis stropharum verbis lucratus est, sed, ut jure animadvertit Hermannus, lucrum illud damnosum est carmini. In hoc vero ultra quam probabile est processit Hermannus, quod in Editione decem strophas, quibus choricum hoc carmen constat, in quatuordecim partes divisit, quarum quatuor Choro assignat, decem vero partitur inter quinque ζυγὰ ternorum cantorum singula, in quae Chorus esset divisus. Cui distributioni vel hoc obstare mihi videtur, quod ita strophas in partes nimis inaequales divisit et versus arte cohaerentes discidit. Praeterea lacunam quinque versuum ponit in stropha secunda post verba νῦν δὲ τελείαν vs. 1348, et versus sic partitur:

Ζυγός. ἰὼ ἰώ, παράνους Ἑλένα,
μία τὰς πολλὰς, τὰς πάνυ πολλὰς
ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ,
νῦν δὲ τελείαν . . .
. . . . . .

Χορός. ἦ πολύμναστον ἐπηνθίσω αἶμ' ἄνιπτον
ἥτις ἦν κτέ.

ut tali modo haec respondeant antistrophae vs. 1421 sqq. huj. Ed. Si vero probabilius est, quod mihi ostendisse visus sum, non in stropha quinque versus excidisse, sed in antistropha totidem insertos esse, tota illa descriptio corruit. Quis enim credat anti-

stropham hanc sic dissectam fuisse:

Χορός. ἰὼ γᾶ γᾶ, εἴϑε μ' ἐδέξω
πρὶν τόνδ' ἐπιδεῖν ἀργυροτοίχου
δροίτας κατέχοντα χαμεύναν.
τίς ὁ θάψων νιν, τίς ὁ θρηνήσων;

Ζυγός. τίς δ' ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ
ξὺν δακρύοις ἱάπτων
ἀλαθείᾳ φρενῶν πονήσει;

Ceterum si cui probabilius videatur decem cantici strophas non inter Hemichoria et Chorum, sed inter quinque Chori ζυγὰ s. ordines dividi, non repugnabo.

Vs. 1339 sqq. et 1358 sqq. Stropha incipiens verbis φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει κτἑ. et antistropha δαΐμον ὃς ἐμπίτνεις κτἑ. ut in libris leguntur, non ad amussim conveniunt metro. Ut ambae in concentum redigantur, in antistropha pro ἐμπίπτεις Canterus correxit ἐμπίτνεις (⏑ ⏑ –), pro διφυεῖσι Hermannus διφυίοισι, pro καρδίᾳ δηκτὸν Abreschius καρδιόδηκτον. Haec tam aperta sunt ut nulla commendatione egeant. Praeterea in stropha aeque molestum est καὶ ante πολλὰ τλάντος atque in antistropha vitiosum μοι ante κόρακος. Ambas has voces sibi respondentes recte delevit Franzius. Non enim copulantur δαμέντος καὶ πολλὰ τλάντος, *custode domito et multa passo* cet., sed alterum alteri additur, hoc sensu: *domito custode, qui multa passus est propter mulierem* (Helenam), *idemque per mulierem* (Clytaemnestram) *vitam amisit.*

Ambo ultimi utriusque strophae versus pede discrepant:

vs. 1244. πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθισεν βίον.
vs. 1363. ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται.

Manifestum credo βίον delendum esse, ut additamentum grammatistae, quem fugeret ἀποφθίνειν etiam intransitive poni pro *perire.* Ne rectum quidem h. l. esset ἀποφθίνειν βίον, *vitam perdere*, quippe quod de *occisore* dicatur, non de *occiso.* Quamobrem valde miror, plerosque interpretes, excepto Butlero et Hartungio, maluisse versui antistrophico ὕμνον ὑμνεῖν ἐπεύχεται inutile aliquod vocabulum addere, quam illud delere.

In antistropha laborat item illud κράτος ἰσόψυχον: pro hoc et metrum requirit vocabulum a consonante incipiens, quo praecedens syllaba producatur, et sensus aliud praedicatum flagitat. Namque par illud mulierum, Clytaemnestra et Helena, quamvis ambae

sceleratae, uon tamen erant *ἰσόψυχοι, pares animo;* minus etiam apte et obscurius alii explicant *(mulierum imperium) animo* sive *robore par viris*, np. *geminis Atridis.* Non igitur satisfacit Hermanni conjectura plerisque recepta, *κράτος τ' ἰσόψυχον*; immo inserta copula turbat etiam verborum constructionem. Hartungii *ἐσόψηφον* ne congruit quidem in mulierem quae sola pro arbitrio imperare studebat. Scribatur potius *κράτος θρασύψυχον . . . κρατύνεις*, „Daemon qui in geminos Atridas incumbis, *audax et superbum imperium per mulieres intolerabile mihi exerces:*" h. e. Atridarum regnum superbo mulierum imperio (Clytaemnestrae et Helenae) permittis.

Superest aliquid difficultatis in strophae vs. 1340:

μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐφ' ἡμῖν
Μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον —

ἐφ' ἡμῖν pro *ἐν ἡμῖν* est vera emendatio Hermanni: *ἐν ἡμῖν* significat *inter nos.* Sed haereo in *τὸν αἰεί*, non quod negem recte dictum esse *αἰεὶ ἀτέλευτος*, sed in tali structura verba haec arcte copulari solent, non, ut h. l. fit, interpositis verbis disjungi: sic dicitur *αἰεὶ ἀθάνατος, ἔμπεδον αἰεί, τὸν ἄπαυστον αἰεὶ ἐμοὶ (ἄταν)* Soph. Ai. 1166. *ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν* Oed. R. 905. Nemo autem facile *τὸν αἰεὶ* dictum volet pro *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον.* Hinc conjeci poëtam scripsisse *τὸν Ἅιδου (ἀτέλευτον ὕπνον)*: similitudo initialium facile hunc errorem parere potuit; alioquin jungendum erit *τὸν αἰεὶ ὕπνον (τὸν) ἀτέλευτον*, cui aliquatenus simile hoc Soph. Oed. C. 1698: *ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος.* Quare *ἐπέχω.*

Denique in hoc antistrophae versu:

ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν
κόρακος ἐχθροῦ σταθεὶς —

pro *σταθεὶς* Schützius et deinceps plerique editores, etiam Hermannus, scripsere *σταθεῖσ'*, arbitrati nimirum *stantem super corpore* neminem intelligi posse nisi Clytaemnestram. Attamen transitus a daemone ad reginam, non nominata persona, ferri nequit; junctura solum admittit *σταθείς*, quod scholiasta quoque legit. Ceterum quamquam illud *ἐπὶ σώματος σταθεὶς* explicari potest (cf. Annot.) tamen imagini aptior, opinor, erit si pro hoc legatur *ἐπὶ δώματος' σταθείς.* Nam cornix super tecto vel in arbore sedens futura praecinit, ut est apud Hesiodum Ἔργ. 747:

μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.

Virgil. Ecl. IX, 15:

„Quod nisi me —
„ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix."

et malus genius domui incumbens optime fingitur tecto insidere, sicut supra de Furiis dicitur vs. 1191:

ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι.

Infelix in hoc loco emendando fuit Hermannus, legens scilicet ἐπὶ δὲ σώματος δίκαν κήρυκος ἐχθροῦ σταθεῖσ' —

Vs. 1345—1349. In initio hujus strophae παράνους pro παρανόμους est verissima emendatio Hermanni. Vitium natum ex scriptoris negligentia, qua tot verba in Aeschylo depravata sunt: simile exemplum est infra in eadem hac stropha, in verbis δι' αἷμα et ἔρις ἐρίδματος. Ceterum quum stropha haec versuum numero non concinat cum antistropha vs. 1421, ἰὼ γᾶ γᾶ κτέ. interpretes hic lacunam posuerunt quinque versuum; ego contra totidem versus antistrophae ut spurios delendos putavi, ut in hac stropha non nisi pauca verba desiderentur, nempe in his versibus:

νῦν δὲ τελείαν (– ⏑ ⏑ – –)
(–) πολύμναστον ἐπηνθίσω αἷμ' ἄνιπτον.

Quod in postremo hoc versu libri habent δι' αἷμα sive ΔΙΑΙΜΑ, vitium hoc e temere repetita syllaba AI natum videtur. Primae autem versus syllabae jacturam Hermannus resarsit inserendo ἦ; malui φεῦ. Versum qui praecedit supplevi e conjectura addendo τοῖσδε μελάθροις; potuit pro hoc etiam aliud quid scriptum esse, ex. gr. hocce:

νῦν δὲ τελείαν τήνδ' ἐπιθύσας —

sed illud praetuli, quia verbo ἐπήνθισας apte dativus additus videbatur. Pro τελείαν scripsi τέλειον, quod aeque ac πολύμναστον ad αἷμα referatur; amat Aeschylus geminare epitheta. Denique ἐπηνθίσω mutavi in ἐπήνθισας, quum activum et sensui aptius videatur et alibi quoque ab Aeschylo usurpatum sit. Ad sententiam horum versuum nihil est quod requiratur: *Eheu, demens Helena, quae una tot animas sub Ilio perdidisti, nunc vero ultimam huic domui non obliviscendam, eheu, cladem adjecisti.*

Postremi strophae versus tales erant, secundum libros:

ἥτις ἦν τότ' ἐν δόμοις
ἔρις ἐρίδματος ἀνδρὸς ὀϊζύς.

Haec acque sensu carebant atque numeris a versu antistrophico discrepabant. Num recte locum depravatum sanaverim legentes judicent. Delevi ἔριις, ut natum e repetione proximi ἐρι-, cujusmodi oscitantiae exempla modo vidimus. Quod supererat ἐρίδματος, h. e. *valde domitor* vel *domitrix*, nec scite compositum videtur nec praedicatum h. l. satis aptum vocabulo οἰζύς; substitui pro hoc, quod praesenti luctui conveniens, ἐρίκλαυτος sive περίκλαυτος; posterius ideo probabilius, quia vox ἐρι- epicis fere relicta esse videtur. Ambae voces -δματος et -κλαυτος admodum similes et frequens est literarum illarum permutatio, ut e Bastii Comm. Palaeogr. cognosci potest. In priore versu pro ἤτις ἦν τότ' scripsi εἴ τις ποτ', quae est nota ellipsis. Cf. supra vs. 934. Lobeck. ad Soph. Aj. 885. Matth. Gr. Gr. p. 1250. Reliqua metro versus antithetici accommodavi, ut exsisteret haec lectio:

εἴ τις ποτ' ἐν δόμοισιν,
περίκλαυτός γε τἀνδρὸς οἰζύς,

h. e. *si qua unquam in hac familia, lacrymosa est hujus viri clades.* Hermannus versus sic scribit:

ἦ πολύμναστον ἐπηνβίσω αἷμ' ἄνιπτον,
στᾶσα τότ' ἐν δόμοισιν
ἐρίδματός τις ἀνδρὸς οἰζύς.

Hartungius ita:

ἦ τις ἄρ' ἐν δόμοις ἦσθ',
Ἔρις, δαμνᾶτις ἀνδρὸς Οἰζύς.

Vss. 1364—1369. In hac stropha vitiosum esse quod codices praebent τὸν τριπάχυιον δαίμονα, recte plerique agnoverunt: nam τριπάχυιος non potest derivatum esse, ut nonnulli putarunt, a παχύς, sed tantum a πῆχυς, sicut πήχυιος; similem in modum formata sunt δίφυιος a φυή, νεκυία a νέκυς, νηδύϊα a νηδύς; quare esset hoc idem quod τριπήχυιος, *tricubitalis*, quod et metro et sensu incongruum. Hermanni conjectura τριπάχυντον δαίμονα (τρὶς παχύν), quod significet *praevalidum*, longe postponenda felicissimae Bambergeri emendationi τριπαλαιστὴν δαίμονα, quam recepit etiam Hartungius. „Nimirum quidam ineptus (sunt Bambergeri verba) quum τριπάλαιστον legisset, mensura autem *trium palmarum* exilior videretur, pro iis *tres ulnas* substituit." Idem vocabulum probabiliter restituatur Sophocli Ant. 851: πατρὸς τρι-

πόλιστον οἶκτον (οἶτον), pro quo Hermannus correxit τριπλοιστόν (h. e. τριπλοῦν), sed pulcrius τριπαλαιστήν.

In proximis ἔρως αἱματολοιχὸς νείρει τρέφεται inauditum vocabulum νείρει variis locum dedit conjecturis. Hesychius habet has glossas: νεῖραι, κατώτατοι, οἱ δὲ κοιλίας τὰ κατώτατα. νειρή, κοίλη, κοιλία ἐσχάτη. νειρόν, σφοδρόν, ἔσχατον. Adjectivi exemplum profert Hermann. e Lycophr. 896: ἐν χθονὸς νειροῖς μυχοῖς. Hinc Casaubonus et plures in Aeschylo emendarunt νείρῃ s. νείρᾳ. Quamquam Hesychiana glossa νείρα non magis testata est quam Aeschylea lectio νεῖρος, et utrumque aequale sibi jus vindicat, tamen euphoniae causa νείρᾳ praetuli τῷ νείρει. Sunt haec vocabula vetusta, quae Alexandrini poëtae, ut plura hujus generis, revocarunt. Forsitan νείρ- cognatum est latino *ren*, et germanico *Niere*, *nier*; inde, sicut καρδία, ἦτορ, ἧπαρ, pro sede cupiditatis positum.

Vss. 1370 sqq. Initium hujus strophae in libris sic legitur:

ἦ μέγαν οἴκοις τοῖςδε
δαίμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς,
φεῦ, φεῦ, κακὸν αἶνον ἀτηρᾶς τύχας ἀκορέστου.

Primum horum versuum, qui non convenit antistrophico vs. 1392 ὡς μὲν ἀναίτιος εἶ, Hermannus sic refinxit:

ἦ μέγα δώμασι τοῖςδ'
αἵμονα καὶ βαρύμηνιν αἰνεῖς κτέ.

Secutus est illud Franzius, qui exigua discrepantia sic edidit: ἦ μέγα τοῖςδε δόμοις αἵμονα κτέ. Praecipuum est, quod substantivo δαίμονα supposuit adjectivum αἵμονα, *cruentum*, quod aeque ac βαρύμηνιν et κακὸν jungatur vocabulo αἶνον. Ne dicam, quam parum grata sit haec adjectivorum cumulatio, praesertim quum adjungatur ἀτηρᾶς τύχας ἀκορέστου, ne epitheta quidem illa αἵμων et βαρύμηνις vocabulo αἶνος accommodata sunt: *cruentam et iracundam mentionem horrendi casus*, quis sanus scriptor ita loquatur? Contra optime conveniunt nomini δαίμων. Quid plura? Hermannus, dum metrum corrigere studet, pervertit sensum. Verba, ut in libris leguntur, nihil habent quod vitii suspicionem moveat; potius igitur statuendum erat, in antistrophico versu aliquid peccatum esse, quod facillime corrigi potest addendo pronomine σύ, quod ad sensum peraptum et facillime excidere potuit. Ita jam praeceperunt Schützius et Blomfieldius vs. 1392 sic legentes: ὡς μὲν ἀναίτοις εἶ σύ κτέ.

Vs. 1380. Pro ἐκπνέων scripsi cum Hartungio ἐκπνεύσας. Nam ut credam ἐκπνέων per synizesin fieri posse disyllabum, non me adducunt exempla verborum δέῃ et κέηται, quae tali modo contrahuntur; quamquam de hoc ipso litigant grammatici: vid. Buttmanni Gr. Gr. ampl. I, p. 545. II, p. 151. Accedit quod aoristus hic aptior est quam praesens; alioquin praetulissem lectionem Farn. ἐκπνείων, ut supra vs. 105 legitur καταπνείει.

Vs. 1385. Pro librorum lectione μὴ δ' ἐπιλεχθῇς (-ῇς) plures conjecerunt ἐπιλέξῃς, eaque emendatio, approbata Franzio, tam manifesta est, ut mirere Hermannum in alia ivisse, legentem nempe μηκέτι λεχθῇ δ'. Aptissimum est ἐπιλέγειν, *dictis addere* aliquid, et ambae terminationes -ΧΘΗΙΣ et -ΚΣΗΙΣ passim permutantur. Post hoc vocabulum plures editores lacunae signum posuerunt, quia strophe haec versuum numero non respondebat antistrophae vs. 1406 sqq. Sed ad sensum nihil prorsus hic deest; quare rectius judicarunt qui in antistropha potius duos versiculos οὔτ' ἀνελεύθερον κτέ. delendos censuerunt.

Gravius vitiati sunt proximi versus, quos codices sic legunt:

Vs. 1395 sqq. βιάζεται δ' ὁμοσπόροις
ἐπιρροαῖσιν αἱμάτων
μέλας Ἄρης· ὅποι δὲ καὶ προςβαίνων
πάχνα κουροβόρῳ παρέξει.

Ultima verba, in quibus οὐδὲν ὑγιές, plerique sic scribunt:

ὅποι δὲ καὶ προβαίνων
πάχνᾳ κουροβόρῳ παρέξει.

At ne ex his quidem probabilem sensum elicias. Verba nempe hoc significarent: *quoquo progrediens (Mars) nativoro cruori exhibebit:* quid autem exhibebit? supplendum nimirum ὁμοσπόρους ἐπιρροὰς αἱμάτων, *cognati sanguinis fluenta;* idque in hunc sensum explicandum erit: „Mars quoquo progrediatur, caesis liberis (Thyestae) inferias reddet cognatorum sanguinem." At quis credat poëtam ita obscure, ne dicam inepte locutum? Nam primum παρέξει ita nude positum, nullo addito objecto, nemo facile intellexerit; tum ὅποι δὲ καὶ προβαίνων pro ὅποι δ' ἂν καὶ προβῇ, ut Hermannus explicat, est structura vix ferenda; et quid sibi vult istud *quoquo progrediens?* Quid vero sit πάχνα κουρόβορος, h. e. *pruina nativora*, difficile est conjicere; explicant „concretum sanguinem puerorum occisorum;"

quodsi poeta dixisset πάχναν φοινίαν, *pruinam sanguineam*, sicut vs. 1332 dixit φοινίαν δρόσον, quisque intelligeret; sed πάχναν dici κουροβόρον, *nativoram*, sive mavis passivo sensu κουρόβορον, ineptum puto. Locum vitiatum esse plures agnoverunt, sed nihil attulerunt remedii; nec Aurati emendatio πάχναν κουροβόρον προξέξει, nec ceterorum conjecturae quidquam juvant. Si quid video, vitium inest in πάχνα, pro quo requiritur vocabulum cui congruat epitheton κουροβόρος. Hujus loco rescribatur φάτνα, *praesepe*, *mensa;* vocabulum hoc sequiore aetate dicebatur πάθνη (πάτνη), teste Moeride: φάτνη, Ἀττικῶς· πάθνη, Ἑλληνικῶς, quod facile in πάχνα depravatum. Dativus πάχνᾳ κουροβόρῳ sponte ostendit pro vitioso παρέξει legendum esse παρίζει. Mutatio paene nulla. Pro προςβαίνων autem scribendum esse προβαίνων ostendit metrum, ut alii jam viderunt. Restabat ineptum ὅποι, cujus loco imagini conveniens, ni fallor, σκότῳ (προβαίνων) h. e. ἐν σκότῳ sive λάθρᾳ, sicut vs. 1230 ἄτη λάθραιος. Initiali ς per finalem praecedentis Ἄρης, ut fit, obscurata, pro κότωι facile ab oscitante librario οποι lectum. Inde nascitur haec lectio

σκότῳ δὲ καὶ προβαίνων
φάτνᾳ κουροβόρῳ παρίζει.

Pro βιάζεται autem scripsi βρυάζεται: sanguinolentus enim Mars non *invitus cogitur* ad caedem, sed *gaudet ea* et *bacchatur*, praesertim qui hic dicitur Ἄρης, qui est velut frater Ἐρινύος. Vid. supra p. 173. Hesychius: βρυάζειν, γαυριᾶν, ἥδεσθαι. βρυάσομαι, ἀναβακχεύσομαι cet. Exstat verbum in Aesch. Suppl. vs. 843 (Herm.): ὑλάσκοις περίκομπα βρυάζων. idem ex Athamante (Sophoclis an Aeschyli?) citatur Hesychio. Cf. Steph. Thes. s. v. „Homini scelera molienti (dixit) daemon συλλήπτωρ adest;" addit: „fluente scilicet cognatorum sanguine delectatur Mars ater et clam progrediens adsidet mensae nativorae;" h. e. nefandi sceleris adjutorem se praebet. *Dapes nativoras* respectu coenae Thyesteae pro atroci caede posuit.

Vs. 1406 sqq. Praecedunt in codicibus duo hi versus, quibus antistropha stropham excedit:

οὔτ' ἀνελεύθερον οἶμαι θάνατον
τῷδε γενέσθαι.

quos versus post Seidlerum plures, nuperrime etiam Hermannus, ut spurios ejecerunt. Quibus accedo: nam non solum, ut Hermanno

videtur, frigent, sed etiam inepti sunt. Chorus queritur Agamemnonis letum ut ἀνελεύθερον. Ad hoc respondet Clytaemnestra, non ἀνελεύθερον esse illius letum, quippe qui prior etiam per dolum filiam necasset. Atqui eo non fiebat minus ignominiosum, sed meritum: postremum hoc est quod reponit Clytaemnestra verbis οὐδὲ γὰρ οὗτος δολίαν ἄτην κτέ. Ineptus versificator, cui transitus minus facilis videretur, hunc pannum attexuit.

In proximis versibus levis adhuc macula haeret. Libri sic:

Vs. 1408. ἀλλ' ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθὲν
τὴν πολύκλαυτόν τ' Ἰφιγένειαν ἀν-
άξια δράσας ἄξια πάσχων κτέ.

Ineptam copulam recte amovit Porsonus scribendo τὴν πολυκλαύτην. Similis error saepius inserendo τε locum dedit. Pro ἀνάξια δράσας ἄξια πάσχων optime Hermannus bis ἄξια posuit: repetitio praegressae syllabae -αν, ut toties, caussa vitii. Sed eo sublato quum claudicet metrum, quia ultima in Ἰφιγένειαν corripitur, huic vitio ut succurreret, Hermannus perperam scripsit ἐμὸν ἐκ τοῦδ' ἔρνος ἀερθὲν τῆς πολυκλαύτης Ἰφιγενείας: non enim licet dicere ἐμὸν ἔρνος Ἰφιγενείας pro Ἰφιγένεια, sicut dicitur Ἰλίου πόλις, *urbs Romae*. Longius a libris recedit quod scripsit Ahrens. τὴν πολύκλαυτον παῖδ' Ἰφιγόνην. Neque audiendus Dindorfius qui scribi posse censuit Ἰφιγενείαν, ultima producta. Praeterea vero prava est junctura ἐμὸν ἔρνος Ἰφιγενείαν ἄξια δράσας: ambo enim haec ἄξια δράσας et ἄξια πάσχων sola sibi opposita esse debent. Metro facillime consulueris transponendis vocabulis sic ut feci, Ἰφιγένειαν τὴν πολυκλαύτην; juncturae autem, si participium ἀερθὲν mutaveris in ἀέρσας sive ἀείρας. Vitium natum ex ambarum terminationum -σας et -θεις in compendiaria scriptura similitudine, de qua erudite Cobetus Var. Lectt. p. 166 sq. ἀέρσας de immolatione accipiendum, ut supra vs. 235 λαβεῖν ἀέρδην. Eadem forma exstat in Panyasis fragm. Athen. II, p. 36 E.

Vs. 1414 sqq. Strophe haec sic incipit in libris:

ἀμηχανῶ φροντίδος στερηθεὶς
εὐπάλαμον μέριμναν
ὅπα τράπωμαι —

Lectionis exigua est varietas, sed eo magis variant interpretes in verbis construendis. Alii jungunt: ἀμηχανῶ, φροντίδος στερηθεὶς,

εὐπάλαμον μέριμναν, ὅπα — alii: εὐπάλαμον μέριμναν ὅπα τράπωμαι. alii rursus: ἀμηχανῶ, Φροντίδος στερηθεὶς εὐπάλαμον μέριμναν. Sunt denique qui interpunctionem plane omittunt. Harum rationum duae priores manifesto improbandae sunt: nam prima constructione male divellitur sententia et disjunguntur vocabula connexa Φροντίδος μέριμνα. Altera junctura perperam construuntur τράπωμαι μέριμναν: hoc enim sensu non τρέπεσθαι, sed τρέπειν dici oportuit, sicut dicit ex. gr. Plato Parm. p. 135 C: οὐδ' ὅποι τρέψει τὴν διάνοιαν, ἕξει. Tertia ratio construit στερηθεὶς cum accusativo μέριμναν Φροντίδος. Haec junctura commendaret se propter simplicitatem, modo constaret στερεῖσθαι cum accusativo construi posse; sed ut usitate dicitur ἀποστεροῦμαί τι, sicut ἀφαιροῦμαί τι, ita simplex στεροῦμαί τι pro τινος vix reperiatur. Matthiaeus quidem Gr. Gr. § 424, p. 780, tria affert hujus constructionis exempla, nec plura reperi, nempe haec: Soph. El. 960: ᾧ πάρεστι μὲν στένειν πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένῳ. Ibi vero κτῆσιν referendum ad verbun στένειν, cui adjectum participium ἐστερημένῳ, np. αὐτῆς. Sic Aeschylus Pers. 571: πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερηθείς. Alterum hoc Eurip. Bacch. 1371: ΑΓ. στέρομαί σε, πάτερ. ΚΑ. κἀγώ σε, τέκνον, καὶ σὰς ἐδάκρυσα κασιγνήτας. Ibi vero pro στέρομαι recte jam legi στένομαι, arguit oppositum ἐδάκρυσα. Restat hoc Eurip. Hel. 95: Φασγάνῳ βίον στερείς. Sed unum hoc exemplum, a constanti scriptorum et ipsius Euripidis usu recedens, valde suspectum esse, praesertim quum aeque potuerit βίου scribi, quisque agnoscat: quare constructio illa admitti nequit. Ultima restat ratio Hermanno probata, quae, omissa interpunctione, accusativum Φροντίδος εὐπάλαμον μέριμναν suspensum facit a verbo ἀμηχανῶ, ut participium στερηθείς, sicut in Aeschyli et Sophoclis vss. laudd. nude adjectum sit. In hac constructione primum officit epitheton εὐπάλαμος: nam τῷ ἀμηχανῶντι non jam est μέριμνα εὐπάλαμος, *prompta deliberatio*, sed contraria. Sensit hoc Hermannus ideoque correxit ἀπάλαμος; at hoc rursus parum congruit adjuncto στερηθείς. Explenda quippe verba sic forent: ἀμηχανῶ Φροντίδος ἀπάλαμον μέριμναν, στερηθεὶς (εὐπαλάμου μερίμνας). Atque si hoc levius videatur, plus difficultatis habet constructio ἀμηχανῶ Φροντίδος μέριμναν, cum quo nequaquam comparari potest ex. gr. quod vs. 1176 dicitur ἀμηχανῶ τέρμα: in hoc exemplo est accusativus objecti; in nostro accusativus qui vocatur partis, tanquam si diceretur ἀμηχανῶ τῇ Φροντίδος μερίμνᾳ. Jam ut recte dicatur ἀμηχανῶ Φρένας, Φροντίδα, μέριμναν, ita construi ἀμηχανῶ εὐπάλαμον Φροντίδος

μέριμναν, non fert linguae usus. His consideratis, manifestum est emendationem requiri, quae quidem non longe arcessenda est: mutetur modo accusativus εὐπάλαμνον μέριμναν in genitivum εὐπαλάμων μεριμνᾶν, suspensum a στερηθείς. φροντίδος μέριμναι sunt *mentis consilia*, i. e. prudentia. Cf. Empedocles vs. 347 (meae edit.): νήπιοι, οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι. Permutatio casuum valde frequens. Similis error est Eum. vs. 845 (832 Herm.) in verbis τιμᾶν δαναιᾶν. ad q. l. cf. Hermanni annot.

Vs. 1417. Sequuntur deinceps hi versus:

δέδοικα δ' ὄμβρου κτύπον δομοσφαλῆ
τὸν αἱματηρόν, ψακὰς δὲ λήγει.
δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης
πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.

Pro κτύπον . . τὸν αἱματηρόν scripsi τιν' αἱματηρόν. Articulo hic non erat locus; τις addi solet in re insolita, magna, gravi: exempla in Aeschylo abunde adsunt. Similem mendam correxi supra vs. 769, alibi. In sequenti versu libri δίκη, δίκα, δίκᾳ et θήγει. θηγάνει est emendatio Hermanni quam postulat metrum; δίκην reposuit Auratus idque vulgo receptum est; num recte, valde dubito. Sensus nimirum hic foret: *Parca acuit poenam* (δίκην) *ad aliud damnum inferendum.* In his ταὐτολογία inest: ποίνη et βλάβη in hoc enuntiato nihil differunt, atque non mutato sensu verba sic inverti possent: „Parca acuit *damnum* ad aliam *poenam* inferendam." Sed δίκην interpretantur *justitiam* vel *vindictam;* atqui hoc sensu δίκη (Δίκη) personae vice fungitur, quae aeque ac Μοῖρα, immo magis etiam quam illa, scelerum ultrix est: quare parum apte δίκη μοῖραν ad vindictam acuere dicitur. Maxime vero obest additum πρὸς ἄλλαις θηγάναισι, h. e. *Parca Justitiam in cote acuit:* quis non sentit inscite hoc dictum esse? θηγάνει ἐν θηγάναις requirit objectum similis significationis. Sensit hoc Musgravius, qui conjecit: Δίκη . . θηγάνει . . ἐπ' ἄλλαις θηγάναις μάχαιραν. Eleganter; probabilius tamen, credo, et propius codicibus sic leges:

δίκης δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βέλος
πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.

Ad aliam poenam exigendam in alia cote telum acuit Parca. δίκης πρᾶγμα proprio sensu dictum, ut πράττειν δίκην, *poenam exigere.* βέλος et βλάβης compendio scripta facillime commutari potuerunt.

Vs. 1424. In libris leguntur hi versus:

τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων;
ἦ σὺ τόδ' ἔρξαι
τλήσει, κτείνασ' ἄνδρα τὸν αὑτῆς
ἀποκυκῦσαι ψυχὴν, ἄχαριν
χάριν ἀντ' ἔργων
μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι.
τίς δ' ἐπιτύμβιον —

Versus hos ἦ σὺ τόδε — ἐπικρᾶναι male tornatos esse nemo non statim agnoscat. Primum non suaviter fluunt numeri: τόδ' ἔρξαι τλήσει κτείνασ' — ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων. Tum coacta est verborum junctura: τόδ' ἔρξαι . . . ἀποκωκῦσαι . . . ἐπικρᾶναι. Denique parum apte dictum χάριν ἀντ' ἔργων μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι. Clytaemnestra enim non redditura erat marito sepulturae honorem pro ipsius rebus praeclare gestis, atque eatenus non fecisset ἀδίκως, sed quo suum scelus quasi compensaret. Haec si singula jure reprehendenda sunt, conjuncta certe eo valent ut hos versus Aeschylo indignos censeamus. Possis quidem in incude eos paullum refingere, partim tollendo asyndeton, ut fecit Hermannus, sic: ἀποκωκῦσαι, ψύχῃ τ' ἄχαριν χάριν . . . ἐπικρᾶναι, partim, ut ipse olim conjeci, corrigendo ἀντ' ἔργων μεγάλως ἀδίκων. Nihilominus versus inficeti manent. Accedit quod quinque hi versus antistrophae mensuram excedunt: quare alterutrum statuendum, aut in stropha excidisse tot versus, aut in antistropha adjectos esse. Mihi quidem non ambigua videtur optio. Tolle hos versus, et numeri suavius fluunt atque verba melius cohaerent:

τίς ὁ θάψων νιν; τίς ὁ θρηνήσων;
τίς δ' ἐπιτύμβιον αἶνον ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ —

Debentur ista, opinor, aeque ac versus inserti supra ante vs. 1406, versificatori, qui declarare vellet, Chori dicta τίς ὁ θάψων νιν; idem valere ac si Clytaemnestrae dixisset; ἦ σὺ τόδε ἔρξαι τλήσει;

Vs. 1425. τίς δ' ἐπιτύμβιος αἶνος ἐπ' ἀνδρὶ θείῳ
σὺν δάκρυσιν ἰάπτων
ἀλαθείᾳ Φρενῶν πονήσει;

Ita libri, pro quo multi cum Stanlejo correxerunt sic: τίς δ' ἐπιτύμβιον αἶνον — ἰάπτων; multi contra librorum lectionem defenderunt. Wellauerus hanc magis poëticam judicat, et Hermannus annotat ἰάπτειν hic neutraliter dictum esse, ut Suppl. 547. Ego

priores sequor. Nam ut agnosco, poëtice et eleganter hymnum vel naeniam dici posse aliquem celebrare, deflere, sicut ipse Aeschylus Choëph. 335 pulcre dicit: δίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος θρῆνος ἀναστενάζει, ita vereor ne parum poëticum, immo ineptum sit, si naenia dicatur ἀληθείᾳ φρενῶν πονεῖν, h. e. *sincero animo dolere*. Ipsa dictio ἰάπτειν αἶνον exquisita est. Verbum ἰάπτειν, de quo parum scite disputat Lobeckius ad Soph. Aj. vs. 700, ductum est ab ἴάω (h. e. idem quod ἵημι, mutato spiritu ut in ἰός), sicut a χρίω, fit χρίπτω, χρίμπτω, et cognatum est origine ac significatione verbo *jacio*. Proprie dixit Aeschylus supra vs. 510 τόξοις ἰάπτειν βέλη; unde intelligitur ἰάπτειν αἶνον hic similiter dictum esse ut in Pind. Isthm. II init. dicitur οἱ μὲν πάλαι ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους. Audacius etiam hoc verbo utitur Soph. Aj. 687, ubi Chorus Panem invocans rogat: Κνώσι' ὀρχήματ' αὐτοδαῆ ξυνὰν ἰάψῃς. sign. *saltationem ciere*. Cum nostro loco plane concinit illud Rhiani in Stobaei Floril. IV, 34:

βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδενὴς
στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνόν ἰάπτει
ἀχνύμενος.

Vs. 1428. Quod in libris legitur

οὐ σὲ προσήκει τὰ μέλημα λέγειν
τοῦτο κτέ.

frigidius dictum est, quasi Regina Chorum tantum vetet *eloqui* quae cordi habeat; immo vetat Chorum ipsum hoc *curae habere* quae nihil ad eum pertineant. Sensit Auratus et pro λέγειν dedit μέλειν. Nulla vero opus est mutatione; scribendum modo τὰ μέλημ' ἀλέγειν τοῦτο.

Vs. 1435. πόρθμευμ' ἀχέων. „Explicant hoc (dicit Hermannus) non sane absurde; sed nescio tamen an scripserit Aeschylus πόρθμευμα νεκρῶν." Conjectura, me judice haud improbabilis, non quod negem recte dictum esse πόρθμευμ' ἀχέων pro πορθμὸν sive ῥεῖθρον ἀχέων, sicut Orcum ἄτης λειμῶνα dicit Empedocles vs. 23; sed ἀχέων mentio ironiae, qua hic utitur Clytaemnestra, minus conveniens mihi videtur. Etiam πόρθμευμα νεκρῶν magis proprie dictum, *transvectio* mortuorum, i. e. *flumen quod transvehit* mortuos. Mox περὶ χεῖρε βαλοῦσα pro χεῖρα est correctio Porsoni.

Vss. 1440 sqq. Hi versus, qui in codicibus graviter depravati erant, jam paene sanati sunt ab interpretibus; levis restabat menda, qua sublata, sic legantur:

μίμνει δὲ, μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διὸς,
παθεῖν τὸν ἔρξαντα· θέσμιον γὰρ
τίς ἂν γονὰν ἀραῖον ἐκβάλοι δόμων;
κεκόλληται γένους πρὸς ἄτᾳ.

θρόνῳ est emendatio Schützii pro χρόνῳ. cf. vs. 521 (462). γονὰν ἀραῖον reposuit Hermannus pro γονὰν ἰᾶον. πρὸς ἄτᾳ Blomfield. pro προσάψαι, quae ambo vocabula quamquam longius a se invicem distare videntur, tamen similitudo literarum Ψ et Τ facit ut vix differant προσάψαι et προσάται. Postremo ipse scripsi γένους pro γένος. Hermannus ultimum versum infeliciter sic correxit: κεκόλληται γένος προσόψει. Nimirum fugit illum, ut plerosque interpretes, loci sensus, quum putaret γονὰν ἀραῖον Iphigeniam dici, alii Orestem intelligunt; significat vero, ut Klausenus jam vidit, *progeniem dirarum*, noxam aliam ex alia pullulantem. Declaratur hoc supra dictis vs. 758—771: quemadmodum ibi dicitur τίκτειν ὕβρις παλαιὰ νεάζουσαν ὕβριν, sic etiam ἀρὰ ἀρὰν gignit, et ita exsistit in domo γονὴ ἀραῖος, quae κεκόλληται γένους πρὸς ἄτᾳ, *agglutinata est* s. *adhaeret domus exitio*, h. e. gentis interitum urget.

Ceterum sustuli colon post θέσμιον γὰρ. Languidius enim hoc adjectum praegressis, quia in ipsis his verbis μίμνει μίμνοντος ἐν θρόνῳ Διός inest jam significatio hoc θέσμιον esse; optime vero ἀρὰ θέσμιος, *divina lege constituta*, dicitur.

Vs. 1451. - κτεάνων τε μέρος
βαιὸν ἐχούσῃ πᾶν ἀπόχρη μοι δ'
ἀλληλοφόνους
μανίας μελάθρων ἀφελούσῃ.

In his primum incommoda est copula τε, pro quo sensus requirit τι; tum ineptum est illud δ' inter μοι et ἀλληλοφόνους, quod interpretes variis modis corrigere tentarunt, e quibus una est non improbabilis Erfurdtii correctio, hiatum tollentis transpositione: πᾶν ἀπόχρη μοι μανίας μελάθρων ἀλληλοφόνους ἀφελούσῃ. Sed lenior medicina sufficit; scribatur μοὐπαλληλοφόνους sive, quod idem est, μοι 'παλληφόνους. Similiter Choëph. 914 σοὐρίζει pro σοὶ ὁρίζει reposuit Elmsleius, receptum interpretibus; cf. ibi Wellauer. Dixerunt de hac crasi intpp. ad Gregor. Corinth. p. 148 sq. Ellendt Lex. Soph. I, p. 476. ἐπαλληλόφονοι μανίαι dicuntur *mutuae caedes alia aliam excipientes*, quo sensu hoc vocabulum frequentatum est recentioribus, qui multa antiquorum verba exqui-

sitiora revocarunt; idem Sophocli Ant. vs. 57 reddidit Hermannus; num recte, dubito.

Vs. 1456. φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους
θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη.

ἄγη ex Aurati emendatione pro ἄχη recte multi inde a Blomfieldio ad Hermannum ediderunt; qui ἄχη tuentur, non perspectum habuerunt verborum ordinem, male jungentes βροτῶν τιμαόρους et γῆς ἄχη. Ordo, quem sensus postulat, hic est: θεοὺς τιμαόρους ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν βροτῶν ἄγη. Dii non possunt dici universe βροτῶν τιμάοροι, *mortalium ultores*, neque animadvertunt in γῆς ἄχη, *terrenas miserias*, sed ut τιμάοροι animadvertunt in *scelera* (ἄγη) *mortalium*. Hoc rei praesenti conveniens. Alius est sensus Choëph. 579, ubi recte servatur ἄχη.

Vs. 1461 sq. „Atreus (dicit) in exilium pepulit πατέρα Θυέστην τὸν ἐμὸν — αὐτοῦ τ' ἀδελφὸν. Libri pro αὐτοῦ habent αὐτοῦ, quod defendit Hermannus, ut ex Aegisthi narrantis persona dictum. Quamquam dici sic potuit, praefero tamen αὐτοῦ e persona agentis, Atrei, dictum: nam et major in hoc emphasis est, *suum ipsius fratrem*, et luculentius sibi opponuntur πατέρα τὸν ἐμόν — αὐτοῦ τ' ἀδελφόν.

Vs. 1465. Deinde sic pergit:

καὶ προστρόπαιος ἑστίας μολὼν πάλιν
τλήμων Θυέστης μοῖραν εὕρετ' ἀσφαλῆ,
τὸ μὴ θανὼν πατρῷον αἱμάξαι πέδον
αὐτοῦ ξένια δὲ τοῦδε δύσθεος πατὴρ
Ἀτρεὺς — παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν.

Pro ἑστίας Auratus et Casaubonus ἑστίαν, quod sane arridet, quia προστρόπαιος cum genitivo est junctura parum usitata; posse tamen sic jungi, sicut dicitur ἐφέστιος δόμων, nemo dubitet; atque hoc ideo praeferendum putavi, quia sic evitatur parum gratus concursus literae ν in verbis ἑστίαν μολὼν πάλιν. Pro εὕρετ' quod Auratus legit ἥρετ', non est praeferendum. Dindorfius vero Elmsleio assentiens scripsit ηὕρετ', contra grammaticorum praecepta et librorum usum; Porsonus, qui prius idem faciendum censuerat, post mutavit sententiam. Vid. Blomf. ad Prom. 463. Ellendt. Lex. Soph. s. v. εὑρίσκω, p. 710. Etiam Hermannus tenet εὕρετ'.

Molestum vero est illud αὐτοῦ, *illic*, quod sive jungas cum praegressis, αἱμάξαι πέδον αὐτοῦ, sive cum sequentibus, αὐτοῦ ξένια

δὲ, supervacuum et languidum est. Hermannus interpunctione facta post πέδον, legit ἀστοξένια δὲ κτἰ. Haec emendatio speciosa sane est, quum praesertim αὐτὸς et ἀστὸς saepius permutentur; habet tamen aliquid dubitationis propter significationem. Vox ἀστόξενος exstat apud Aeschylum et memoratur a grammaticis; inde derivatum ἀστοξενεῖν a multis e conjectura in Hesychio legitur pro αὐτοξενεῖν. Significatio a grammaticis confuse exponitur, unde facile colligas ἀστόξενος non fuisse verbum usu tritum, sed poëticum. Vid. Pollux III, 60, alii, quos memorat Ruhnken. ad Timaei Lex. s. v. et Herm. h. l. Unicum exemplum exstat in Aeschyli Suppl. vs. 356, ubi Danaïdes ab Argivorum rege vocantur ἀστόξενοι, h. e. ξένοι eaedemque ἀστοί, advenae, sed genere civibus cognatae; potuit etiam contrario ἀστόξενος dici civis, sed origine peregrinus. In hunc sensum quadrant explicationes quamquam minus disertae veterum grammaticorum: ὁ γένει μὲν ξένος, τιμῇ δὲ ἀστός· ὁ φύσει μὲν ἀστός, δόξῃ δὲ ξένος, aliae. Hinc formari potuit ἀστοξένια; sed quaenam fuisset hujus vocabuli significatio, difficile explicatu nec explicuit Hermannus. Probabilius mihi videtur, poëtam scripsisse ἀντιξένια, h. e. *quae muneris hospitalis vicem tenent*, ut sensus sit: „pro hospitali munere epulandas patri apposuit carnes filiorum." Multa similia vocabula fecerunt poëtae et ipse Aeschylus, ut ἀντίδουλος, ἀντίμισθος, ἀντίμολπος, ἀντίφερνος, ἀντίκεντρα, ἀντίποινα; eaque conjectura est eo verisimilior, quod ἀντὶ saepius ita obliteratum est, ut vidimus p. 166. Non multum etiam a codicum scriptura distat Hartungii conjectura πατρῷον αἱμάξαι πέδον Ἄργους· ξένια δὲ — Tamen Ἄργους inutiliter additum.

Vs. 1472. Sic libri:

τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος·
ἄσημα δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβὼν
ἔσθει βορὰν ἄσωτον, ὡς ὁρᾷς, γένει.

τὰ μὲν... ἔθρυπτε de Atreo dictum, ἄσημα δὲ λαβὼν de Thyeste: talis transitus fieri nequit, nisi addito nomine vel pronomine; praeterea male juncta ἄσημα δ' αὐτῶν λαβών, quod significaret, Thyesten sumsisse de carnibus eas partes quae dignosci non possent; atqui nullae partes dignosci poterant; dicendum tantum erat, eum dapium partem sumsisse. Utrumque vitium tollit Dindorfii emendatio: τὰ μὲν . . . ἔθρυπτ' . . . ἄσημ· ὁ δ' αὐτῶν αὐτίκ' ἀγνοίᾳ λαβών.

Pro ἄνωθιν autem quod Blomfieldius conjecit ἄνευθεν, etsi spretum ab interpretibus, multum tamen praestat. Nam quod Atreus ἄνωθεν, *in superiore loco*, sederet ut convivator, cum per se intelligitur, tum nihil ad rem; sed quod sederet ἄνευθεν, ut convivas celaret factum, hoc addi non supervacuum erat. Hermannus vero scripsit sic:

ἔκρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθημένοις
ἄσημ'· ὁ δ' αὐτῶν —

καθημένοις conjecit etiam Casaubonus; ad sensum parum aut nihil interest; judicium pendet ab eo utrum ἀνδρακὰς de pluribus tantum dici possit, sicut *viritim*, an de uno etiam pro *singulatim*, *solus*. Ob rariorem vocabuli usum hoc decernere difficile. Hesychius interpretatur κατ' ἄνδρα ἕνα ἕκαστον. Suidas τὸ κατ' ἄνδρα, χωρίς. Cf. Blomf. in Gloss. ad h. l. Si illud praeferatur, scribendum erit

ἔθρυπτ' ἄνευθεν, ἀνδρακὰς καθημένοις
ἄσημ'·

Sed pro ἔθρυπτε multi inde a Casaubono conjecerunt ἔκρυπτε. Nimirum in Hygino 88 legitur, patri „cum vesceretur, Atreum imperasse *brachia* et *ora* puerorum afferri." Similiter geminum huic Astyagis factum informat Herodotus I, 119, qui Harpago post comesas filii carnes ostendi jussit τὴν κεφαλὴν τοῦ παιδὸς κατακεκαλυμμένην καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Idque rei conventaneum putant, quia alioquin dimidium tantum vindictae narretur. Atqui vide ne hoc sit poëtam corrigere, non textum emendare; num tamen apta sit ea correctio, valde dubito. Nam primum si Aeschylus rem ita descripsisset ut Herodotus, oportuisset non manus tantum et pedes, sed praecipue caput memorari. Ergo lacunae signum ponendum erit, ut nonnulli fecerunt. Deinde vero non recta est junctura haec verborum: ἔκρυπτ' . . . ἄσημα, h. e. *celavit ita ut dignosci non possent* (ἄσημον enim significat *quod nulla nota distingui potest)*: hoc ineptum; ἄσημα δ' αὐτῶν autem, ut modo dixi, jungi nequit: quare ad novam conjecturam erit confugiendum. Aeschylea vero narratio optime se habet. Atreus *comminuit* puerorum manus et pedes, quod consilio ejus plane congruum; ad agnitionem enim his non opus erat, sed capite tantum. Quomodo autem haec ἀναγνώρισις facta sit, Thyestes audientibus intelligendum relinquit; quod sane nemo reprehenderit, qui reputet poëtam non describere factum, ut Herodotus facit, sed memorare tantum.

In vs. sq. miror nemini, excepto Bothio, offensae fuisse istud ὡς ὀρᾷς. Est enim non modo, ut ille dicit, frigide additum, sed etiam incommode. Cuinam dictum est illud ὡς ὀρᾷς? Ad Chorum scilicet: atqui non Chorum hic alloquitur Aegisthus, sed solus secum haec dicit vel potius in medium profert. Quod Bothius conjecit ᾠζυρός, pro ὁ οἰζυρός, a sermonis consuetudine alienum est neque defendi potest Comicorum hocce ᾠζυρέ pro ὦ οἰζυρέ. Nec probari potest altera ejusdem conjectura: ἔσθει βορὰν ἄσωτον ὁ σπείρας γένει. Ita enim γένει junctum cum σπείρας significaret, *parentis*, h. e. ipsius Thyestae *generi exitialem*. Poëtam scripsisse credo:

ἔσθει βορὰν ἄσωτον ὑστέρῳ γένει.

